CUm homines multis rebus humiliores imbecilliores infirmioresq; sint bestijs: hac vna in re bestijs maxime prestare videntur/qõ loqui possint: quare preclarum mihi quiddam videtur adeptus/qui in ea re hoibus ipsis antecellit: qua in re homines bestijs prestant. Quo in stadio primas sunmumq; decus obtinet eloquentia/sine qua veteres illi oratores: multa mancaq; tradiderunt esse omnia. Ad hanc igitur qui toto animo: siue pedestri siue liberiore gradu nitũtur/in summum euadunt: et quo propius ad eius fastigiũ liceat accedere/eo magis prestare ceteris mortalibus contingit: verum cum corporis facibus ad oẽs cupiditates/malasq; artes: inflammari soleamus/profecto beatl erimus/quum corporibus relictis et cupiditatum et emulationum expertes: totos nos in contemplandis rebus/inspiciẽdisq; proponemus: cum ineſt mentibus nostris insatiabilis quedam veri cognoscendi cupiditas: qua precipue fruimur visione: imo trahimur et impellimur (vt inquit Quintilianus) ad cognitionem et scientie cupiditatem: in qua excellere/pulchrum: labi autem et errare nescire et allucinari: et malum et turpe ducimus. Insuper ad hoc natos nos scimus: vt aliquid agamus: ne torpore desidiaq; lethargum veternunq; cõtrahamus: vitamq; humanam prope vti ferrum esseſi exerceas atteritur: si non exerceas/rubigine fuscatur absumiturq;. Et sicut aues ad volatum/equi ad cursum seuitiamq; fere gignuntur (vt idem inquit) ita hoibus propria mentis est agitatio: atq; solertia: vnde origo animi: celestis credit. Propterea vnumquemq; summa ope niti decet: ne exigue vite annos sub silentio pecudũ more/rationis inexpertium que natura somno/ventriq; obedientia: felicitatemq; omnem in hec constituentia finxit: exigat. Viatores nõ eunt vt eant (quẽ admodum inquit ille) sic et vita: non sui tantum causa fit: sed vt in ea aliquid preclarum fiat. Segnes et inertes animos/oderunt superi: qz homines nigil agere (vt Cato ait) male agere discunt. Sed quorsum hec tam multa inquies: Nempe eo candide lector/ne in nos hec merito cudatur faba: ac competat dictum/nosq; nostris telo gladijsq; iugulatos dicamus propijs: ridentem dicere verum quid vetat: Verum vt prudentiss. (vt cetera omnia) portius ille Cato censorius: omniũ bonarum artium magister/ac fons: virtutumq; viua imago scriptum reliquit. Non minus ocij q negotij/reddendaz esse rationem: quod triumphale illud ac augustum decus: maior Affricanus/armis et toga clarissimus/bonarum artium specimen: diligenter obseruauit. Ego itaq; literaruz tyrunculus Catoniano oraculo monitus diuino: rationem etiam ocij mei (quod mihi a iuuenta tenera formanda instituendaq; datur: quodq; iucundo dulciq; literario meo ocio fine quo nõ video quid hec habeat vita suaue: Imo mors et viui hoĩs (vt verissime Seneca inquit sepultura suffurari liceat) hac epistola optime lector/dare constituime inter illos videamur numerandi: qui totos dies per desidiam ociãtur: et instar Glirium Ursorumq; stertentes torpentes: q maiorẽ eui partem somno conterunt/et vt ait Lucre. Viui atq; videntes vitam perdunt. Quocirca segnicie socordieq; notam effugere cupiens: ratus omne id temporis: quod studio non impartiretur cum Plinio/perire: simulq; in mentem venerat illud Platonis ad architam Tarentinum scribens nullum nostrum omnium sibi tantum natum: statim facinus quidem audax et temerarium/ac impar propemodum viribus nostris/sed speciosum/sed vtile (ni me fallat opinio) aggressus sum: nihil inde emolumenti venans/tantum communi studiosorum vtilitati commodoq; studens. Itaq; dextro hercule: totam hanc quam vides. Reuerendissimi patris Archipresulis Florentini Domini. D. Antonini/diuinarum humanarumq; iuxta reruz indagatoris studiosissimi: historiam/absolutissimum/naturę opus/in tomos tres accuratissime redactam: ac singulis tomis indice triplici illustratis: a capite ad calcem (vt obscuris lumen adderemus) summo studio/labore indefatigabili/vigilijs immensis/accuratissime: et adamussim: noua facie limaq; adornatam/expolitam recognitamq;/in lucem emittimus: sperantes iam fore illum in omnium ore augustiorem qui olim virtute/literis/ac vite sanctimonia fuit augustiss. veruz partim temporum iniquitate/partim incuria/negligentia/insciaq; librariorum infinitis pene hactenus erroribꝰ obruptam. Cuius rei causam esse auguror/non tam inscitiã eorum (qua potissimum tamen gloriantur) q inexplebilem insatiabilemq; auaritiam) que bonas artes omnes subuertit) cui dum consulant: tremq; modo faciant: pensi nihil habent: q emendate/mitide/terse/castigate/imo q perdite/deloratęq; libri eorum prodeant: neq; quid fructus vtilitatisq; hinc studiosi sint hauriturl: sed quantum nummorum lucri ve arce/mersupioq; eorum sint allaturi: studiose perquirunt. o auri sacra fames: quibus debemus vt si quid boni scribatur ita peruertant atq; corrumpant/vt rectius sit/ijs libris carere/q in exemplaria mille transcriptos per orbis omneis/prouincias mittere. Quamobrem candide lector nihil turpius esse duximus ac detestabilius: q vt diuum hunc Antoninum ad communem mortalium vtilitatem natum: per quem laudem recentium historiographorum attonsam: atq; harena cedere/herbamq; vltro porrigere videmus/deprauatum mancum/squalidum circunferri diutius patiamur. Illum inq tante laudis virum: sanctitate clarum/doctrina insignem/omnibusq; virtutum dotibus abunde accumulatũ/et quo plura in eum/amplissimis/preconijs conferre quis studeat/eo sane videatur pauciora/q debeat contulisse: cuiusq; maiestatem/eo prouectam/vt nullius laude crescere vel minui obscurarię obtrectatione credam posse: omnemq; inuidie aleaz superasse. Nam vt erat omnibus fortune: corporis/animiq; presertim dotibus abunde pollens/perspicaciss. scz acriq; ingenio/memoria singulari/studio assiduaq; lectione infatigabili/recondita multiplici q doctrina/omnibꝰ denicq; honestis artibus supra veri fidem munitus atq; instructus et nullo non preconio maiorz quemq; non humano ingenio: sed potiꝰ Delphico quodam oraculo afflatum deierares/qui simul ac breuem hanc fluxam fragilemq; contemplans mortalium vitam: animusq; ille diuinus a reliquis corruptis ac perditis sui seculi moribus dissentiens: ne inter tanta vitia ac illecta menta/imbecilla pronaq; etas/dolis imposturisq; huius mũdi caperetur irretiretur q: solam virtutem claram eternãq; haberi cernens: statim vasto hoc ac procelloso blandientis mundi mare (vbi plena tumultu omnia/vbi multaper aduersa/per picula/catenatosq; labores: fortuna afflictat cruciatq; mortales) emenso tranatoq; ad religionem ordinemq; diui Dominici (quam ab ipsis in cunabulis adamabat) tanq; in tutissimum/tranquillissimum/placidissimunq; portũ/se receperit: ibiq; liber/omnibusq; illecebris seculi posthabitis quieuit/sedemq; locauit/verum ne desidia socordia ve/bonũ trãquillumq; ocium illud a superis delatum tereret: abureturve aut seruilibus officijs intentus reliquam etatez ageret/nihil prius habuit/q vt memoriam sui q maxime longam efficeret/famamq; (quod virtutis est opus) facris extenderet. Igitur otio perpetuum bellum indicens: summa ope nisus est/ne vitam sileutio veluti pecora transigeret: aut quẽadmodum homines isti indocti/inculti/ventri somnoq; tantum dediti/quibus contra naturam corpꝰ voluptati/anima oneri est (quorum vita morsq; iuxta estimanda) solos eos viuere atq; frui anima dicebat: qui aliquo negocio/studioq; intenti preclari facinoris aut artis bone/famam communemq; vtilitatem quererent. Sed vt in magna copia rerũ aliud alij nature iter ostendit diu multumq; animo voluens quid potissimum illi iam sacris initiatus pontificiaq; dignitate decoratus pro decore aggrediendum: quodq; argumentum fue dignitati professioniq; q maxime dignum congruentemq; fuscipiendum foret. Tandem illud quod in se cum honestatis maiestatisq; tum precipue vtilitatis haberet plurimum/non fine numine quodam delegit: memor veteris illius (amplissimo dignum preconio) institutum: vt hi qui ad veram humanitatis gloriam culmenq; aspirarent: hoim animos aliquo officiorũ genere primũ demereri contenderent: et adveritatem rebus omnibus anteponendam/nunc monendo: nunc docendo: itineris compendium pro viribus aperirent: statuitq; igitur vt mortalium mentes sibi deuinceret vtilitatiq; consuleret historiam reliquas gestas (vt quecunq; memoria digna videbantur) summa cura/diligentia/labore: summaq; cum fide perscribere contexereq;. Sed arduum videtur res gestas scribere/vitilitigatorumq; morsus effugere/ hoc veluti morbo labore antius: vt sine discrimine/sine causa/clausisq; (vt aiũt) oculis quodcunq; (vt canes allatrent: qui nihil rectum nisi quod ipsi faciunt/putant: et que sibi tantuz facilia factu persuadeant: equo animo accipiunt/supra ea veluti ficta pro falsis ducunt/Propterea: vt facta dictis exequarentur: sedulo hic curauit. Minime propterea ex eorum numero censendꝰ/quĩ magno passu et ferocientes gradiuntur/suisq; in operibꝰ frontem perfricarunt/vt per equia/per iniqua/famam captantes: parumq; ex fide referenter/et nõnulla etiã male solertes et prestigiosi/specimen quidem primorem veri/per nebulam habentia: magno credentium dispendio/sententijs labyrinthicis ignobilibusq; implent/bullatasq; nugas ac centones farciunt: pulueremq; (quod aiunt) oculis effundunt: ita cum nescire eos nihil ostentare probareq; contendunt: Parthis ipsis et Eretensibus mendaciores inueniuntur. Verus profecto noster hic diuus Antoninus vt erat homo pius/minimeq; fucatus/falli mentiriq; nescius/nõ aliud lingua/aliꝰ

mente reconditum habuit/adeoq; veritatis adamatoꝛ/vt nihil quod non vel exploratiſſimum haberet/ſoleq; clariozem aſſerere auſus eſt: Stylus linguamq; plane habet hiſtoricũ/floſculiſq; hiſtorico ſtylo aptis decoratũ illuſtratumq; eius leges: numeroſq; omnes tam graphice/ꝛ adamuſſim perpendiculumq; expreſſit obſeruauitq;/vt niſi vel impudentiſſi. mus fiat oporteat: qui contra hiſcere ſentireq; audeat/affirmetq; plus in receſſu hunc habere/q; fronte pollicẽri. Nam p deũ atq; hominũ fidẽ/quantũ verborum/quantum vetuſtatis: que rerum geſtarum lumina/que dignitas exemplorum atq; maieſtas/vt plane theſaurum fiat: optimarum in omni genere rerum/quibus lectoꝛ candidus non delectari ſolum/verũ etiam recte inſtitui/ꝛ ad bonam frugem perduci poterit ac bene beateq; viuendi itineris compendium arripere. Siquidem hiſtorie cognitionem veram diſciplinam exercitationemq; eſſe ad res ciuiles nemo dubitat: vt interim pręteream: quem non ſplendoꝛem/quam non dignitatem oratioꝛi adferat: quid aut in maximis rebus ſublimius aut in mediocribus temperatius/aut in humilibus preſſius excogitari poteſt? quis in ſingulis verbis eius elegantiam Veneres/quis in orationis ſtructura contextũ/quis in luminibus verboꝛ ſententiarumq; dignitatem equabit. Et (vt ſemel finiam) nã omnia perſequi vt immenſum ita nec conſultũ/genus eius dicendi adeo eſt nitidum: concinnum/ita preſſum: ꝛ omnino rebus magis: q; verbis abundans/vt neſcias (id quod de Saluſtio hiſtoricoꝛum principe dictum ferunt) res verbis anteuerba rebus illuſtretur. His ergo diuus noſter Antoninus ingenij ꝛ ſcriptoꝛum monumentis: vite ſanctimonia/morum integritate diuinitus clarus/non potuit fama/inter tanta virtutum prodigia diutius inter tecta latitare/ac moꝛ prepetibus pennis non Italiam modo/at totum hunc orbis tractũ peruagata. Hec enim virtutis natura/vt quo plus occultatur prematurq;/eo diffuſius latiuſq; fulgoris ſui radios dilatabit/fugientes inſequetur: palmeq; in moꝛem cõtra omnia onera tempeſtateſq; ſeſe eriget/atq; ante hominum oꝛa/viaꝫ ſibi adaperiens/ꝛ vti ſol ruptis profligatiſq; nubibus/ita hec conculcatis vitijs clarius eluceſcit. Mox Pontificum Cardinalium Epiſcopoꝛumq; regias penetrare/a quibus nõ amabatur modo/verum ſumma obſeruantia colebatur/ſumma beneuolentia/charitate paterna/honoꝛibus/dignitatibuſq; ampliſſ. proſequuti/necſecus/ac numen aliquod de celo lapſum in communem moꝛtalium vſum ſuſpiciebant/eiuſq; prudentia/iudicijs/conſilijſq; quibus nihil exactius/incoꝛruptius ſyncerius q; erat/arduiſſimis in rebus vſi/neq; aliter q; ex tripode dicta/in omnia exequebantur/patremq; conſiliꝛum appellitabant. Ad pontificatum Florentinum: vel inuitũ modiſq; omnibus reluctantem/perpulerunt perduxeruntq;/ac vite eius ſanctimonia integritateq; ita permoti obſtupefactiq;: vt Nicolaus quintus. P. M. non minus prudenter q; grauiter dixiſſe fertur. Non minus archiepiſcopum Florẽtinum/in diuoꝛum cata ogum referendum: adhuc ſuperſtitem/eſſe cenſeo/q; Bernardinum (cuius ego rite ſolennitatẽ peregi) moꝛtuum. Quid hoc preconio a tanto heroe, preſtantius honorificẽtiuſq;? Huc accedit inſuper quod Leo decimus: Adrianus ſextus. P. M. orbis olim lumina hoc ipſum non meditati ſolum/verum ſedulo moliti ſunt conficere: at inuidia facta cõſilia dirimerunt/ꝛ quod pie horum voluntati deerat/hoc iam noſter Clemens ſeptimus (qua eſt in diuos omnes religione) abunde adimpleuit atq; diuum hunc Antoninum in ordine beatoꝛum redegit electoꝛumq; ſenatui adſcripſit. Unum hoc (candide lectoꝛ preter cereas innumeras) videtur fuiſſe in noſtro hoc palmarium/omniumq; oꝛe celebrandum/nec niſi diuinitus illapſum: quod in tanta ſanctitatis ꝛ glorie promulgata vndiq; fama/ita ſeipſum ac in tãta dignitate conſtitutum/intra ſuam pelliculam/hoc eſt intra humane conditionis limites coercuerit depreſſeritq;: gloriãq; illam humanam/humanoſq; potuit conculcare honoꝛes: neq; tot tantiſq; illecebris irretiri/capiq; poterat. Quotuſquiſq; enim eſt: qui vltro oblatas dignitates inter noſtri temporis ambitus/ꝛ inexplebilem honoris auaritie que ſitim/vel minimo indicio recuſaret. Quocirca candide lectoꝛ indignum/imo impium rati ſi decus illud ac verum preſulum exemplar/ꝛ quaſi Linnus o unum virtutum: ignoꝛantium incuria impunitateq; denigratum/diutius in eodem luto cenoq; hereret: noſq; ſtatim illum pro virili educere/inq; bono proprioq; lumine collocare: ac in debitam faciam redigere/natiuoſq; colores ſuperinducere: non eſtimandis ſudoribus ſtuduimus. Quamq; plerisq; ex vberrima hac recentum hominũ fruge extiterint/qui hunc in libertatem vindicare: priſtinoq; reſtituere candoꝛi conati ſedulo ſint/hoq; in puluere ſudati non iupigre: ex quo tametſi nõ prorſus inglorij receſſerunt corona donati/reliquere tamen/vnde ꝛ nos etiã aliquaꝫ victoꝛiam repoꝛtemus/cum illi quedam ſparſim velut in tranſcurſu ſubnotarunt teloq; confodierunt. Fuitq; illud ĩtra hoſtium vallum iaculari eminus/non ſtatariã conferre pugnaꝫ. Nos tametſi primo p rei magnitudine deterriti/peneq; pedẽ referre conati: tamen vicimus/vicimuſq;: non q; nobis virium plus q; illis/at conſtantia/aſſiduitateq; magis q; viribus freti/Herculem preſtitimus/Hydramq; omnem confecimus: victis nihil reliqui fecimus: omnia mucrone noſtro confodimus. Quamobrem candide lectoꝛ/hic noſter tibi nocturna diurnaq; verſandus manu/ac in ſuu geſtãdus: ue ſemper pneri rerum imperiti perſiſtamus. Nam vt (Licero inquit) nihil earum rerum ſcire/que anteq; naſcereris facte ſint: ideſt ſemper puerile eſſe: cognoſcere vere res geſtas/memoꝛie veteris ordinẽ tenere/antiquitatis exemplorumq; omnium hab ere notitiam/decoꝛum ꝛ inprimis vtile eſt: vt enim ſenibus multarum rerum experiẽtia/maioꝛ eſt cognitioꝛ authoritas quam iuniorib⁹: ſic legenti hiſtoriam non vnius vite/ſed omnium ſeculoꝛum geſta patere poſſunt. Igitur lege et relege/ac lectus placebit. Vale candide lectoꝛ/ac Romeburgum tuum ama a quo candidiſſ. quiſq; adamatur plurimum. Lugduni e cubiculo noſtro ad ſeptimum Idus Maias. Anno. M. D. xxvij.

Titulus primus de prima mũdi etate.

¶ De primis parentibus Adam ⁊ Eua in statu innocentie: ⁊ de lapsu eorũ. iuxta illud Psalmiste. Homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus ⁊ similis factus est illis. Capitulum primũ.



Homo cũ in honore esset nõ intellexit: cõparatus est iumẽtis insipientibus: ⁊ similis factꝰ est illis. Ps. xlviij. Permaxime verbum pphetice de primo trãsgressore: scilicet Adam cõuenientissime exponit: quis ⁊ de quolibet peccatore etiã verissime intelligatur a deo se auertẽte. In quibus verbis tria notantur.

¶ Primo eius excellentia qua fuit sublimatus / ibi: Homo cum in honore ⁊c.

¶ Secũdo eius deficientia qua fuit deprauatus / ibi: Non intellexit.

¶ Tertio eius miseria qua fuit condemnatus / ibi ⁊ Comparatus est iumentis ⁊c.

§. I. quantum ad primum.

Excellentia qua adam in statu innocentie fuit honorat⁹ patet in tribus.

¶ Primo quoad animam.

¶ Secundo quoad corpus suum.

¶ Tertio quoad rerum dominium.

Donus gr̃e adeptum.

¶ Anim⁹ siquidẽ eius fuit sublimat⁹ in magna gratia: in mira iustitia: ⁊ in eximia noticia. Gratiam siquidẽ gratum facientẽ: ex qua homo meretur: deus contulit vtriq; parenti. s. Ade ⁊ Eue. Sicut ⁊ Aug. dicit. xij. de ciui. dei. de angelis q deus simul erat cũ eis cõdens naturã et largiens gratiã. In hoc tamen est varia opinio ꝑ Tho. in. s. par. q. xcv. art. j. Quidã enim dicunt q primus homo non fuit creatus in gratia / sed tamẽ postmodũ fuit sibi collata antequ peccasset. Alij vero dicũt q fuit cõditus cũ gratia. Dicitur enim Eccls. vij. Fecit deus hoiem rectum. Sed ad rectitudinẽ primi status. in qua deus fecit hoiem. vbi dicit hoc pertinere q ratio subiciebatur deo: ⁊ rationi vires inferiores: ⁊ anime corpus. Prima autem subiectio erat causa scõe ⁊ tertie. Quãdiu enim ratio manebat deo subiecta inferiora ei subiiciebat. vt dicit Aug. Manifestũ est autez q illa subiectio corporis ad animã: ⁊ inferiorũ viriũ ad rationem nõ erat naturalis: alioquin post peccatũ mãsisset ⁊ sic patet q illa subiectio qua ratio deo subdebatur: non erat solũ ꝑ natur̃: sed ꝑ supernalis gratie donũ. Unde Aug. dicit. xiij. de ciui. dei: q post q̃ precepti facta est trãsgressio: cõfestim gratia deserente diuina de corporũ suorũ nuditate cõfusi sunt. Senserũt enim motũ inobediẽtis carnis sue tanq̃ reciprocã penã inobedientie sue. ¶ Quantum aũt ad iustitiã: put. s. est virtus generalis: fuit primꝰ homo sublimatus honore oĩs virtutis. Unde ⁊ Augu. dicit in quadam homelia. ⁊ habet de pe. dist. ij. c. princeps. Princeps vitiorũ oĩm. s. diabolus / cũ videret adã de limo terre ad imaginẽ dei factũ: pudicitia ornatũ / temperãtia compositũ charitate splendidũ / illis inuidit / oĩbusq; illis bonis priuauit. Pro cuius declaratione dicit Thom̃. in. s. par. q. xcv. ar. iij. q rectitudo primi status hois exigebat vt aliqualiter oẽs virtutes haberet. Sed cõsiderandũ est q virtutum quedã sunt que sui ratione nullã imperfectionẽ important: vt charitas ⁊ iustitia: ⁊ hmõi virtutes fuerunt in statu innocentie simpliciter: ⁊ quantũ ad habitũ ⁊ quantum ad actum. Quedã vero sunt que in sui ratione imperfectionem importãt: vel ex parte actus: vel ex parte materie. Et si huiusmodi imperfectio nõ repugnat perfectioni primi status: nichilominus huiusmodi virtutes potuerunt esse in statu innocentie sicut fides: que est eoꝝ q̃ nõ videntur: ⁊ spes que est eoꝝ que nõ habent. Perfectio enim primi status nõ se extendebat ad hoc vt videret deũ ꝑ essentiam: nec vt haberet deũ per finalẽ fruitionẽ: ⁊ sic fides ⁊ spes poterant esse in primo statu quantũ ad actum / ⁊ quãtum ad habitũ. Si vero perfectio que est de ratione virtutis alicuius repugnat perfectioni primi status huiusmodi virtus poterat ibi esse ꝑ habitũ sed nõ ꝑ actum: vt patet de penitentia: que est dolor de peccato cõmisso: ⁊ de misericordia que est dolor de miseria aliena. Perfectioni aũt primi status repugnat tam dolor q culpa ⁊ miseria: ⁊ ideo huiusmodi virtutes erãt in primo homine ꝑ habitum / nõ ꝑ actũ. Erat primus homo sic dispositus: vt si peccatũ ꝓcessisset doleret. ⁊ si miseriã in alio videret ꝓ se subleuaret. ¶ Quãtũ ad noticiã fuit homo sublimatus honore cognoscẽdo deũ: angelos / ⁊ cetera creaturas. Et deum quidẽ primus homo nõ vidit per essentiã ꝑ Tho. in. s. par. q. xcij. arti. j. nisi forte dicaꝝ q viderit eũ in raptu quando deus misit sopor̃ in Adã: vt dicit Beñ. ij. Huius aũt ratio est. s. q nõ viderit deũ per essentiã: qr nullus videns deũ per essentiã potest voluntate auerti a deo: nõ est peccare. Et ꝓpter hoc oẽs videntes deũ per essentiam dum vident sic in amore dei stabiliũtur: ⁊ ipsum nõ amare nõ possunt: cũ sit summũ bonũ: vnde nec peccare. Eum ergo adam peccauerit: patet q ꝑ essentiã nõ viderit. Uidit tamen deũ seu cognouit quadã lautiori cognitione q nunc cognoscamus ⁊ sic quodãmodo eius cognitio media erat inter cognitionẽ ꝓsentis status / ⁊ cognitionẽ superne patrie. Quanto enim aliqua creatura est altior: ⁊ deo similior / tãto ꝑ eam deus clarius videtur. Sicut homo ꝓfectus videt ꝑ speculũ in quo expressius imago eius resultat. Unde eminentius multo videt deus ꝑ intelligibiles effectus / q ꝑ sensibiles ⁊ corporeos. A cõsideratione aũt plena ⁊ lucida intelligibiliũ effectuũ impeditur nõ in statu ꝓsenti: ꝑ hoc q distrahitur a sensibilibus circa ea occupatus. Sed sicut dr Eccls. vij. Fecit deus hominem rectũ. que rectitudo diuinitus instituta fuit: vt inferiora supiorib⁹ subderent̃: ⁊ superiora ab inferiorib⁹ nõ impedirentur. Unde homo primus non impediebat ꝓ res exteriores a clara ⁊ firma contẽplatione intelligibiliũ effectuũ: que est ex irradiatione prime veritatis: quam percipiebat: siue naturali cõditione / siue gratuita. Quod autẽ Damascenus dicit q primus homo in paradiso conuersans beatã habuit vitam. ⁊ Augu. xiij. de ciui. dei: q erant beati primi homines in illo memorabilis beatitudinis loco id est paradiso: nõ est intelligendũ de illa perfecta beatitudine que in diuisse essentie visione cõsistit: sed habuerũt beatam vitã ꝑ quẽdam modũ naturalem. Item q dicit Magister senten. in. iij. dist. j. q videbat in statu innocentie homo deum sine medio: intelligit de medio per cui⁹ noticiam in aliquid ignotũ deuenimus: sicut est medium demonstrationis. Nõ enim oportebat hoiem puenire in dei cognitionem per demõstrationẽ sumptam ab aliquo effectu: sicut nobis est necessariũ: sed simul in effectibus: ꝓcipue intelligibilibus deũ suo modo cognoscebat: sed videbat deum per mediũ quoddã: in quo simul videt: quod per mediũ videri dicit: sicut cũ homo videt ꝑ speculum: ⁊ simul videt cũ ipso speculo. Ita anima primi hominis non poterat videre angelos per essentiã: sed tamen excellentiori cognitionẽ habebat de eis q nos habemus: quia eius cognitio erat magis certa ⁊ fixa circa interiora intelligibilia q cognitio nostra. Et ꝓpter tantã eminentiã cognitionis dicit Greg. in. iij. dial. q homo in paradiso assueuerat verbis dei perfrui: ⁊ cũ beatoꝝ angeloꝝ spiritib⁹ celsitudinis diuisionis interesse. ¶ Habuit ⁊ primus homo scientiã omniũ que naturaliter sciri possunt: vnde ⁊ impositor nominum animalibus: vt dicit Beñ. ij. Nomina aũt debent naturis rerũ congruere. Pro cuius declaratione dicit Tho. in. s. parte. q. xcij. arti. iij. q res primit⁹ a deo institute sunt non solum vt in seipsis essent / sed etiã vt essent aliorũ ꝓncipia. Et ideo ꝓducta sunt in statu ꝑfecto in quo possent esse ꝓncipia aliorũ. Homo aũt potest esse ꝓncipium alterius: nõ solum per generationẽ corporalẽ: sed etiã per instructionem ⁊ gubernationẽ. Et ideo sicut primus homo institutus fuit in statu perfecto quantũ ad corpus: vt scilꝫ posset generare: ita etiã fuit institutus perfectus quoad animam: vt posset alios instruere ⁊ gubernare. Nõ aũt potest aliquis instruere, nisi habeat scientiã: ⁊ ideo primꝰ homo sic institutus fuit a deo: vt haberet omniũ scientiaz: in quibus natus est homo ĩstrui. Et hec sunt oĩa illa que virtualiter in sistũt in primis ꝓncipijs per se notis: quecũq; s. homines naturaliter cognoscere possunt. Ad gubernationem vite sue ⁊ aliorũ: nõ solum requirit cognitio eorũ que naturaliter sci re possunt: sed etiã cognitio eoꝝ que naturalem cognitionem excedunt: eo q homo ordinatur ad quẽdam finem supernaturalem: sicut ⁊ nobis ad gubernationem vite nostre necessariũ est cognoscere ea que sunt fidei. Unde ⁊ de his supernaturalibus tantã cognitionem primus homo accepit a deo: quãta necessaria erat ad gubernationem vite humane ꝑ illum statum. Alia vero q̃ nec naturali studio cognosci possunt: nec necessaria sũt ad gubernationem vite humane: primus homo nõ cognouit

Uidentes deũ ꝑ essentiã quare cẽ non possunt

Quare intelligit adã habuisse beatã vitã in paradiso.

Adã in paradiso ꝑ visionem dei perfruebatur.

Protoplastes cal luit omnem sciam.

ficut cogitationes hominū: futura cōtingētia et q̄dam singularia: vt' quot lapilli iacēt in flumine: et huiusmodi. Et in scientia quidem naturaliū scibiliū Adam non pfeciſſet quantū ad modum quantum ad numerum scitorum/ſed quantū ad modum sciendi: q̄ sciebat p̄i? intellectualiter scuiſſet poſtea experimētaliter. Quantū vero ad ſupernaturalia cognita pfeciſſet etiā quantū ad numerū p̄ nouas reuelationes ſicut angeli pficiūr p̄ nouas illuminationes. Habuit autē primus hō scientiā, oim: et ſpecies rerū a deo mēti ſue infuſas: et hoc ſolū primo hoī cōceſſum fuit. nā alij q̄ ab eo processiſſent in ſtatu innocētie nō habuiſſent talē sciam p̄ ſpecies infuſas: ſed p̄ alio: ſtructionē et eo: inueſtigationē.

Homo quātus ad corpus i q̄b? fuit ſublimatus.

¶ Quantū vero ad corpus fuit homo in ſtatu innocentie honore ſublimatus quantum ad immortalitatem/impaſſibilitatem/et loci amenitatem. Ante quidē peccatū homo quodāmodo erat immortalis. quia mortē nō incurriſſet ſi nō peccaſſet. Unde Apls ad Roſſi. v. Per vnū hoīem/ſcz Adam peccatū intrauit in mundū: et per peccatum mors.

Quot modis ꝺr aliquid in corruptibile.

Reprobatur aūt et anathematizatur opinio dicentium: q̄ etiam ſi nō peccaſſet neceſſariū erat hoīem mori: vt pt̄s de conſe. di. iiij. placuit. Sed p̄ huiusmodi maiori declaratione ſciendū ſm Tho. in. j. part. q. xcvij. arti. j. q̄ aliquid pōt dici icorruptibile tripliciter. Uno modo ex parte materiet ex eo videlz q̄ vel nō habet materiā ſicut angelus: vel habet materiā que nō eſt in potētia/niſi ad vnā formā: et ſicut corpus celeſte: et hoc ꝺr ſm naturā icorruptibile. Alio mō ꝺr icorruptibile aliq̄d ex pte forme q: ſcz rei corruptibili p̄ naturā haberet aliū diſpoſitio: p̄ quā totalr a corruptiōe p̄ hibeꝝ. Et hoc ꝺr icorruptibile ſm gloriā: q: vt dicit Augu. in epla ad dioſcor. Tam potenti natura deus fecit aiam vt eius beatitudine redundet in corpus plenitudo ſanitatis: et incorruptionis virgor. Tertio modo dicit aliquid in corruptibile ex parte cauſe efficientis: et hoc modo homo in ſtatu innocētie fuiſſet incorruptibilis: et immortalis: q: vt Augu. dicit in lib. de queſtionibus noui et veteris teſtamenti. Deus hoīem fecit: q̄ diu nō peccaret: immortalitate vigeret/vt ipſe autor esſet: aut advitā: aut ad mortē. Non enim erat corpus eius indiſſolubile per aliquem immortalitatis vigorē in eo exiſtentē: ſed inerat anime vis q̄dam ſupernaturalis diuinitus data: per quam poterat corpus ab omni corruptione perſeruare: q̄diu ipſa deo ſubiecta manſiſſet.

Qualr lignū vite causabat immortalitatem.

¶ Adiuuabat aūt ad ipſam immortalitatez tenendam ex eſu ligni vite: q̄ erat in medio paradiſi. Pro cuius declaratione dicit Tho. in. j. part. q. xcvij. arti. iiij. q̄ duo remedia habebat homo ad cōſeruationem vite in ſtatu innocentie cōtra duos defectus. Primus eſt defectus eſt in homine deperditio humidi per actionē coloris naturalis: q̄ eſt anime inſtrumentū. Et cōtra hunc defectū ſubueniebatur homini per eſum alio: ligno: paradiſi: ſicut nunc ſubuenitur nobis p̄ cibos quos ſummus. Scōs defectus eſt. q: vt ait Pbs in lib. de generatiōe. Illud q̄ generatur ex alimēto extraneo adiunctū ei quod p̄ius erat humido preexiſtenti minuit virtutē actiuā ſpeciei. Sicut aqua iuncta vino conuertitur quidē in ſapozē vini: ſed ſm quod magis et magis additur diminuit fortitudinem vini et tandem vinum ſit aquoſum. Sic igit videmus q̄ in principio virtus actiua ſpeciei eſt adeo fortis q̄ poteſt conuertere de alimento: nō ſolū q̄ ſufficiat ad reſtaurationē deperditi/ſed etiā q̄ ſufficiat ad augmentū. Poſtmodū vero quod generat nō ſufficit ad augmentū: ſed ſolum ad reſtaurationem deperditi: tandē in ſtatu ſenectutis/nec ad hoc ſufficit. Unde ſequit et decrementū: et finaliter naturalis diſſolutio corpis. Et contra hunc defectū ſubueniebat homini per lignū vite. Habebat enim virtutē fortificandi virtutem ſpeciei cōtra debilitatē aduenientē ex admixtione extranei. Unde Aug. dicit. xiij. de ciui. dei: q̄ cibus aderat homini ne eſuriret/potus ne ſitiret/lignū vite ne illū ſenecta diſſolueret. et cū virtus cuiuſcunq̄ corporis ſit finita: nō poterat virtus ligni vite ad hoc ſe extendere: vt daret corpori durandi virtutem tempore infinito: ſed vſq̄ ad determinatum tēpus. Unde ſemel ſumptū dictū lignū preſeruabat a corruptione vſq̄ ad determinatū tēpus a deo: quo finito vel homo tranſlatus fuiſſet ad ſpiritualē vitaz gloriā: vel indiguiſſet iterū ſumere de ligno vite. Et ſic nō ſimpliciter/ſed quodāmodo lignū vite cauſabat immortalitatem.

De ipaſſibilitate hoīs.

¶ Habebat et homo in tali ſtatu aliquo modo impaſſibilitatem. Cū eñ paſſio dicatur dupliciter. Uno modo p̄priez: ſic dicit pati quod a ſua naturali diſpoſitione remouet: in rebus aūt naturalibus ꝓtraria agunt et patiūr ad inuicē: quo: vnum remouet alterū a ſua naturali diſpoſitione. Et hoc modo in ſtatu innocentie erat ipaſſibilis: et ſm aiam et ſm corpus. Poterat enim paſſionem p̄ hibere ſicut et mortem: ſi abſq̄ peccato ſteriſſet. Unde penaz nō ſenſiſſet caloris vel frigoris: nec aliquā infirmitatē ſubiaciebat. Alio modo ſumitur paſſio cōmuniter ſm quā cunq̄ immutationem: etiā ſi pertineat ad pfectionem nature. Sicut intelligere vel ſentire dicit pati quoddam. Et hoc ſcō modo in ſtatu innocētie erat paſſibilis: et patieba tur et ſm aiam et ſm corpus. Nam et intelligebat: et ſentiebat videndo/audiendo/et huiuſmodi: et dormiebat: q: dormire nō remouet hoīem a naturali diſpoſitione: ſed ad bonuz nature ordinat. Sed nec quādo coſta ſeparata eſt ab adam quādo formata eſt Eua: paſſionem ſuſtinuit; primus homo. Nec mulieres in pariendo fuiſſent paſſe doloze: qui in eis ſecutus eſt ex peccato. Tho. in. j. par. q. xcvij. arti. ij.

Habuiſſet hō i ſtatu innocētie aīe paſſiones.

¶ Fuiſſent quoq̄ homini in ſtatu innocentie quedam aīe pationes. Pro cuius declaratione dicit Tho. in. j. par. q. xcv. arti. ij. q̄ omniū paſſionū anime: que ſcilz ſunt in appetitu ſenſuali quedā ordinantur ad bonum: vt amor: et gaudium et deſideriū: quedā ad malum: vt timor et dolor. Et quia in primo ſtatu nullū malū aderat/nec imminebat: et nullum bonū aberat/q̄ cuperet bona voluntas p̄ tēpore illo habendo: vt patet per Aug. xiij. de ciui. dei. Oēs ille paſſiones que reſpiciunt malū in adam nō erant: vt timor et dolor et huiuſmodi. Similiter nec ille paſſiones que reſpiciunt bonū non habitū et habēdum/ vt' cupiditas eſtuans Ille vero paſſiones q̄ poſſent eſſe boni p̄ſentis: vt gaudium et amor. vel que ſunt boni futuri vt ſuo tempore habendi: vt deſiderium et ſpes nō affligens fuerunt in ſtatu innocentie: aliter tamen q̄ in nobis. Nam in nobis appetitus ſenſualis in quo ſunt paſſiones non totaliter ſubeſt rationi. Unde paſſiones quandoq̄ ſunt in nobis preuenientes iudicium rationis et impedientes: quandoq̄ vero iudiciū rationis cōſequentes: prout ſenſualis appetitus aliqualiter rationi obedit: in ſtatu vero innocentie appetitus erat totaliter rationi ſubiectus. Unde non erant in eo paſſiones anime/niſi ex ratione ſeu rationis iudicio conſequentes Unde tunc caro nō concupiſcebat aduerſus ſpiritū vt nūc eſt. ¶ Et in eſu quidem fructuum lignoz paradiſi: de quibus dictum eſt. De omni ligno quod eſt in paradiſo come de Beñ. ij. quod ſi feciſſet cibo indigens tunc ad ſui ſuſtentationem: delectationez magnaz habuiſſet magis q̄ nunc quia tanto delectatio ſenſibilis maior eſt quāto natura prior: et corpus magis ſenſibile: ſed concupiſcibilis nō ita in ordinate ſe extulliſſet ſuper illa delectatiōe: quia regulatur per rationem. Sicut et ſobrius in cibo ſumpto non minorē delectationem ſentit quā guloſus: ſed minus eius concupiſcibilis ſuper huiuſmodi delectatiōe requieſcit. Tho. in. j. parte. q. xcvij. arti. ij.

Quoꝺ actū generationis.

¶ Quantum vero ad actum generationis in ſtatu innocentie: q̄uis quidā antiquorum doctorum conſiderantes concupiſcentie feditatem que inuenitur in copula carnali in preſenti ſtatu: poſuerint q̄ in ſtatu innocentie nō fuiſſet generatio per copulam carnalem Unde et Gregorius niſſenus dicit: q̄ fuiſſet multiplicatū genus humanum in paradiſo: ſicut multiplicati ſunt angeli abſq̄ concubitu per operationem diuine virtutis. Et dicit quod deus ante peccatum fecit maſculuz et feminam reſpiciēs ad modum generationis qui futurus erat poſt peccatum cui? preſcius erat. Sed Thomas in. j. par. q. xcvij. art. ij. hoc reprobat per rationem quam ibi ponit: determinās generationem in illo ſtatu innocentie fiendam per copulā. Unde et mulier dicitur facta in adiutorium viri. Bene. ij. ſcilicet ad generationem. ſed vt ipſe ait: duo ſunt in copula carnali cōſideranda ſm preſentem ſtatum. Unum quod eſt natura ſcilicet coniunctio maris et femine ad generandum In omni generatione requiritur virtus actiua et paſſiua. Unde cum in omnibus in quibus eſt diſtinctio ſexuū: virtus actiua ſit in mare paſſiua in femina nature ordo exigit. vt ad generandum cōueniat per copulā maſculus et femina. Aliud quod conſiderari poteſt eſt quedam de formis tas immoderate concupiſcentie: que in ſtatu innocentie nō fuiſſet quando vires inferiores omnino rationi ſubderentē Unde et Augu. dicit. xiij. de ciui. dei. Abſit vt ſuſpicemur prolem nō fieri ſine libidinis morbo. ſcilicet in illo ſtatu in nocentie: ſed eo voluntatis nutu: vt mouerentur illa membra quo cetera et cine ardore et illecebroſo ſtimulo/cum trā quillitate aīe et corporis. Nec fuiſſet tunc cōtinentia, laudabilis/vt nunc quia in iſto tempore laudatur continentia: nō propter defectum fecunditatis: ſed remotionem mordinate libidinis: tunc autem fuiſſet fecunditas abſq̄ libidine. Et vt dicit Au guſt. xiij. de ciui. dei. In illo ſtatu nulla corruptio integritatis infunderet gremio mariti vxoris. Potuit enim ſalua integritate feminei genitalis virile ſemen immitti.

Reprobatio grecorij ſenti.

Bona paradiſi.

¶ Nulla ibi paſſio famis/vel ſitis anxietas. Nam tempore congruo cum fuiſſet nature conueniens comedi ſet et bibiſſet anteq̄ fames vel ſitis eum affligeret dormi-

set sine aliqua inquietatione vel perturbatione somniorum terribilium: sine pena caloris vel frigoris fuisset propter aerem tempatissimum: nulla infirmitate grauatus fuisset.

Qualis sit padisus terrestris.

¶ Quantum ad loci amenitatem fuit homo honore sublimatus. Quia etsi factus in agro damasceno de limo terre sm corpus: tamen translatus extitit in paradisum terrestrē. Sed pro huius paradisi declaratione sm Augustī. viij. super Be. ad literam. Tres sunt de padiso generales sententie. Una est eorum qui tantūmodo corporaliter paradisum intelligi volunt. Alia eorum qui spiritualiter tantum: id est ecclesiam. Tertia eorum qui vtroque modo paradisum accipiunt: quam fatetur sibi placere sententiam. idem Augu. xiij. de ciui. dei. & hoc rationabiliter. In omnibus enim que

Vbi situat paradisus

scriptura tradit pro fundamento tenenda est veritas historie: et desuper spirituales expositiones fabricande sm Tho. ij. par. q. ciij. arti. j. Est ergo paradisus (vt dicit Isidorus in lib. Etymologiarum locus in orientis partibus constitutus cuius vocabulum a greco in latinum vertitur hortus. Conuenienter autem in parte orientali dicitur situs: quia credendum est q̄ in nobilissimo loco totius terre sit constitutus. Cum autem oriens sit dextera celi/sm Philosophū. ij. de celo & mundo: vt dextera sit nobilior sinistra: conueniens fuit vt in orientali parte paradisus instituerer. Qō autem Beda dicit q̄ paradisus pertingit vsq̄ ad lunarē circulum: non est verum si sm situm simpliciter intelligatur: potest tamen exponi q̄ vsq̄ ad locum lunaris globi ascendit: non sm situs eminentiam (sed sm similitudinem: quia est ibi perpetua aeris temperies. vt dicit Isidor. Et in hoc assimilatur celestibus corporibus que sunt absq̄ contrarietate. Et dicit Augusti. super Gen. ad literam. viij. c. Credendum est q̄ locus paradisi a cognitione hominum est remotissimus. Quatuor flumina que ibi nominantur oriri (Bene. ij.) horum fontes nati esse dicuntur alicubi: & super terras & post tractus prolixarum regionū locis aliis erupisse.

Redarguit Beda.

Quid fit lignū vite.

Nam hoc solere nonnullas aquas facere quis ignorat: et q̄ locus ille est seclusus a nostra habitatione impedimentis montium vel mariū: vel alicuius estuose regionis: que trāsiri nō potest: ideo scriptores locorū de hoc nō faciunt mentionem. ¶ Lignus vite quod in medio erat: quedā materialis arbor fuit/sic dicta: q̄ eius fructus habebat virtutē cōseruandi vitā. vt. S. dictum est. Spiritualiter autem significabat christum qui est sapiētia dei patris & lignū vite. Prouerb. iij. Vel etiam sacramentū eucharistie/vel donum obedientie. Lignū vero scientie boni & mali fuit etiam materialis arbor sic nominata ppter euētū futurū: q̄ post ei⁹ esus homo per experimentū pene didicit quid interesset inter obedientie bonū: & inobedientie malū. Et spūaliter pōt significari liberū arbitriū. Predicte aūt & alie arbores pduc̄te sunt in actu tertia die. Et vt dicit Damascenus. Erat paradisus diuina regio & digna eius q̄ sm imaginē dei erat cōuersatio temperato & tenuissimo & purissimo aere circumfulgens/plantis semper floridis comatus: q̄ quidē dicit: In paradiso nullum irrationabilium habitat: licet ex quadam dispensatione illuc aialia fuerunt adducta ad adam q̄si eis

Lignus scie boni & mali.

Paradisus, sm Damascenum.

Adam noīa imposuit: & serpeus illuc accessit p operationē diaboli fuit sub qui sm Bedam habebat faciem virgineā. In quo nullus inimat⁹ habitat/nisi Enoch & Helias: vt dicitur.

Inhonore dñi.

¶ Tertio fuit adam sublimatus honore dominij. vnde dñs dixit Gen. j. Faciamus hoīem &c. vt presit piscibus maris & volatilibus celi: & bestijs terre. Pro cuius declaratione dicit Tho. j. par. q. xcj. arti. j. q̄ in statu innocentie ante inobedientiaz nihil repugnabat homini q̄ naturaliter debet ei esse subiectum. Oia aūt aialia naturaliter sunt homini subiecta' quod apparet ex tribus. Prio ex ipso nature pcessu in generatione rerum naturalium & vsu earum. Nā de imperfecto proceditur ad perfectum. vt in generatione hoīs. Patet etiā in vsu rerū naturaliū. Nā imperfectiora cedunt in vsum perfectiorū: plante enim vtuntur terra sui nutrimento aialia vero plantis: hoīes plantis & aialibus. Unde naturaliter homo dominat animalibus. Scō/ hoc apparet ex ordine diuine puidentie q̄ semper inferiora per superiora gubernat. Unde cum homo sit super cetera aialia: quia ad imaginem dei factus conueniēter eius gubernationi alia animalia subdūtur. Tertio/hoc apparet ex proprietate hominis & aliorū aialium. In alijs enim animalibus inuenit sm naturalem estimationem quedam participatio prudentie ad aliquos particulares actus: in homine autem inuenitur vniuersalis prudentia: que est ratio omniū agibiliū. Omne aūt quod est per participationē: subditur ei qō est per essentiā & vniuersaliter. Et sic patet q̄ naturaliter est subiectio animaliū ad hominem: sed inobedientia eorū ad hominem: que nunc apparet: subsecuta est culpam inobedientie hominis in penam eius: quia ipse inobediens fuit deo/fuisset tamen naturalis discordia inter ipsa bruta: oia tamē subiecta fuissent dominio hominis: sicut nunc aliqua domesticantur ab eo. ¶ Et sciendū sm Tho. q. ea. arti. ij. q̄ cum dicitur Gen. j. de homine: vt presit vniuerse creature/ intelligitur que nō est ad imaginē dei. Nam angelis nō dominabatur: sed viribus sensitiuis suis/scilicet irascibili et concupiscibili: que aliqualiter obediūt rationi: dominatur anima imperando in statu innocentie/& sic animalib⁹ bruti: viribus autem naturalibus & ipsi corpori homo dominabatur: nō quidem imperando/sed vtendo. Et sic in statu innocentie dominabat plantis: & rebus animatis/ nō per imperiū vel immutationem. vt immutando de vna specie in aliam: vel immutando cursum corporum celestium: sed absq̄ impedimento vtendo eorum auxilio. ¶ In ipso autē statu innocentie fuisset disparitas hominū: non solum quoad sexum & etatem sed etiam sm animā quantū ad iustitiam & scientiam. Non enim homo ex necessitate operabatur: sed per liberum arbitrium ex quo habet homo quo magis vel minus applicet animū ad aliquid operandū vel cognoscendum: vnde quidam magis pfecissent in iustitia & sciētia q̄ alij. Ex parte etiam corporis poterat esse disparitas. Unde & sm diuersam dispositionem aeris: & sm diuersum statum stellarū: alij fuissent robustiores corpore vel pulchriores & maiores & melius complexionati & generatiuita tamē q̄ in illis qui excederentur nullus esset defectus vel peccatum sm animam & corpus. Fuisset quoq̄ & dominium vni⁹ hominis super alios in statu innocentie. Non enim erat talis status dignior q̄ conditio angelorum: sed inter angelos quidam alijs dominantur: vnde est vnus ordo dominationum. Sed pro huius maiori declaratione sciendū sm Tho. j. par. q. xcvj. arti. iij. q̄ dominiū accipitur dupliciter. Uno modo sm quod opponitur seruituti: & sic domin⁹ dicit cui aliquis subditur seruus: & isto modo nō fuisset dominium in statu innocentie. Nam tunc aliquis dñatur alicui seruo quādo eū cui dñatur ad propriā vtilitatē sui. j. dñantis refert. Et tale dñium esse nō potest sine pena subiectorum q̄ in statu innocentie non fuisset. Et de hoc intelligitur quod ait Augu. de ciui. dei. lib. xix. Hominem rationalem ad imaginem suam factum noluit deus/nisi irrōnabili dñari non hominem homini/sed hominē pecudi. Scō modo accipitur dominiū sm q̄ cōmuniter refertur ad subiectū qualitercunq̄: & sic etiā ille qui habet officiū gubernandi & dirigendi liberos/dñs dici potest. Dñatur enim aliquis alteri vt libero quando dirigit ipsum ad proprium bonū eius qui dirigitur vel ad bonū cōmune. Et tale dñium fuisset in statu innocentie hoīs ad hominē. Et hoc propter duo. Primo q̄ homo naturaliter est animal sociale. vnde hoīes in statu innocētie socialiter virissent. Socialis autem vita multorum esse non potest nisi aliquis presideret qui ad bonum cōmune intēderet. Scō/q̄ si vnus homo habuisset super alium eminentiā scientie & iusticie: incōueniens fuisset nisi hoc sequerer in vtilitatē aliorū. Unde Augu. dicit. xix. de ciui. dei. q̄ iusti nō dñandi cupiditate imperāt/sed officio cōsulendi: hoc naturalis ordo prescribit: ita deus hominem condidit. Ideo autē deus hominē in paradiso nō cōdidit: & in terra formatū de limo terre: & anima de nouo creata & in corpore illo infusa: scilicet dicitur q̄ spirauit in faciem eius spiraculum vite: sed tulit eum deus & posuit in paradiso. vt dicitur Gen. ij. & hoc gratie dei imputaretur: & non humane nature. Fuit enim paradisus locus congruus habitationi humane quantū ad incorruptionē primi stat⁹. Incorruptio autem illa nō inerat homini sm naturam: sed ex supernaturali dei dono. Ibiq̄ habitasset cum posteris quous q̄ multiplicato humano genere de progenie in progeniem vsq̄ ad numerum electorum a deo prefixum omnes simul translati fuissent in paradisum celestem: seu celum empyreum in anima simul & corpore ad clare videndum dei essentiam. Positus autem fuit in paradiso homo vt operaretur & custodiret illum. vt dicit Gen. ij. Quod Aug. viij. sup Ge. ad literam dupliciter exponit. Uno modo vt referatur ad deū: vt deus operaretur in homine iustificando ipsum: cuius operatio: si ab homine cessat cōtinuo obtenebratur: sicut aer si cessat influentia luminis. Et vt custodiret scz ab omni corruptione & malo. Alio modo potest intelligi vt referatur ad hoīem: vt. s. homo operaret & custodiret paradisum. Nec tamen illa operatio esset laboriosa sicut post peccatum: sed fuisset iocunda ppter experientiā virtutis nature: Custodia aūt illa nō esset contra inuasores: sed ad hoc vt homo sibi padisum custodiret & in peccādo ipsum amitteret. ¶ Fuissent autem opera primi hominis magis efficacia ad merendum quam opera nostra. Pro cuius declaratione est sciendum sm Thom. j. part. quod quantitas meriti ex duobus potest pensari. Uno modo ex radice charitatis

In statu innocentie fuisset homini spitas.

Quare homo non creauit in paradiso.

Quare homo postus fuit in paradiso.

tatis ⁊ gratie. Et talis quantitas meriti correspondet premio essentialiter quod in dei fruitione consistit. Qui enim ex maiori charitate aliquid facit perfectius deo fruetur. Alio modo potest pensari quantitas meriti ex quantitate operis: que quidem est duplex/scilicet absoluta et proportionalis. Vidua enim que misit duo minuta in gazophilacio minus opus fecit quantitate absoluta: ꝙ illi qui magna munera posuerunt: sed quantitate proportionali vidua plus fecit ſm dominj sententiam Luc xxi. quia magis eius facultate superabundabat. Utraq; tamen quantitas meriti: quod. ſ. attenditur respectu operis/seu laboris respondet premio accidentali: qđ est gaudium de bono creato. Si igitur attendatur quātitas meriti ex parte gratie: efficaciora fuissent opera primi hominis ad merendum in statu innocentie ꝙ post peccatum: quia gratia copiosior fuisset nullo obstaculo gratie in natura humana inuento. Similiter si conderetur absoluta quantitas operis: efficaciora fuissent opera ad merendum quia cum homo esset maioris virtutis maiora fuisset opera. Sed si consideret quātitas proportiōalis maior inuenitur ratio meriti post peccatum propter imbecillitatem hominis. Magis enim excedit paruū opus potestatē eius qui cū difficultate operatur illud ꝙ magnū opus potestatē eius qui sine difficultate operatur. Quāuis enim ⁊ primus homo ante peccatum ita indigeret gratia ad merendū vitā eternā sicut post: tamen post peccatum ad plura indiget gratia ꝙ ante: qz ⁊ ad peccati remissionem/⁊ ad infirmitatis sustentationem. De

De cōditionib⁹ gentoꝝ in statu innocentie.

cōditionibus genitorū in statu innocētie. Ubi sciendū primo: ꝙ non solum masculi/sed etiam femine fuissent in illo statu generate. Sic enim natura processisset generando si cut deus eā instituit: sed deus instituit marem ⁊ feminam in humana natura: vt habetur Gen. ſ. ⁊. ij. ergo ⁊c. Pro cuius declaratione dicit Tho. in. ſ. par. q. xcix. arti. ij. ꝙ nihil eorū ad cōplementū humane nature pertinent in statu innocētie defuisset. Sicut autem ad perfectionem vniuersi pertinent diuersi gradus rerum: ita etiam diuersitas sexus est ad perfectionē humane nature: ⁊ ideo in statu innocentie vterq; sexus per generationē fuisset productꝰ. Et videtur vt ait Tho. ꝙ tot fuissent generate femie quot mares. Nec obstat ꝙ omne agens generat sibi simile: nisi impediatur propter defectū virtutis vel indispositionem materie. In generatione autem vis actiua est in masculo: ⁊ sic vbi nullus fuisset defectus virtutis ex parte maris ⁊ indispositio materie ex parte femine: videtur ꝙ mares semper debuerint generare. Respondet Tho. ꝙ generatio femine nō solū cōtingit ex defectu virtutis actiue ⁊ indispositione materie vt obiectū est: sed quādoq; ex aliquo accidente extrinseco: sicut dicit philosophus in lib. de aīalibus: ꝙ ventus septentrionalis coadiuuat ad generationē masculorum: australis vero ad generationē feminarū. Quādoq; aūt ex conceptione anime ad quā de facili immutat corpꝰ ⁊ precipue in statu innocentie hoc esse poterat: qñ corpus erat magis subiectum anime vt scilicet ſm voluntatem generantis distingueretur sexus in prole: vt si tot sint femine quot mares/vt quilibet haberet virum suum ⁊ vir vxorē vnicā. Na

Nati in statu innocētie quales fuissent

nuncios vt sibi ⁊ suis mitteret de cõuiuio: q̃ noluit: sed dura ⁊ iniuriosa locutus est eis ꝓpter q̃ dauid iratus ex verbis illius disposuit cũ suis ire ad occidendũ eũ. Sed abygail vxor dicti nabal pulchra ⁊ prudentissima: percipiens duriciã viri sui: ipsa cũ asinis onustis rebus comestibilib⁹ iuit ad dauid. ⁊ obuians ei in via obtulit oĩa: rogãs vt pceret viro suo de illa inhumanitate. Q̃ ⁊ fecit pacatus verbis eius. Ipsa aũt reuersa cũ nũciasset viro suo periculum/ mortuus est ex timore. Et dauid accepit postea abygail in vxorẽ suã. In. xxv. saul cũ nũciantib⁹ et ziphęis veniss̃et in desertũ ziph cũ exercitu vt caperet dauid: dormiẽtib⁹ cũ eis de nocte/ dauid intrauit secreto cuz abisai tentoriũ saul: ⁊ cũ posset occidere eũ suggerẽre ei hoc abysai/ noluit sed arrepta hasta ⁊ cypho qui erat ad caput saulis: recesserunt nemine aduertẽte. Elongatis aũt/ clamauit dauid ad abner arguẽs eos de negligẽtia custodie dñi sui: ⁊ quõ inuenerãt in tentoriũ saulis: ⁊ potuit occidere. Q̃ audiens saul igemuit se accusãs/ ⁊ illũ laudãs. In. xxvj. dauid ne incideret in manus saulis psequẽtis eũ/ iuit cũ suis ad regẽ achis geth/ petẽs ab eo mãsionẽ in vna vrbiũ suarum: q̃ ei dedit sicelech. ⁊ cũ dauid frequẽter faceret strages ⁊ predas de philisteis/ dicebat achis regi q̃ illa fecisset cõtra populum israel. In. xxviij. cõgregati sunt philistĩm in preliũ cõtra israel ⁊ saul cũ suis venit in gelboe: q̃ timens castra philistĩm/ cum non posset habere responsum de euentu belli nec per ꝓphetas nec per sacerdotes, accessit ad phytonissam in habitu tranſformatorẽ suscitare fecit per artẽ suã samuelẽ iã mortuũ: qui predixit ei in bello ipsum cum filijs occidẽdũ/ ⁊ israel debellandũ. Utrũ autẽ fuerit verus samuel q̃ apparuit vel diabol⁹ in forma ei⁹: habes. xxvj. q. v. nec mirũ. In. xxix. cõgregatis philisteis cum satrapis suis/ inter quos erat achis rex geth: cũ vidissent satrape dauid cũ suis hebreis esse cũ achis: cõquesti sunt opinantes q̃ nõ fideliter agerent: sed fraudulenter ꝑ eos: vnde mã dauerũt achis q̃ remitteret eũ/ ⁊ nõ esset cũ eis in prelio q̃ ⁊ fecit subito. In. xxx. dauid reuertẽs in sicelech: inuenit succẽsam ab amalechitis q̃ ceperãt eã: ⁊ duxerunt substantiã ei⁹ ⁊ vxores ⁊ filios dauid ⁊ ceterorũ. turbat⁹ exercitus voluit dauid lapidare: sed ꝓfortatus a dño dato sibi risu a deo q̃ irruẽs in eos ipsos caperet: pcessit ꝑ eos: ⁊ a quodã egyptio seruo cuiusdã ex amalechitis q̃ predã fecerant inuento in via pre debilitate a dño suo dimisso ⁊ fame pericli tante: post refocillationẽ edoctus de via illorum amalechitaruz/ cũ ipso irruit sup eos: ⁊ ipsis deuictis oĩa reportauit ablata. Et dedit partẽ ꝑ de ducẽtis q̃ lassi subsiterãt ad custodiẽdas sarcinulas. In. xxxj. saul ⁊ tres filij. s. ionathas aminadab ⁊ melchisue: interfecti sunt in bello in monte gelboe a philisteis: ⁊ saul vulneratus ab eis irruit super gladium suum/ vt se occideret. cũ nõ ex toto esset mortuus precepit cuidam seruo suo amalechite ibi prope eum existenti vt ex toto occideret eum: quod ⁊ fecit: ⁊ totus israel fugatus ⁊ debellatus est.

Nabal mortĩ ex timore.

Suscitatio samuelis.

Saulis interit⁹

§. I. In secũdo libro regũ in. i.

Q Uarta aũt etas inchoatur a dauid/ ⁊ durat ad transmigrationẽ/ per annos. cccl xxxiij. ꝟm heb. ⁊ lxx. xxx. iterpretes plus vno. Qui dauid primus regnauit de tribu iuda ꝑ hebreos anno. xlvij. in hebrõ sup tribu iuda. ⁊. xxxiij. super totũ israel. ¶ Inchoaũ aũt ĩrta etas in dauid: nõ q̃ primus regũ: sed q̃ primus regum de tribu iuda: q̃m ei fuit facta expressa ꝓmissio de christo nascituro de tribu iuda. Gesta eius habent⁹ p totũ scõz librum regũ: q̃ breuissime hic ponẽt in substãtia. Unde in. j. c. scõi regũ habet⁹ q̃ dauid audita morte saulis luxit cũ suis: ⁊ ieiunauit ⁊ instituit carmẽ lugubre. In. ij. c. dauid ex consilio dñi ascendit cũ suis in hebron ibiq̃ inunct⁹ est in regez super solã tribũ iuda: ⁊ hisboseth filĩ⁹ saulis opante abner auunculo eius factus est rex super alias. xj. trib⁹ israel: q̃ regnauit duob⁹ annis. Congregatis autẽ exercitu dauid sub Joab ꝓncipe exercit⁹ eius ⁊ abner ꝓncipe exercit⁹ hisboseth ex cõi assensu. xij. ex vna pte. ⁊. xij. ex alia lucrati sunt adinuicẽ: ⁊ alter alterũ occidit vno ictu. Fugiẽtibusq̃ hisq̃ erant cum abner/ asahel germanus ioab persequens abner nolensq̃ ad preces eius omittere persecutionẽ: demuz fuit percussus asahel ab abner in inguine auersa hasta/ ⁊ mortuus est. In. c. iij. q̃ facta est longa concertatio inter domum saul ⁊ domum dauid. Dauid proficiens ⁊ semp seipso robustior. dom⁹ aũt saulis decrescens quotidie. Nati sunt aũt dauid in hebron primogenit⁹ amon. secũdus cheleab. tertius absalon. quartus adonias ⁊ alij de pluribus vxoribus. Abner aũt q̃ regebat domũ hisboseth redargutus ab eo q̃ cognouerat cõcubinã saul: indignatus cõtra eum accessit ad dauid ⁊ ꝓmisit ei populũ totum israel reducere ad subiectionẽ ei⁹. Q̃ cũ tractare disponeret reducta vxore dauid. s. michol ad eũ: Joab ꝓditorie occidit ipsum abner ĩ vltionẽ fratris sui asahel. Q̃ dauid displicuit/ ⁊ fecit eũ honorabil⁹ sepeliri/ associãs cadauer cũ suis lugẽs ⁊ ieunãs pro morte illius. In. c. iiij. hisboseth in domo sua iacentẽ duo principes latronũ rechab ⁊ banaab ingressi latẽter domum dormitãte ostiaria domus interfecerunt: caput eius portãtes dauid in hebron q̃ fecit eos suspendi. In. c. v. vniuerse trib⁹ israel vnxerũt dauid in regẽ sup totũ israel: qui cum suis cepit hierl'm q̃ occupabaẽ a iebuseis: prim⁹ ascendens in arcẽ sion fuit ioab: ꝓpter q̃ fuit fact⁹ ꝓnceps exercitus. Et in sion edificauit dauid habitationẽ suam missis ibi artific⁹ ⁊ lignis ab hyram rege tyri: Natiq̃ sunt ei in hierl'm. xj. filij sumẽs sibi plures vxores: ⁊ inter alias bersabee ex qua habuit salomonẽ: q̃ intelligiẽ factũ ex dispẽsatione dei de pluralitate vxorũ: bis aũt bellũ exercuit cõtra philisteos ⁊ deuicit eos ⁊ fugauit. In. c. vj. dauid: cum magna solẽnitate faciebat reducere arcã dñi in hierl'm: sed q̃ pcussus est oza a dño eo q̃ temere retinuisset arcam inclinatam a bobus recalcitrãtib⁹: ⁊ posuit eã in domo obededon. Sed post tres mẽses iteruz ordinauit reduci in hieru salem: q̃ ⁊ fecit cũ plurimis victimis in via ⁊ musicis instrumentis/ ⁊ dauid cũ populo saltabat corã ea ⁊ pulsabat organa nudus. Quẽ vidẽs michol vxor ei⁹ p fenestram despexit ⁊ cum intrãti domũ suã ipsa hoc ei improperaret/ Respondit cõtrẽnendo verba eius. In. c. xv. ⁊. xvj. ꝑmi para. habetur. q̃ dauid fecit leuitas ponere arcã in tabernaculo q̃ ei parauerat: ⁊ ordinauit q̃ deseruirẽt in tabernaculo ex leuitis corã arca in offerẽdo sacrificia ⁊ laudãdo deũ: ⁊ pulsando in diuersis generibus musicorũ vt rubis organis ⁊ cymbalis. vnde a dauid inuent⁹ est primo decãrationis vsus diuinorũ officior. in eccl'ia. In. c. vij. dauid ꝓsulente natam ꝓphetã de tẽplo dño cõstruendo. Rñdit nathan vt faceret q̃ gratũ hoc deo esset. Sed dñs locutus est nathan/ vt insinuaret dauid ex parte sua q̃ nõ ipse edificaret sibi domum i. tẽplũ/ sed filius eius. s. salomõ. ⁊ ipse esset sibi in patrem. ⁊ ille in filiũ: ⁊ regnũ ei⁹ stabiliret in eternũ. Q̃ si delinq̃ret eũ corriperet: sed misericordiã ab eo nõ auferret. Sup quo dauid magnifice deo grãs egit. In. c. viij. dauid debellauit philisteos q̃bus erat israel fact⁹ tributari⁹: pcussit etiã moabitas ⁊ adadezet regẽ sobat: syriã fecit tributariam/ ⁊ ammonitas ⁊ idumeos: predãq̃ auri argenti ⁊ eris reseruauit pro constructione tẽpli/ faciebatq̃ iustitiã omni pplo.

In. c. ix. dauid audiẽs miphiboseth filiũ ionathe filij saulis superstitẽ esse q̃ erat claud⁹ vtroq̃ pede: fecit eũ cõmensalem suum: ⁊ restituit fecit ei oẽs possessiones saulis: mandans Sibe seruo saulis q̃ ipse cũ filijs suis seruiret ipi⁹ miphiboseth. In. c. x. dauid audita morte naas regis ammonitarũ amici sui/ misit oratores ad cõsolandũ anon filium eius sup morte. Qui anon dehonestauit illos oratores radens eis media barbã ⁊ pcidens vestes vsq̃ ad nates: consilio ductus ad hoc aliorũ dicentiũ q̃ nõ ad cõsolandũ missi fuerant

Filij dauid nati i hebrõ.

Interfici hisboseth.

xj. filij dauid nati in hierl'm.

Fuit ãt q̃ tal. Q̃ cepim⁹ nõ habem⁹ ⁊ q̃ nõ cepim⁹ habem⁹ itellige bãt essi piscato resõ pediculis q̃s cepe rant ⁊ a se eiecerant homer⁹ ãt putabat õ piscibus.

Aĩ saule initiũ regni israel. Homerus tpe saulis claruit.

Titulus tertius de quarta etate mundi.

¶ De gestis Dauid ꝟm seriem secundi Capitulum. j.

libri regum.

fuerãt:sed ad explorãdũ. Qõ audiẽs dauid cõgregato exercitu misit Joab ꝓtra ammonitas in prelium. Jn.c.xj. de adulterio ꝑpetrato a dauid cũ bersabee vxore vrie ⁊ concepru eius. Cõ dauid volens occultare misit ꝑ vria fideliter cũ ioab pugnante ꝓtra ammonitas:⁊ cũ nõ posset ei suadere vt ad domũ iret ⁊ vxorẽ cognosceret:misit ꝑ eum epistolas ad ioab:vt poneret dictũ vriam in ꝑlio in loco periculoso vt occideret:qõ ⁊ factũ est. Et illo interfecto. ſ. vriam dauid bersabee duxit vxorẽ/q̃ pepit ei filiũ. Jn.c.xij. nathan ꝓpheta missus a dño redarguit dauid de adulterio ⁊ morte vrie loquẽs sub parabola diuitis q̃ occiderat ouem pauperis vt pararet hospiti conuiuiũ. Quo cõfitente humiliter peccatũ:dixit/dõs trãstulit pctm̃ tuũ. Uerũ ꝓpter hoc vt suscitaret ei malũ de domo sua. Et hec fuit ꝓsecutio absalonis/⁊ cõiuratio cõtra eũ. Dauid aũt orante ⁊ ieunãte ꝑ paruulo nato ⁊ infirmato vt sanaret:audita morte surrexit ad comedendũ. Exinde natus est salomon ei ex bersabee:post que dauid accessit cũ exercitu ad capiẽdũ rabath ciuitatẽ principalẽ ammonitarũ/occisis plurimis. Jn ca. xiij. ammon primogenit⁹ dauid philocaptus ⁊ infirmatus ex amore ad thamar sororẽ suã ex parte patris visitatusab ea:vt oppressit eã:propter qõ absalon dissimulata iniuria/ post bienniũ faciendo tondere greges suos inuitauit oẽs fratres suos ad cõuiuiũ:⁊ in ipso occidi fecit ammõ a seruis suis:⁊ fugit ad regẽ gessur. Jn.c.xiij. ioab misit mulierem viduã thecuitẽ a Dauid/vt simularet se habere causam talem.ſ.q̃ vnus filiorũ suorũ occisus fuerat ab altero ꝓpter qõ querebat ad mortẽ/perens misericordiaz ab eo ne occideretur:⁊ cãm reduxit ad absalon vt illi parceret. Qõ intelligẽs dauid ꝓcessisse hoc a ioab reuocare eũ iussit ab exilio. Sed reuersus in hierl'm/cũ nõ pmitteret dauid vt videret faciẽ eius:fecit venire absalon ad se ioab per cõbustionẽ segetũ agri eius:⁊ posuit eã mediatorem ad reconciliandum dauid patrem vt posset eũ videre:qõ ⁊ obtinuit.

Jn.c.xv. absalon adulationibus variis traxit ad se beniuolentiam israel. Et facta coniuratione cõtra patrem dixit ei q̃ ibat in hebron ad explendũ quoddã votũ suum: et cõgregata secũ maxima multitudine israel ⁊ achitoplex factus est rex in hebron. Quo audito dauid cũ suis fugit de hierusalẽ:⁊ sacerdotes qui eũ sequebant cum arca dñi remisit in ciuitatẽ hierusalẽ:similiter chusi amicũ suum vt destrueret consiliũ achitophel. Jn.c.xvj. absalon ingressus hierl'm de cõsilio achitophel:ingressus est cozã populo ad cõcubinas ꝑis. Dauid aũt fugiente ꝑ montes cũ suis:occurrit ei Siba seruus saulis cũ iumẽtis oneratis comestibilibus ad reficiendũ offerens:q̃ falso accusauit miphiboseth q̃ noluisset occurrere ei. ꝓpter qõ dauid oĩa bona ei⁹ dedit sibi. Occurrit etiã ei semei maledicens dauid/⁊ ꝓtra eum lapidẽ faciens. Et cũ abisai voluisset ire ad occidẽdum eũ:nõ permisit dauid:patienter ferẽs iniuriam vt dñm placaret. Jn.c.xvij. absalon querens ꝓsilium quid esset agẽdũ dimisso consilio achitophel de ducendo exercitum contra patrẽ vt caperẽt eum:secutus est cõsilium chusi qõ fuit in contrarium sub specie q̃ melius posset capere eum post aliquod tps. Et vtrũq̃ ꝓsiliũ ꝑ sacerdotes byathar et sadoch fuit intimatũ ꝑ filios eorũ. Achitophel aũt se suspendit. Berzellai galaadites et quidam alij refecerũt dauid et suos fessos. Jn.c.xviij. ordinato ꝑlio dauid diuisit exercitũ suum in tres partes:et cum vellet cum eis ire in prelium non pmiserunt:precepitq̃ dauid vt absalon reseruarẽt. Qz deuicto exercitu absalonis cum ipse fugeret mule insidens remansit suspensus per capillos in ramis quercus. Qõ cũ quidã nunciasset ioab:ipse tres lãceas in eum iaciens occidit. Cum aũt chusi iuisset ad nunciandum dauid: amarissime lugebat mortẽ absalonis. Jn.c.xix. cũ dauid lugeret filium:ioab ingressus ad eum reprehendit ⁊ admonens vt procuraret reductionẽ populi ad se:al's nullus remaneret cum eo. Qõ fecit ꝑ abyathar ⁊ sadoch quo ad tribum iudar promittens amase qui fuerat princeps exercitus absalõis:q̃ faceret eum principem suum pro ioab:⁊ hoc vt reduceret israel ad sui obedientiã:sed⁊ semei occurrenti sibi/⁊ petenti veniam de iniuria illata pepercit. Et miphiboseth veniẽti ad eum/⁊ se excusanti q̃ nõ potuerat ire cum eo: statuit vt possessiões suas diuideret cũ siba ꝑ mediẽtate. Jn reductione aũt dauid regis/⁊ recognitione dñij eius/contendebant adinuice tribus iudar⁊ alie tribus israel. Jn.c.xx. quodam pessimo viro noĩe Siba ꝓsonante buccina et dicẽte:Non est nobis pars in domo dauid scisma fecit ⁊ separatus est israel a iuda. Sed ioab ⁊ abisai cum exercitibus persequẽtes sibã discurrentẽ ꝑ ciuitates ad sequendũ eũ demũ obsederũt eũ in adela ciuitate. Ciues autem abscindentes caput sibe miserũt ꝑ muros ipsi ioab. Qui dimisit obsidionem:prius tamẽ in via proditozie interfecerat amasam q̃ debebat instituí princeps exercitus ꝓ ioab. Jn.c.xxj. ozta fame in israel ꝑ trienniũ durante/dauid consulenti sup hoc dñm:reuelauit hanc euenisse ꝑpter occisionẽ factam a saule de gabaonitis/cõtra iuramentũ eis ꝓstitum a iosue. Et ꝑpter hoc ad requisitionẽ gabaonitarum:dauid dedit in manus eorũ duos filios saulis ⁊ concubinã.⁊.v.filios filie saulis:q̃ eos crucifixerunt. Quo facto reꝓpitiatus est dñs israel. Miphiboseth aũt pepercit dauid ꝑpter iuramentum prestitũ patri eius ionathe. Exinde narratur de trib⁹ bellis gestis cõtra philisteos quosdã gigãtes:⁊ de quarto in quo cũ vn⁹ pcussisset dauid:abysai defendit eum:⁊ amplius nõ pmiserũt dauid accedere ad bellum ne occideretur. Jn.c.xxij. canticũ habek q̃ fecit dauid cũ fuit liberatus de manu saulis.qõ est ps̃. xvij.ſ. Diligã te dñe fortitudo. Jn.c.xxiij. De.xxxvij. fortissimis virtutibus in bello q̃ erant cum dauid:⁊ pre ceteris tres fuerũt qui desideranti dauid aquã de cisterna bethleem vbi erat philisteis ꝓ medium hostium transeuntes hauserunt aquã de cisterna illa:afferentes eã dauid:q̃ noluit bibere. Faciẽte dauid numerare populũ subditũ ꝑ ioab ex ſupbia in.c.xiij.⁊ vlti. ꝑpter peccatum istud missus a dño angelus ad dandũ sibi optionẽ eligendi vnum ex tribus:aut famẽ in israel septez annis:aut tribus mẽsibus persecutionem ⁊ fugã ab hostibus:aut tribus dies pestẽ in populo. Qui elegit vltimũ:vnde infra triduũ mortui sunt ex peste.lxx.milia. Et cũ vidisset dauid angelus extendentẽ manũ ad percutiendũ hierl'm:rogauit dauid vt magis percuteret familiã suã/⁊ se q̃ peccauerat. Placatusq̃ dominus ꝓhibuit angelo percussurã. Et dauid ex mandato dei ꝑ gad empto ꝑdio areuna iebusei/in area vbi viderat angelũ edificauit altare dño/vbi postea factũ est templum. Jn.c.xxij.⁊ per sequẽtia.c.vsq̃ ad.xxix.⁊ vlti,c.ſ.paral.agitur q̃ dauid dixit filio suo salomoni puulo/quomodo disposuerat ipse tẽplum dño edificare:sed dñs ꝓhibuit⁊ qz multũ sanguinẽ in bellis fuderat:sed filius eius scilicet salomon in pace regnãs edificaret ei tẽplum:propter quod preparauerat ei impensas in auro argento ⁊ ere ⁊ ferro nimis:admonens eum ad executionem:⁊ de dispositione edificij eius. Ordinauitq̃ cantores in tẽplo/⁊ pulsantes in organis et alijs musicis instrumentis sub asaph.emã ⁊ ydithũ diuidens sacerdotes a leuitis.i.xxiij. familias:⁊ q̃bus vn⁹ q̃ erat primus in familia illa sorte eligebatur ad ministrãdũ in tẽplo cũ suis coadiutoribus per hebdomadã suã. Cõfortauit insuper barones ⁊ principes tribuũ/vt adiuuarẽt salomonem in opere templi:⁊ ordinauit de officijs eorum in quibus deseruirent salomoni.

¶ De gestis Salomonis/⁊ eius gloria ostensa regine Sabe. Capitulum.ij.

DE regno Salomonis in quo inchoat tertius liber regũ. Et in primo.ca. dr:q̃ cũ dauid ꝑpter senectutẽ nõ posset calefieri vestib⁹:q̃sita ẽ ei puella pulcherrima abysag sunamitis ꝙgo:q̃ dormiẽs cũ rege vt calefaceret eũ:q̃ tñ nõ cognouit eã. Et cũ adonias fili⁹ dauid fecisset sibi currus:⁊ equites/querens sibi accipere regnũ/habẽs secũ ioab principẽ exercitus ⁊ abyathar sacerdotẽ/facto cõiuio magno oẽs fratres suos inuitauit excepto salomone. Qõ audiens bersabee mater salomonis:ſm cõsilium Nathan prophete intrauit ad dauid:insinuans quõ adonias accepisset sibi regnum eo ignorante. Dauid autem iurauit ei q̃ salomon regnaret post eum:vnde mandauit seruis suis q̃ imponerẽt salomonem super mulã suã ⁊ sadoch ⁊ nathã inungerẽt eum regẽ. Qõ ⁊ factũ est acclamante oĩ populo. Uiuat rex Salomon. Adonias hoc audiẽs timẽs salomonẽ fugit ad templũ:sed data sibi se curitate ipse etiã accessit/⁊ adorauit salomonẽ vt regẽ. ¶ Jn.c.ij. hr̃ q̃ dauid ad extrema vite deductus/exortat⁹ est salomonẽ ad obseruãtiã legis:⁊ remorauit ei mala q̃ fecerat Joab:⁊ iniurias semei/⁊ beneficia berzelai. Ipsoq̃ mortuo adonias rogauit bersabee:vt ĩtercederet apud filiũ suũ salomonẽ/vt daret sibi abysag in vxorẽ. Qõ cũ fecisset nõ exaudiuit eã:sed fecit illũ occidere ⁊ sil'r ioab. Abyathar exilio tradidit. Semei sub pena mortis ꝓcepit ne egrederet hierl'm. Et cũ post annos egressus fuisset ad recuperãdos seruos fugientes:occisus est ab eo. ¶ Jn.c.iij. ducta filia regis egypti in vxorem/⁊ in.xſ. anno etatis sue ſm hebreos habuit filium ex ea:⁊ ascẽdit in gabaon vbi erat tabernaculũ/⁊ altare encũ moysi sed nõ arca dei. Immolatisq̃ ibi mille hostijs:dñs apparens ei in somnis dixit ei vt peteret qõ vellet ab eo. Qui postulauit sapiẽtiam ad regendũ ppl'm suũ. Dixitq̃ ei dñs/q̃ qz nõ petierat diuitias/gloriã/vel mortẽ inimicorũ/vel longã vitã:sed sapiẽtiam:exaudit⁹ erat. Et nihilomin⁹ daret sibi diuitias ⁊ gl'iam sup oẽs:si tñ legẽ seruaret. Primũq̃ iudiciũ in quo nis.

Mors absalonis turpissima

Salomon vngit i regẽ isrl'.

Primũ iudiciũ salomo

ostēsa est sapia ei⁹/fuit de duab⁹ meretricib⁹ habētibus fi
lios:quoꝝ vno a mſe nocte oppſſo:cōrendebāt de supsti
te cui⁹ esset. Et data suīa p salomonē ꝙ diuideret in duas
partes/rogauit mſ vera ꝙ totus viuus daret poti⁹ alteri
mulieri:z hoc iudicauit salomō esse illā verā matrē sibiq
dari iussit. ¶ In.c.iij. ponunt pncipes eius z gl'ia sua. Nā
vij. prefectos habebat q̄ puidebāt ei de annona:singuli per
singulos mēses. Describit latitudo dom⁹ ei⁹. Cibus quoq
curie eius ꝛc⁹ per singulos dies. xxx. choꝛi simile z. lx. choꝛi
farine:decē boues pingues. z. xx. pascuales. z centū arietes
excepta venatione ceruoꝝ/capreaꝝ/z altiliū auiū. Et ha
bebat. xl. milia equoꝝ curiliū/z. x. milia equestriū. Prece
debat quoq; sapiētia salomonis sapiētiā oīm oꝛientaliū et
egyptioꝝ:z erat sapiētioꝛ cūctis hoibus. Et disputauit de
lignis a cedro libani vsq; ad isopū. Et disseruit de iumētis
volucrib⁹ reptilib⁹ z piscib⁹ z locutus est tria milia pabo
las. z. v. milia carmina:habebatq; pacē in circuitu z omnes
cōfluebāt vndiq; ad audiendū sapiam ei⁹. ¶ In. v. ca. salo
mon misit ad hyrā regē tyꝛi z sidonis/vt per suos faceret si
bi incidere ligna cedrina z abiegna de monte libani:vt de
eis posset edificare domū dñi:qđ z factū est. Cepitq; edifi
care salomon tēplū dñi anno. iiij. regni sui/q̄ fuit. cccclxxx.
egressionis isr'l de egypto. A natiuitate abrae nōgentesi
mus octogesim⁹ q̄rt⁹:ab initio ꝝo seculi bis millesim⁹ nō
gētesim⁹ tricesim⁹ tertⁱ⁹:z hocsm computationē hebreoꝝ
z quoꝛundā ex nr̄is. Nā sm cōputationē bede quā cōiter tꝛ
ecclīa/excedit numerū p̄fatū in mille. z. xxxvj. pfectq; opus
tēpli in. vij. an. cū dimidio:post qđ edificauit domū suam in
xiij. annis/z domū saltus. z de hmōi edificijs agit in. c. vj. et
vij. Cuius tēpli cōstructionis breuis summa est sm Uin
cen. hist. lib. xij. Templū hoc fuit edificatū in hyer'lm in mon
te moria/vbi abraā voluit filiū immolare:z iacob vidit in
somnis scalā de celo ad terrā. z in arca vbi dauid vidit an
gelū cessantē a percussione populi gladio pestis. Fuit autē
edificatū de marmoꝛe candido qđ pariū ōꝛ. z fenestꝛe obli
quate erant in parietibus tēpli. i. ab extra stricte z intus la
tificate q̄ solent dici balestriere. Et lōgitudo fuit. lx. cubito
rum. latitudo. xx. altitudo. cxx. Et cum hac dispositione q̄ a
pauimento iuxta terrā vsq; ad primū tabulatum erat alti
tudo. xxx. cubitoꝝ. z a primo tabulato seu solario vsq; ad
scōm:erat altitudo. xxx. cubito ꝝ:z ab isto scōo solario vsq;
ad tertiū qđ erat tectū templi erat altitudo. lx. cubitoꝝum
habebat ergo duo solaria inter pauimentum z tectū. z in
quolibet solario z in tecto erat ab extra in circuitu deam
bulatoꝛium:istud deambulatoꝛiū dicitur in euangelio pi
naculū/super qđ christus a diabolo tētatus fuit positus. z
tendebat vltra per. v. cubitos. Et erant ibi cancelli ante:ne
inde caderēt ambulantes. Pars aūt infima seu pma man
sio ab intra erat tota cooperta tabulis cedrinis vel abie
gnis/quibus desuper erant affixe lamine auree cuꝝ clauis
aureis/etiā pauimētū. Et diuidebat in duas ptes. s. in san
cta/ad quē locū primo erat ingressus in tēplū ex parte oriē
tis. xl. cubitoꝝ lōditudinis. et sanctasanctoꝝ. xx. Eratq; in
medio inter sancta z sctāsctoꝝ ꝝ/paries fact⁹ tabulis cedri
nis:et postea laminis aureis coopertus:altus. xx. cubitis:t
ante quē velū appēsum tenue pulcherrime intertū/qđ scis
sum est a summo vsq; deoꝛsū tpe passiōis. Intra sctāsctoꝝ
erat arca dñi facta a moyse in medio iter duo cherubin de
oliuis sculpta et cooperta auro/q̄ recti erant/z duas alas
eoꝝ extēdebāt supra ppitiatoꝛiū:qđ ppitiatoꝛiū erat tāq;
cooperculū capse erectū sup eā cū est apta. sicut se habent
tabule altariū picte:duas alas extēdebant/ita ꝙ ala vnius
cherubin tāgebat alā alteriusꝛz alia extremitate alaꝝ tan
gebāt parietē tēpli:z erat lōgitudinis. x. cubitoꝝ q̄libet eo
rū. In arca erāt tabule decalogi. Solū semel intrabat sum
mus sacerdos in anno in sancta sanctoꝝ/in festo propitia
tionis/cū magna solēnitate z in vestib⁹ oznatissimis vt ptz
ē. In sancta autē circa velus intrabāt sepe soli sacerdotes
in certis sacrificijs ad accēdendas lucernas:z ibi ex parte
meridionali erat candelabrū aureū:qđ fecerat moyses cuꝝ
vij. lucernis. z ex parte aquilonari mensa propositiōis pa
nū aurea: In medio autē erat altare aureū/factū a moyse
sed addidit salomon. x. alia cādelabra aurea eiusdem sche
matis:sed maioꝛis quantitatis. v. ad dexteram et. v. ad sini
stram. Et similiter. x. mensas aureas maioꝛes alia. Et ī me
dio hoꝛuꝫ altare thymiamatis factū de lapidib⁹/coopertū
tabulis cedrinis:z postea aureis:sup quo dabatur incen
sum thymiamatis:Et forte altare paruū factū a moyse au
reū erat in sanctasanctoꝝ:qz ibi erat thuribulū aureū/sm
apl'm ad hēb. in parietib⁹ vero tēpli ab intra erāt sculptu
re pulcherrime cherubin:z palmarū z aliox pulcherrime.
Sup tectū tēpli erat per gyrū nerua aurea in magnitudi
ne hois vt videret a lōge q̄si sylua aurea/z in labio exterio
ri p circuitū erant vites auree cū vuis z pāpinis aureis/et
in illa summitate iuxta tectū cū cōsummaret templū:posi
tus fuit ille lapis reprobat⁹ ab edificātibus qui coniunge
bat in angulis duos parietes. Quō aūt essent disposite ille
due mansiones seu solaria q̄ erāt supra primam descriptam
modo:vel quid ibi cōtineret nō legit. Ascendebat autez ad
dicta loca p scalas factas inter parietes tēpli ad modum te
studinis limacis. ¶ Porte aūt tēpli q̄ erant de lignis abie
gnis laminis aureis cooperte z sculpte cum cherub et pal
mis erant ad oꝛientē. In facie tēpli erat porticus:q̄ in euā
gelio ꝛ vestibulū tēpli:habēs columnas ereas inter quas
erant due mirabiliores ceteris in medio:pulcherrime scul
pture:vna dicebat iachim a dextris z que a finistris boꝛz.
Erat aūt hec portic⁹. xx. cubitoꝝ longitudinis iuxta mēsu
rā latitudinis tēpli. x. latitudinis ante faciem tēpli. In hoc
vestibulū seu porticum ascendebat ab atrio sacerdotū. xij.
gradib⁹ sm alios. vij. Post vestibulum edificauit salomon.
xxx. domūculas paruas:q̄ sui cōpactione totū templi spa
cium extrinsecus ambiebant:harū singule habebant. v. cubi
tos longitudinis. z. v. latitudinis. z i altitudine. xv. Ingres
sus earum ita disposuit:vt ex vna ingrederet ad alteram
aliquo spacio interposito. z supra eas edificate sunt alie mē
sura z numero equales:ita vt latera tēpli tria per circum
itum tegerent domūculis illis/vsq; ad primū tabulatuz ex
teriꝰ:reliqua pars tēpli superioꝛ videbat libere. he autē
domus fuerunt cubilia z cenacula hebdomadarioꝝ z gazo
phylacia vasoꝝ z vestiū sacerdotaliū. ¶ Erāt autē plura
atria circa tēplū. primū erat atriū sacerdotū:z de hoc pꝛio
fit mentio in lib. regū. Erat igit istud atriū platea grādis/
ex omni parte circa tēplū diffusa p quadrū:q̄ pꝛe foꝛibus
templi ad oꝛientē plurimū extendebatur:qz ibi erat altare
eneū vbi a sacerdotib⁹ immolabant. i. incēdebant aialia in
sacrificiū. hoc altare erat longitudinis. xx. cubitoꝝ:z toti
dē latitudinis:vñ et quadrū:altitudinis. x. Eratq; vacuum
desup craticulatū vñ infra descendebāt cineres q̄ euacua
bant p ostiū qđ infra erat. Et mare eneū/et luteres. Circa
ꝝo latera tēpli duo. s. ad aq̄lonē z meridiē:nō erat ita lata
illa platea ex parte occidētis sed adhuc strictioꝛ/ huius pla
tee ex oī parte pauimentū vario marmoꝛe stratū et varijs
imaginib⁹ figuratū:hoc aūt atriū cingebat mur⁹ breuisal
titudinis triū cubitoꝝ:z coopertū tabulis cedrinis per gy
rū vt ceteros a ministris ab ingressu huius atrij phiberet
z ad hūc parietē appodiabāt se psallētes:z cōuersi ad ppl'z
sup hūc inclinati loq̄bant:hic ambitus muri ꝓpꝛio noīe vo
cabat gyron. Unū solū introitū habebat ad oꝛientē ꝫ portā
tēpli habēs aperturā. xxv. cubitoꝝ. Usq; ad hūc introitū
ascēdebāt viri z mulieres deferētes oblatiōes suas ad mi
nistros sibi occurrētes/z ascēdebāt p. xxiij. gradus. intra
istud atriū erat vt dictū est:nō solū altare eneum lōge ma
ioꝛis quātitatis q̄ illud qđ moyses fecerat:qđ quidē in ali
qua parte atrij seruatū fuit. Erat z mare eneum ad moduꝫ
caldarie. x. cubitoꝝ a labio vsq; ad aliud labium econtra
rotūdū erat:ei⁹ ambitus. xxx. cubitoꝝ erat. Et posuit illō
ad dexterā partem tēpli sup. xij. leōculos eneos:z ibi sacer
dotes man⁹ z pedes lauabant ministraturi:fecit etiā. x lu
teres eneos. i. cōchas. v. ad dexteraꝫ z. v. ad sinistrā vbi la
uabant carnes aialiū q̄ cōburebātur sup altare eneū/pri⁹
tū exterioꝛa aialiuꝫ lauabātur in ꝓbatica piscina q̄ erat in
hyer'lm. Erat erinde sub isto aliud atriū lōge maius ex oī
parte/qđ circūibat ex oī parte tēplū cōtinēs in se primū:et
murus ambiēs ipsum erat in altitudine. xxv. cubitoꝝ:z ex
parte occidētali tēpli nullā habebat portā/ꝫ clausus erat
totus. Ex pte vero meridionali habebat quatuoꝛ portas:z
sil'r ex parte aq̄lonari. Ex parte aūt oriētali. s. ante faciem
tēpli erat in medio porta q̄ dicebat speciosa:i angulis autē
hui⁹ partis due porte parue/z ex his trib⁹ partib⁹. s. aqui
lonis:meridiei z oriētis:erāt portic⁹:vbi manebant hoies
tpe pluuiarū. Nā aere sereno manebāt sub diuo ad oꝛādū.
Solum autē mūdis viris licebat manere in hoc atrio. Hoc
atriū laicoꝝ in euāgelio ꝛ tēplū in quo christus predica
bat sepe. Et ex partib⁹ oriētalib⁹ atrij manebāt nummula
rij/z vēdentes aialia offerēda/quos christus ꝛ eiecisse de
tēplo. i. de hoc atrio. Erāt autē in porticibus z circa portas
huius atrij diuerse capse pro oblationibus. Una dicebatur
musach:vbi recipiebant oblatiōes regū z aliox et iam sed
in festiuitatib⁹. Alia dicebat corbana vbi mittebant obla
tiones sacerdotū z votiua. De qua dixerūt de. xxx. argēteis
nō licet eos mittere in corbanā. Tertia que dicebat ꝓpꝛie
gazophylaciū vbi mittebant oblatiōes pauperū:et quoti
diane/vel ad vsus pauperū. Jn laterib⁹ aūt huius atrij. s. au
strali z meridionali i porticib⁹ erant pastophoꝛia. i. loca se
parata in q̄bus comedebant a laicis mūdis q̄ eis ꝛtinge
bāt de sacrificijs aialiū. Jn porticib⁹ etiā illis erāt tria ge

nera

hic de
scribit
glia sa
lomōis

Lapis
ꝛproba
tus.

porte tē
pli q̄les
vestibu
li tēpli.

atria tē
pli.

Mons
moria.

Pinna
culum
tēpli.

Uelum
templi.
arca do
mini.

Altare
eneum.

Proba
tica pi
scina.

Porta
specio
sa.

Corba
na.

nera sediliū: prima dicebant cathedre: vbi sedebāt doctores in gymnasio. Scōa dicebant synhedre: vbi auditores in consistorio. Tertia exheredre: vbi assessores cū iudice ad aliqđ retractādū secrete. ſm Jſid. Sub hoc atrio erat aliud seu tertiū atriū in decliuioꝛi parte mōtis: qđ etiaz erat maioꝛis circuitus ꝙ cōtineret scōm/sed nō erat tāte venustatis: z erat eiusdē cōpositionis cū scō/sed non tāti oznat⁹.

Quar tūatriū

Ibi ozabāt z manebāt mulieres mūde tūi: Sub hoc erat z quartum atriū cuius murus per circumitum ab extra erat in radice collis hui⁹. Et ascēdebat. cccc. cubitis vsq; ad verticem tūi collis vbi templū erat situm. Et ita hic murus nō pḣibebat aspectū tēpli/nec eoꝛū qui ministrabāt in atrio interioꝛi: hic ozabāt immūdi viri z mulieres z gentiles q̄ veniebant ad ozandū in tēplo. Primum atrium ponit in. iij. Reg. ca. vj. z. vij. Secundum ponit Josephus. Alia duo ponit Uincē. in specu. histo. vt dictū est. Fecit quoq; fieri salomon multa vasa in vsum tēpli. aliqua aurea. aliqua argentea. aliqua enea vel de oꝛichalco. Dicitur etiā in. iij. Reguz vj. ca. ꝙ in constructione ipsius tēpli malleus z securis vel aliud ferramentū nō sunt audita: ita pz⁹ oia poliebantur. Erant quoq; in tēplo multe sculpture cherubiꝛ z palmarum in parietibus z in colūnis ereis z diuersis locis q̄ cā breuitatis obmissa sunt.

De vasis templi q̄ fecit salomon.

De domo salomonis.

¶ De domo autē quā sibi fecit z vxoꝛi filie pharaonis: z de domo saltus vbi tenebant. in inferioꝛi parte erāt aromata z pigmēta ad vsus tēpli. in parte superioꝛi seu solatio erāt arma non solū ad pugnandum: sz etiā ad ostentationem z oznatū. Nā z ibi habebantur. cc. scuta aurea: z. ccc. pelte auree vt rotelle. has portabant domicelli salomonis ante eum equitando cū egrederetur de domo in curru suo. Et circa hāc domū saltus in circuitu erat pulcherrimū viridariū. Cōsummato autē tēplo: fecit deferri per leuitas arcā dñi in sanctasanctoꝛū vniuerso populo cōgregato cum maxima solēnitate z innumeris victimis: faciens dedicationē templi septē diebus: z impleuit nubes tēplum/z ignis descendit de celo ad cōburendum holocaustaquē nutriebat sacerdos: mane et sero imponens ligna hic ignis extinct⁹ est: qñ iaſon amisit summum sacerdotiuz: vt ꝺz. s. q. j. sicut eunuchus. Significabat tēplū istud ecclesiaz sanctā p̄ christū regē pacificū edificatā. vt exponit Rabanus p̄ singula super lib. reg. Salomon aūt oznauit dñm/ vt exaudiret oꝛātes in tēplo vel versus tēplum si lōge essent

Arca dominfertur i sācta sanctoꝛuz.

Ofo salomōis

pro diuersis necessitatibus vel bellorū seu inimicoꝛuz eos persequentiū/vel pestis vel famis vel siccitatis vel aliaruz tribulationum: si tū reuersi ad penitentiam recognoscerēt petū suū. vt pz⁹. iij. Reg. viij. Et in. c. ix. habet ꝙ dñs apparuit in somnis salomoni dicēs se exauditum: si tamē ambularet ipse z ppl's in preceptis suis. Alioquin si declinarent ad deos alienos exterminaret eos: z tēplū; nomini suo factum abiceret. Dedit q̄ salomon hirā, regi tyꝛi qui per suos multum laboꝛauerat pro edificijs salomonis. xx. oppida in terra galilee p̄ remunerationeꝛ oēs autem gentes chananeoꝛum fecit sibi tributarias. De filijs israel neminem voluit seruire sibi: sed constituit eos milites/ministros/z duces suos. Ad⁹ sit quoq; classem cū seruis hiram regis tyꝛi i ophir inde asportās multū aurū.

Regina saba.

¶ In ca. x. ꝺo ꝙ regina saba audita fama salomonis venit a finibus terre/audire sapientiam eius: z de oīb⁹ q̄ interrogauit ei satisfecit. Uidēs oꝛdinem domus z familie z audiēs sapientiā: multū laudauit eū. Dederūq; alter alteri magna munera. Fecit quoq; salomon thꝛonū eburneū/ad quē sex gradibus ascendebatur. Ponit etiam quantitas reddituū eius z magnificentia equitatus eius. Oēsq; vndiq; terraz desiderabant videre faciē ei⁹. ¶ In. c. xj. scribit de lasciuia eius z punitiōe. Nazduxit vxoꝛes plurimas alienigenas cōtra mādatū dei: habuitq; septingētas vxoꝛes: z cōcubinas trecēteas/q̄b⁹ ardētissimo amoꝛe inhesit ita vt coleret deos earū ad cōplacendū eis: ꝓpter qđ irat⁹ deus suscitauit circa finē vite ei⁹ diuersa bella a finitimis. Hieroboā quoq; quē prefecerat sup tribū ioseph/occurrēs abias ꝓpheta scisso pallio suo nouo in. xij. partes dedit sibi. x. dicēs dñm sibi dedisse regnum z. tribuū israel: tribū iuda stirpi dauid reseruasse. Quod audiēs salomō quesiuit occidere eū: sed ille fugit in egyptuz.

De salomone est varia opinio vtrū sit saluatus: aliqui eū dicunt ꝙ nō: alij vt Hiero. Ambꝛ. z Chꝛyſ. ꝙ sic. qz pnām egit de suis lasciuijs z pctis ante moꝛtē: vñ z hebꝛei librum eius ecclesiasten intitulant de penitentia salomonis.

¶ De regibus subsequentibus/iuxta seriem libꝛoꝛum Regum z paralippomenon. Capt'm. iij.

IN. xii. capitulo habetur

ꝙ moꝛtuo salomone qui regnauerat. xl. annis z ex hoc apparet falsum esse qđ dicit iosephus in lib. antiqui. vcz ꝙ regnauit. lxxx. annis z vixit xcviij. cum in lib. Reg. iij. z in lib. Paral. ij. dicatur ꝙ regnauit. xl. annis. cū filius eius roboā sumpsisset regnum populus israel ad eū cōgregat⁹ rogauit vt minueret iugum patris. i. collectas/q̄ post triduū spreto cōsilio seniꝛū qui fuerant cū patre vt. s. benigne rūderet populo: secutus consiliū iuuenū in rūsione fienda dure rūdit: dicens magis aggrauaturū populū: z ꝓpter hoc secutū est scisma in israel. Et. x. tribus que postea appellate sunt israel: fecerunt sibi regē hieroboā/trib⁹ iuda cū bēiamin remāsit cū roboam: z cū pararet se roboā cū exercitu suo bellare ꝛ israel: dominus ꝓhibuit p̄ ꝓpheta. hieroboā aūt regnās super israel. timēs ne ppl'o israel vadēs in hierl'm ad tēplū ſm mādatū legis: recederet a dño ei⁹ z reuerteret ad roboā: fecit duos vitulos aureos: vnū in dan: aliū in bersabee finib⁹ israel col locās/cepitq; vt illos adoꝛarēt in deos. ¶ In. c. xiij. venit q̄dā ꝓpheta de iuda in samariā a deo missus: q̄ cū reprehenderet regē hieroboā stantē in altari ad immolandum idolis prenūciās regē nasciturū ex iuda noīe Josiam: qui combureret ossa sacerdotū idololatrātiū sup illud altare: cum rex extēdisset manū/innuēs vt caperet ꝓpheta illet: arefacta est man⁹ eius: z oꝛante p̄ eo sanata ē man⁹. Et q: ꝓpheta ille comedit in illo loco ꝛ mādatū dñi sibi sup hoc factū inuitatus tū ab alio sed falso ꝓpheтāte ex pte dñi vt comederet fecit: in via pgēs suffocat⁹ est a leone ꝓpter inobedientiā predictā. ¶ In. c. xiij. Informato filio hieroboam: vxoꝛ ei⁹ et mīr pueri in habitu simulato accessit ad abiā ꝓpheтā pre senectute nō videntē: sz in spū cognouit, eā/manifestans q̄ esset: z indicās ei moꝛtē pueri/ac reprehendens vitam eius de idololatria. ¶ Roboā autē filius salomonis regnauit sup iudā. xvij. annis. z idololatrauit cū ppl'o suo: ꝓpter qđ rex egypti venit hierl'm z predat⁹ est oēs thesauros tēpli z regie dom⁹. Sed z bellū habuit semp cū hieroboam. ¶ In. c. xv. moꝛtuo roboā regnauit sup iudā filius eius abia trib⁹ annis: fecitq; malū in cōspectu dñi cū popu lo suo. Mouit ꝛ eū bellū hieroboā rex israel' hīs in exercitu suo octogintamilia bellatoꝛū z abias. xl. milia. Et cū exercitus hieroboā ex parte ante z post ex insidijs bellarent ꝛ abiam: ipso abia se dño cōmēdante z fiducia habēte: exterruit dñs exercitū hieroboā/z cesa sūt. l. milia ex eis. vt hīr ij. paral. xiij. ¶ Moꝛtuo abia regnauit filius eius asa. xlij. annis sup iudā/q̄ abstulit effinatos de terra/z idola z matrē suā maacha deposuit de imperio vt nō esset princeps i sacris priapi. Moꝛtuo aūt hieroboā qui regnauit. xxij. annis sup israel/regnauit filius eius nadab duobus annis: quē interficiēs baasa, cū oī progenie sua regnauit sup israel. xiiij. annis. Asa aūt regnāte et bene ſm legē dñi se habente: egressus est ꝛ eū zara ethyops cū exercitu suo: habens decies centena milia cū currib⁹ trecētis. Ipse aūt Asa cū exercitu suo obuiās ei dñm inuocauit: q̄ exterruit ethyopes et versi sunt in fugā/vt habet. ij. paral. xiij. Azarias aūt propheta reuertēti a prelio cū victoria Asę occurit, confortās eū: prophetās de pte circa finē mūdi. vt hīr. ij. paral. xv. Anno autem. xxxvj. regni Asa baasa rex israel' ascēdit in moā/et muris q̄rebat circundare ramā: vt includeret iudam ita vt nullus posset illuc ingredi vel exire: ꝓpter qđ Asa territ⁹: accepta magna quātitate auri z argēti de thesauris templi benadab regē syrie vocauit in adiutoꝛiū suū cōtra baasa. Quo veniēte z inuadēte ciuitates israel: Baasa fuit compulsus omittere edificiū inchoatū/vt regi syrie resisteret: z interim de materia ibi ꝓparata edificauit sibi Babaa/et maspha. vt hīr. iij. Reg. xv. Ad qđ addit. ij. Para. xv. ꝙ Anani prophet⁹ ex pte dñi reprehēdit eū/ꝙ habuisset magis fiduciā in hoīe ꝙ in dño. Asa aūt iratus ex hoc posuit ꝓphetā in neruū: infirmatusq; Asa dolore pedū vehementissimo cōfisus per annum et vltra/nō quesiuit dñm in infirmitate sed magis in artē gis confisus est in arte medicoꝛum. moꝛtuo aūt eo et cum medico magna pompa sepulto: regnauit iosaphat super iudam filius eius. Moꝛtuo autē baasa vt hīr. iij. Reg. xvj. regnauit filius eius hela in israel duob⁹ annis. Quē temulentum et dño. fectum occidit zambri dux partis exercitus eius: z oēm domū eius deleuit: hic aūt regnauit. vij. dieb⁹. Cuiq; eū obsideret in thersa amri dux exercit⁹ israel: ipse zambri cernēs expugnationē vrbis/succendit se cū palatio suo: et diuisusq; est ppl's israel in duas partes: quarū vna sequebat' thebin vt faceret eū regē talia predictum Amri. sed pzeualuit pars q̄ sequebat amri. et factus est rex israel. q̄ regnauit. xij. annis. Eoq; pzauo moꝛtuo/regnauit filius eius achab anno xxxviij. regni regis Asa: z regnauit. xxij. annis. Uxoꝛ autez eius fuit Jezabel filia regis sidoniꝛū pessima mulier/dedita idololatrie baal cū viro achab. Josaphat autem rex iuda. iij. anno regni sui misit sacerdotes z leuitas per regnuz iuda ad docendū populū legem domini. Oēsq; genres in circuitu timebāt eum et philistijm et arabes: habebatq; in

Ereaz hieroboā rex israel.

Jezabel mulier pessima

exercitibus suis vndecim centena milia. et lx. mi. ¶ In ca. xvij. vsq; ad. xviij. habetur de helia de quo nihil in paralip. hcipiēte helia thesbite q̄ non plueret in israel nisi de mandato dñi abscondit? est in torrēte carith: vbi coruus deferebat ei panē ⁊ carnes mane ⁊ sero. Et deficiēte aqua torrentis/missus est in sareptā sidonioꝝ ad mulierē viduam: que pauit eum tpe famis: nec defecit eius pugillus farine ⁊ parum olei. sed suffecit sibi et filio ⁊ heliē: quia primo pauit heliam de illo modico. Egro tauit autē filius illius viduę ⁊ mortuus est: sed helias resuscitauit. ⁊ ōr hic fuisse ionas

Helias suscitauit pue rū. et de alijs ei? Gestis.

pphēta. ¶ In. c. xviij. Mittente achab rege israel abdiam prophetā dispensatorē domus sue ad querendum herbam p eēs: occurrit ei helias q̄ dixit sibi q̄ indicaret hoc achab hic abdias pauit centū viros colētes deū ⁊ abscondit a facie iezabel cum interfici iussit prophetas dñi. veniente aūt achab ad heliam iussit vt cōgregaret oēs prophetas baal. cccclj. ⁊ sacerdotes lucoꝝ. cccc. et oēm pplm israel in monte carmeli. Quo facto: helias dedit populo optionē: vt si prophete baal facerent suis inuocationibus ignem de celo descendere ad comburendum sacrificium. s. vnum bouē: baal populus adoraret. Si aūt hoc nō possent ⁊ ipse hoc ageret deum suum adorarent. Cum aūt sacerdotes baal diu inuocantes eum nil facerent. helias aūt breui oratiōe fecit ignē descendere qui cōbussit sacrificiū ex quo tot? pplꝰ adorauit et cōfessus est deum helie. Quo facto helias occidit omnes illos prophetas baal in torrente Cison. Fecitq̄ exinde per orationem suam magnam pluuiā superuenire post tres annos ⁊ dimidium quo tēpore nō pluerat super terram/et reuersus est achab domū helia precedēte. ¶ In ca. xix. iezabel audita occisione suoꝝ prophetarum misit nunciuꝝ ad heliam comminās ei mortē die sequōti. Qō timens helias perrexit in desertū: et obdormiēte sub iunipero angelus excitauit/hortās vt comederet panē subcinericium sibi missum a deo: in cuius fortitudine ambulauit vsq; ad montem dei oreb. vbi habuit mirabilem visionē sibiq̄ mandauit vt inde p̄ficiscēs inungeret heliseū in pphētā p se: quod ⁊ fecit inuēto eo cū. xij. aratoꝝ/q̄ secutus est eū. ¶ In ca. xx. Benadad rex syrie collecto exercitu suo. ⁊. xxxij. regib? eū adiuuātib? venit ꝺ achab regē israel in preliū/⁊ dominus p prophetā p̄dixit victoriā. Qō et factū est illis fugatis. Ite rū infra annus restaurato exercitu venit rex syrie ꝺ israel bellum mouēs in vallibus: vt dicētib? seruis q̄ dij montium erāt dij israhelitō victi prius fuerāt. Sed debellat? est exercit? syrie occisis cētū milib? de eis: et ad decē ⁊ septē milia: qui remanserāt fugiētes in ciuitatē murus ciuitatis ruens oppressit eos. Benadab autē rex syrie occultans se misit nuncios indutos cilicio ⁊ cinere aspersis capitib? petēs miam qō achab fecit eū dimittēs liberū. Qō prophēta quidam redarguit in habitu simulatorꝝ sub parabola dati alicui? in custodiā sub pena mortis. sic cōclusit. q̄ quia dimiserat benadab dignū morte: ipse et pplꝰ suus israel esset pro eo. s. periturus. ¶ In. c. xxi. Naboth iezrahelites cum haberet vineā prope domū regis achab: voluit ipse achab iet reēmere: quit naboth vt vēderet sibi vineaꝝ pro horto faciendo. Qui cum noluisset ei acquiescere. contristatū sup hoc vxor ipsi? achab Jezabel hoc audiens consolata est eum: et procurauit per falsos testes ipsum naboth accusari de blasphemia blasphemie: quo facto ille innocenter lapidat? est. Et cū achab iuis mansla set ad capiendū vineā naboth: dñs misit ad eum heliaꝝ qui pidatur prenunciaret ei exterminiū eius ⁊ domus sue propter tale nūc aūt scelus. ¶ In ca. xxij. Achab humiliato exterius ex redargu de iure tione helie: dñs dixit q̄ sentētia differretur. Josaphat aūt ciuilipu rex inda cū esset factus gener achab/pergēs ad visitandum nitur ca eū in samaria accessit. Qui cū vellet ire ad recuperandaꝝ ra pite iau moth galaad sibi ablatā a rege syrie: reḡsuit iosaphat ad tē. alea- eundum secum in preliū/cui rei assensit/admonēs tamē eū rū vsus iosaphat vt pri? cōsuleret dñm sup hoc. Vocatis autē. cccc. C. de re pphētis baal. ꝙ soluerūt q̄ iret ⁊ dñs traderet ei terrā illā. lig. ⁊ sū Sed cum Josaphat peteret cōsilium haberi a prophēta pt. fu. ⁊ dñi: adduct? est micheas pphēta vt ipse sup hoc responderet auf. ret: et adiurat? vt diceret veritatē/p̄nūciauit sibi ibi occidē vt nō lu dū in bello: exprimēs visionē de mō deceptiōis ei? p falsos xur. ho. pphētas. Et pter hoc micheas pcussus est in maxilla a sedechia falso pphēta: iussu regis missus in carcerē ad panetur. nem et aquā. Pergentibus aūt ad bellū simul rege iuda et achab repe israel cōtra syros: vulnerat? est achab in bello et inde mortuus. Additur in. ij. Paral. c. xix. q̄ reuertēte iosaphat hierusalē: hehu pphēta repehēdit eum de amicitia contracta ⁊ auxilio cū impio achab rege israhel: pter qō meruit irā dñi/nisi opa eius bona pacassent dñm. Ponit etiaꝝ ibi magna diligētia ei? quā habuit ad dirigendū populum ad legē seruandā: ponēs iudices p ciuitates: admonens facere iusticiā cūctis. ¶ Et in. c. xvij. ōr q̄ mittebat sacerdotes p ciuitates cū lege rei ad instruendum ppl'm pter quā erat in magna veneratione ⁊ timore apud oēs etiam finiti mas nationes ⁊ in diuitijs et magna gl'ia. ¶ In. c. xxiij. paral'. habeḳ q̄ ammonite ⁊ moabite ⁊ syri gētes innumere venerunt ad pugnā ꝺ iosaphat. Qui indixit ieiunij populo ⁊ excitauit ad orandū deū ppl'o autē ꝙgregato in hierl'm ad orandū ipso exhortante ad confidendū in dei adiutorio quidaꝝ ppheta. s. iaziel ex parte dei predixit eis victoriam contra inimicos. Uñ cōfortati accedentes cōtra hostes canētes tubis ⁊ laudantes dñm dicētes. Cōfitemini dño ⁊c. ipsi hostes ꝺ se inuicē dimitātes seinuicē occiderunt. q̄bus oibus interfectis tribus dieb? continuis tot? populus occupatus est ad detrahendū spolia laudātes deum.

Victoria iosa phat cō tra inf deles pplos.

§. I. In quarto libro Regū pri-

mo capitulo habeḳ q̄ mortuo achab regnauit p eo in israḥ filius eius ochozias regnauitq̄ duobus annis: male se habens sicut pater eius. Infirmatus autē misit ad consulendum beelzebub/si euasur? erat de infirmitate. Quib? euntibus obuiauit helias pphēta dicēs eis ex parte dei q̄ reuerterenḳ ad dñm suū. significādo q̄ non sanarēḳ ex eo q̄ misisset ad consulēdū beelzebub ⁊ non deum verū. Quod cū enunciasset deprehendens ex signis q̄busdā q̄ esset helias: misit ꝺ eo vnū quinquagenariū cū. l. viris. Qui accedens ad eū vocandū consumpt? est cū suis ab igne de celo descendēte ad p̄ces helie. Missō scō q̄nquagenario cum suis/idē eis euenit. Tertius missus cū humiliter se ei recōmendaret ne ei accideret qō alijs: iuit angelo admonente cū eo ad regē: ⁊ intimauit illū moriturū: qō ⁊ factū est: ⁊ regnauit ꝺ eo frater eius Joza. ¶ Hoc regnāte vt habetur c. ij. cū helias iter faceret cum discipulo suo heliseo: venientes ad iordanis fluuium: percussis aquis pallio helie facta via ꝺ medium transierunt. Quo transacto dixit helias heliseo vt peteret qō vellet anteq̄ tolleret ab eos. Qui postulauit duplicē spm eius. i. faciendi mirabilia et prophetandi. Rñditq̄ ei se hoc recepturū si eū videret cū tolleret ab eo. Sermocinātibus autē simul apparuit currus igneus cum equis igneis/in quem helias ascēdens assumptus est in celum. i. in paradisum terrestrē vbi viuus pmanet cū Enoch vsq; ad tpa antichristi: contra quē descēdet ad predicandū. ¶ Heliseo autez videnteꝝ clamante pater mi ⁊c. accepitq̄ palliū helie qō ei ceciderat/⁊ reuertens ad iordanē tangendo ipsas pallio scōa vice aquas diuise sunt. Ueniens autē ad habitandū in hierico/ibi ad p̄ces habitatorum loci sanauit aquas pessimas illius loci misso in eis vase nouo fictili cum sale in eo. Et exinde cum ascenderet bethel deridētibus eū pueris/⁊ dicentibus. Ascende calue: maledixit eos. post quod duo vrsi de saltu egressi lacerauerunt. xlij. ex illis pueris. Jozam autem filijs achab vt habeḳ. iij. c. cum regnaret cum rege iuda iosaphat ⁊ rege edon bellum mouit contra regem moab/qz cessauerat a tributo cōsueto ei soluendo. pergentib? aūt cum exercitib? suis deficiēte eis aquaꝝ: ac cesserunt ad heliseū consulendū: qui adducto psalte cozā eo cum caneret pphetauit dicēs eis: q̄ foderent in torrente ibi existēte et aqs inuenirēt. qō et factū est. Moabite autē parantes se ad pugnā cum de mane vidissent aquas rubeas vt sanguis: existimātes q̄ mutuo cōtra se bellantes illi reges cum suis se occidissent: accesserunt ad castra eoꝝ pro p̄da asportāda: ꝺ quos pugnātes rex israel cū suis debellauerunt eos: ⁊ oia vastātes ⁊ capiētes vsq; ad occisionē ciuitatis moab. ¶ In. c. iij. heliseus mulieri vidue se ei recōmendanti pro debito viri sui: mandauit vt mutuo acciperet vasa vacua in quibus infunderet modicum olei qō habebat. Qō cum fecisset p filiā: subito vasa implebantur miraculo sed de cuius p̄cio olei vēditi soluit creditorib? debitū. de residuo viuēs cum filio. Exinde mulieri sunamite q̄ cum magna deuotione ⁊ liberalitate recipiebat ī domū cum transiret p suna ipetrauit ei sterili filiū hoc p̄dicens. Qui natus post aliqō tps moritur? est. Gz ad p̄ces matris eūtis ad eū ⁊ exponētis casum: accessit ad domū eius eum resuscitās. Exinde coctas herbas mixtas cum amara colloquintidat cum comederēt filij pphetarū ⁊ sensissent amaritudinē: heliseus mitti iussit farinā in ollā: ⁊ dulcoratum est pulmētū: postea panes sibi oblatos multiplicauit: vt comederent ex eo cētū viri: ⁊ superfuit de panibus. ¶ In. c. v. Naamā princeps militie regis syrie fact? leprosus accessit cū lris regis mēdatorijs ad regē israel vt curarēḳ a lepra. Cum aūt adue nisset ad domū heliseī: iussit ei vt lauaret se septies ī iozda ne ⁊ mundarēḳ. Qō etsi prius indignans non acq̄esceret: de mum ad suasionē seruoꝝ pergēs ad iozdanem ⁊ lauans se mundat? est a lepra. q̄ reuertēs ad heliseum cum multa ei obtulisset: nihil volut accipere: sed giezi discipulus heliseī occulte accessit ad naamā post q̄ recesserat: ⁊ petijt ex parte heliseī

De gestis heliseī pphete.

De naamā syro leproso

te heliſei quiddā ab eo.portās ea ad domū ſuā.Q̄ō ſcelus
miracu lum he liſei. detexit heliſeus:t ꝓpter hoc lepra pcuſſum eſt. ¶ In cap. vj.filijs ꝓphetaꝝ euntibus ad incidēdum ligna cum heliſeo iuxta iordanē/vt facerēt ſibi ceUulas.vni eoꝝ excuſſum eſt ferrum ſecuris de manubrio in aquā demerſum:ſz heliſeo mittēte lignum in aquā:ferrū enatauit:t illud reſumpſit. ¶ Rege autē ſyrie pugnāte ꝯ regē iſrael: cum poneret inſidias ad capiēdum heliſeus reuelabat ei inſidias. Quod cū audiſſet rex ſyrie:miſit exercitum ad capiēdū heliſeū quos obſidētes domū heliſei cū giezi videret:t dolens:t oratiōe heliſei factū eſt vt videret mōtē ꝓpinquū domui plenū eq̄s:t in curribus igneis.Exercit⁹ aūt ſyrie paſſus eſt cecitatē. ¶ In.c.vij.heliſeus ipſe duxit illū exercitū ſyrie in ſamariā añ regē ei⁹:t apti ſunt ocli eoꝝ.Mandauit tū regi vt nō ꝑcuteret eos:ſz eos cibis refectos dimitteret redire ad ſuos. ¶ Benadab rege ſyrie obſidēte ſamariā facta ē fames validaita vt vna mulier ꝓueniret cū alia de cōdēdo filiū ſuū:t poſtea alteri⁹ ſimul:t cū cōeſto vno alia nollet ſuum dare:poſuit querelā coram rege ſamarie. Q̄ō audiēs iratus miſit nunciū ad decapitandū heliſeum q̄ ipſe ꝓnunciauit ſocijs. Venīēti aūt regi ad cōſpectū nūcia-
populum illum defensabat. Tercular quod premit (erat timor legis quo a malis cauebant ne penas legis incurrerēt Turris erat templum dñi valde nobile: et ex orationibus et sacrificijsque ibi fiebant tutabantur contra aduersarios. Locauit autem eam agricolis: quando ordinauit populus illum regi et gubernari per sacerdotes et doctores legis: ita scilicet vt fructum bonorum operum quem colendo populus ferret dño ipsi procurarent: non sibi reseruarent: peregre profectus est: non vtiq; plebem illam deserendo: sed in libertate arbitrij tam sacerdotes q; populum dimittendo. Misit autem seruos suos dñs vinee ad cultorem. Matheus dicit in plurali seruos. Marcus et Lucas in singulari seruum. Nec in hoc videtur esse contrarietas: qz quantū ad significatum vnus fuit/vnitate finis: qz vnum intendebant prophete scz fructificationē vinee. i. populi illius domino: plures autē fuerunt personaliter. Misit ergo Esaiā Hieremiam/Ezechielē deus ad erudiendum populum illū et reprehendendum doctores et rectores illius populi: vt populus ille produceret fructus bonorum operum ad dei honorem. Sed alium occiderunt serra ferrea: vt Esaias: et alius lapidauerunt: vt Hieremiam: et alius occiderūt: vt Ezechielē. Et iterum misit alios seruos plures quibus similia fecerunt: nō recipientes nec audientes eos. Unde Stephanus ad eos Act. vij. Dura inquit ceruice et incircuncisi cordibus et auribus vos semper spiritui sancto restitistis. Quez enim iustorum nō persecuti sunt patres vestri? Demum auidus fructificationis vinee sue. i. illius populi: dicit per affectū. Mittam filium meum dilectū. s. per incarnationē/vt eos doceat scz viam salutis et dño fructificare. Et nota q; lucas nō dicit solū vt Mattheus: verebunt filium meū. sed addit etiā forsitan. q. d. Erit in libertate eorū eū audire et reuereri vel nō. Non ergo dicit forsitan/quasi nesciret q̄d acturi essent: et q; nō cōuerterent ad verba eius: sed vt ostendat q; ex prescientia ipsius dei circa ea que debebat populus ille ageret nō cogebant ad illa. Unde Augu. xxiij. q̄. iiij. nabuchodonosor. ait. Predestinationē dei. i. prescientiā siue ad bonū siue ad malū in hoibus operari ineptissime dicit: vt ad vtrumq; hoies q̄dā necessitas videat impellere. quuz in bonis voluntas sit intelligenda nō sine gratia: in malis autem voluntas sit intelligēda sine gratia: scilz causa operis nostri boni vel mali. ¶ Habens ergo vnū filiū charissimū ait Marcus nil charius vel pciosius eo misit ad eū: qz incarnari disposuit. Qui incarnatus et cōuersatus cū eis/predicans et miracula faciens/populū admonebat ad fructificandum dño: reprehendens cultores vinee: id est scribas et phariseos qui querebant populū illum per vineā signatā sibi fructificare in decimis et oblationibus: nō curantes q; deo populus ille fructificaret per bona opera. Videnteseergo eum cultores vinee. i. opera eius: cognouerunt eū: scilz esse filiū dei seu messiam in lege pmissuz. nō q; vere cognouerint/sed talia opera eius viderunt q; ex illis poterāt cognoscere ꝫm pphetias eis datas illū esse messiam pmissuz et filium dei: sed malicia eorū excecauit eos. vt dicit Sapi. ij. Unde ignorantia nō excusauit vel excusat eos a peccato infidelitatis: vt dicit. s. q. iiij. §. vlti. Dixerunt ergo ad seinuicem cultores vinee. Uenite occidamus eum/et habebim? vineam istam que est hereditas eius: quia isto occiso q̄ sua doctrina populū auertit ad fructificandū nobis: remanebit vinea in suis consuetis decimis et oblationibus et ritibus et sacrificijs. Et eiscientes eū extra vineā occiderūt: qz dominus iesus extra portā hierusalē vbi erat vinea ista. s. populus passus est. Cōcludens ergo parabolā ait: Quū venerit dominus vinee quid faciet agricolis illis: quū tractabit eos de tāta crudelitate et ingratitudine? Ad quā interrogationem responderūt turbe simplices id quod ratio docet fiendū in tali casu: videlicet malos male perdet: et vineā suam locabit alijs agricolis. Aiunt ei vt dicit Mattheus. sed scribe et pharisei maliciose intelligentes q; cōtra eos loqbatur/subdiderūt qō ait Lucas/scz dicentes. Absit scz q; debeat eos male perdere vt dixerant turbe: sed christus ostendit verū turbas illas dixisse. Unde et hoc confirmans christus ait: Malos male perdet. ꝛc. Ut ait Marcus. malos iudeos obstinatos male perdet temporaliter in destructione hierosolyme per Titum et Uespasianuz: qz ad infernum pper suam incredulitatē omnes descendunt. Vineaz id est ecclesiam quevlim fuit in illo populo pper cultum veri dei: declinantibus omnibus alijs ad idololatriā: locauit alijs. s. regendā et colendā cōmisit. s. prelatis qui cōuersi fuerūt ex gētilitate/q̄ fecerūt p monita vera et sancta exempla plebes sibi cōmissas dño fructificare: ipse tamē sup populum iudaicum et gentilē/ad quem erat vinea transferenda in cultura quo ad cōuersos ad fidē: ex vtroq; pplo ostendit per pphetā Dauid in ps. Unde dixit iesus. Nūquid legistis in scripturis? Lapidem quem reprobauerunt edificantes ꝛc. Ubi quū Dauid fuerit ante constructionē templi facti per salomonē filiū eius: videt pphetasse: et de figura et figurato. Dicit enim magister hysto. scho. q; dum edificaretur templū salomonis: ad manus venit edificantiū quidaz notabilis lapis: quē quū pluries quesissent inter ceteros i parietibus ponere/nō valuerunt qz nō coaptabatur alijs aliquādo maior: aliquādo minor repertus q; expediebat. Demum in summitate tēpli locauerunt in angulo templi: vbi et ex quo cōfigebant duo parietes. et ita bene ibi aptatum est q; oēs mirarent vt a dño factū. Lapis iste est christus vt ait Apostol?. Edificantes templū salomonis sunt idem qui et cultores vinee: id est gubernatores spūales populi iudaici. Lapides erāt hoies quos erudiebant ad legez dei seruandā. Uenit aūt ad manus eorū: inter eos scz conuersatus lapis christus: quē volebāt cū alijs edificare: id ē reputare purum hoiem et subijci cerimonijs legis quas ipse alios docebat: sed nō apte poterat qz faciebat ea q̄ erant supra vires hoīm: id est mores hominum. Unde principes sacerdotū qui edificatores erant/reprobauerūt illū lapidē et vt reprobū tractauerunt. Sed deus exaltauit eū: et dedit illi nomen q̄ est super omne nomen: constituendo in summitate tēpli ecclesie/vt caput eius: in quo connectūtur in vnum duo parietes. s. populus iudaicus et gentilis/quo ad cōuersos in vnitate fidei et dilectionis. Et qui ceciderit super lapidem istum/cōfringetur/super quē ceciderit/conteret eum. Et loquitur per metaphorā de varietate casus iudeorum offendentiū ad lapidē istum christū: que est in hoc qz quidā cadunt super lapidē: et super quosdam cadit lapis iste. Sed accidit in vase terreo: q; si cadat super lapidē frāgitur: sed qz in partes grossas partitur: ferro redintegrari pōt. Sed si super vas terreum cadat lapis magnus: totaliter cōquassatur et ꝯminuitur: ita vt sit irreparabilis. Cadit ergo super lapidē christū/qui eū offendit grauiter. Talis et si frangatur ab integritate bone vite: tamen vsq; ad finem vite pōt emendari: et sic ferro penitentie redintegrari. Sed si expectet vt lapis cadat super eū: id est iudicij mortis immittat: tunc cōminuitur ita q; irreparabilis sit: quasi velet christus dicere. Et si offenditis in me nō credendo: cauete ne permaneatis in perfidia vsq; ad finem. Et dicunt oēs euangeliste q; cognoscentes principes sacerdotum q; hec parabola erat cōtra eos: querebant eum capere vt occiderent: sed omiserunt id facere/quia timuerunt populū affectum habentem deuotum ad eum: ne eum de manibus eorum auferret. ¶ Moraliter vinea est anima: vites potētie fructus opera. Plantauit eam: creauit. Sepem ponit circa eam angeli custodiam. Tercular: remorsuz conscientie/qui premit. Turris: ratio qua potest discernere amicos ab inimicis: bona a malis. Locat colonis: quum animam corpori infundit vt colat. Peregre proficiscitur et dimittendo in libertate arbitrij. Appropinquat tempus fructificandi: quū in medio pueritie existit: et habere incipit scintillam rōnis. Tunc deus mittit seruos suos siue homies ad bona exhortātes: siue angelos siue inspirationes ad bonum incitātes vt fructus deo referat bonorū operum. Sed aliqui contēnunt talia et quasi occidunt: dum ipsa non sequunt. mittit deus et alias inspirationes vel exhortatiōes vel tribulationes: que oīa similiter contēnit. Demū et ipse accedit per gratiam inducendo ad veram confessionem: sed talis aliqñ ita efficitur ingratus et malus/vt occidat et ipsum xp̄m et se sua gratia priuando. De quibus apostol? ad Hebr. Rursus crucifigentes filiū dei in semetipsis et ostentui habētes. Quuz ergo venerit dñs ad hos in morte: male malos perdet ꝛc.

§. IIII. Aliaz parabolam solus

Mattheus narrat a christo pronuntiatam immediate post predictam: scilicet de vinea: quam quū quis haberet dixit filio suo maiori/vt iret ad colendū eam: qui respondit se facturum. et nihil egit. Alteri filio suo quū iussisset idem: recusauit se iturum: et tū postea accessit. Et interrogāte iesu: quis potius volūtatē patris fecit: respōderūt. Secundus: exquo fuit ad colendū: et si primo cōtradixit. Uinea ista est ecclesia: ad quam colendam misit deus duos filios: scilicet populū iudaicū et gentilem. Hoc autem mandauit vtriq; p legē naturalē/quā vterq; habebat. Sed maior. i. iudaicus pmisit deo se iturū: qñ lege ei data q̄ in moralibus erat explicatio quedam legis naturalis: dixerūt moysi. Oia que cunq; precepit nobis dñs/faciemus: et ei obedientes erim?: et tamen nō coluerunt vineā istam/scilicet obseruādo precepta legis. Alter populus gētilis: testo q; per legē naturalē insitam dñs mandauerit ei vineam colere: tamen quia nō obligauerūt seu receperūt illā legē decalogi: quasi recusauerūt ire: sed pdicatione apostolop instructi/intrarunt vineam

neā ecclesie: cū agna diligētia colētes: hi ergo obediūt deo patri. Posset moraliter exponi de ecclesiasticis personis/ clericis/ ꝛ religiosis: q̄ vocant ad colendū in ecclesia: ꝛ multa promittunt facere: vt cāstitatem: paupertatē ꝛ hmōi: et tñ ex negligētia nō faciūt. Alij vt minoris status. i. laici ista nō ꝓmittunt facere: ꝛ aliq̄n faciūt. Et ideo hi obedientes: nō primi. Hinc Hiero. viij. q. f. vereor. Uereor quō regina austri veniēs a finib⁹ terre audire sapiētiā salomonis/ iudicatura est hoīes tpis suis: ꝛ niniuite etiā ꝛc. Ita plurimi i pplis eos iudicent ea q̄ congruūt officio suo nō exercentes. ideo Hiero. Non solū epi/ presbyteri/ diacones debent magnopere ꝓuidere: vt cunctū pplm cui presunt conuersatione ꝛ sermone precellāt: sed etiā inferiores gradus: quia valde ecclesiā dei destruit laicos meliores esse ꝙ clericos. viij. q. f. c. qualis. Aliā parabolā narrat Lucas solus de vinea in qua arborē fici dñs plātauit. Et quā in capite trium annorū nō faceret fructū: dixit dñs cultori vinee. Ecce tres anni sunt inq̄bus venio querens fructū in siculnea hac et nō inuenio. Succide ergo eā: ꝛ vt quid etiā terrā occupat: Cui cultor respōdit. Dñe dimitte illā ꝛ hoc anno quousq̄ fodiam ꝛ mittā stercora circa eā: ꝛ etsi fructū non fecerit in futurum succides eam. Uinea ista est ecclesia in qua tanq̄ arbores variē/ plantate sunt diuerse nationes. Ex inter ceteras vt suauior plebs iudaica/ que quum expectata sit ad fructū plene cōuersiōis tribus annis scz tēpore legis mosaice: tēpore prophetarū: tēpore gratie: adhuc nō produxit vere fidei fructus. Propter q̄ quasi ostēdit dñs deus velle succidere eā: quā exterminauit pplm illū per Titū et Uespasianum. Sed tñ cultores vinee prelati et doctores considerantes: et isto tertio anno scz tpe gratie ꝛ si in fine eius ſm ꝓphetias esse fructificaturā dicunt dño: ꝛ optādo vt ad huc expectetur ad fructū fodiendo ꝛ stercora apponendo.

§. V. De tribus parabolis in q̄

bus assimilat regnū celoꝝ thesauro: margarite et sagene: quas a christo platas refert solus Matthеus. Dicit ergo. Simile est regnū celorum thesauro abscondito in agro ꝛc. Matt. ca. xiij. Thesaurus iste est diuine sapiētie cognitio: scz ipsius summi boni cū gustu gratie. De quo ōr Sap. vij. Infinitus thesaurus est hoīb⁹. s. sapiētia ꝛc. Iste habeb absc̄ditus in agro humiliationis: qua q̄s se humiliat: captiuādo intellectū suū in obsequiū christi ad ea q̄ sunt fidei: ꝛ sibi nil attribuit boni: vt pbi q̄ dicētes labia nr̄a a nobis sunt: ꝙ stulta facti sunt: se subiicit ad parendū voluntati dei et mādatis ei⁹. Hic inuenitur iste thesaur⁹: quē q̄ inuenit oīa vēdit ꝓ emendo agro ipso. i. oīa postponit/ ꝛ substātiā/ et honorē/ et sciētiam/ et vitā: vt illam consequat humilitatē et sapientiam. Et sic obtinet illud. ¶ Iterū simile est regnū celoꝝ homini querenti bonas margaritas ꝛc. Margarite iste sunt bona q̄ pulchra et preciosa putant: et que naturaliter appetūtur ꝛ querūtur: vt diuitie: honores: potētie: scientie: delectationes carnis: vita mortalis ꝛ hmōi. Dum aūt quis ista querit appetendo: si inuenit vnā quā intelligit cūctis preciosiorem: q̄ virtutē ꝛ valorē oīm aliarū cōtinet: ꝛ hec est vera beatitudo superna patrie: oīa tribuit vt istā assequat: oībus illis alijs bonis se priuat: vt illud obtineat: q̄ affectum illius oībus predictis ꝓponit: ꝛ quodlibet illorū a se subtrahit/ q̄n ad illud assequendū impedit. ¶ Itē. Simile est regnū celoꝝ sagine misse in mari ꝛc. Quod narratur in hac similitudine. Simile est q̄ m ecclesia que dicitur regnum celorū. Sagena ista est predicatio ecclesie q̄ authoritatibus sanctoꝝ intexitur colligatis ad inuicem ꝓpter consonantiā. Piscatores sunt prelati ꝛ doctores q̄ iaciunt rete predicationū in mare mundane cōseruationis: in quo tanq̄ pisces sunt hoīes: iuxta illud Abachuc. i. Facies hominis sicut pisces maris. Capiunt his retib⁹ nō oēs pisces sed multi. qui scz suscipiunt fidē. Et ex his aliqui sunt boni/ pisces: aliqui mali in vna sagena doctrine ecclie. Demū in fine educta sagena in finali iudicio separabūtur ministerio angelorū boni et fideles a malis: bonis assumptis in requiem: et malis foras eiectis. Ex q̄ subdit christus. Ois scriba doctus in regno celorū vt paterfamilias profert de thesauro noua et vetera ad gubernandū familiā: ita ꝛ prelatus ꝛ doctor iactatoꝝ sagene/ de thesauro sapiētie sue ad capiendos multos pisces/ inducēdos scz ad fidem: et si aliq̄ mali futuri sint: debet proferre in doctrina predicationis noua: scilicet que sunt de nouo testamento exēpla et sentētias: ꝛ vetera etiam que de veteri testamēto. Uel vetera. i. que pertinent ad vitam veterē. i. peccata predicare: vt euitent noua. i. ptinētia ad nouitatē vite. i. virtutes docere vt amentur. Uel vetera gentiliū aliq̄n: ꝛ noua maxime doctorū ecclie allegare. Uel de thesauro sue prudētie ꝓfert noua ꝛ vetera id est actus ꝛ verba: quibus satisfaciat/ et bonis ꝛ malis quantū in eo est: nō separās eos abinuicem in presenti: quousq̄ sagena sit plena. i. numerus' fideliū ꝑscitorū ꝛ predestinatoꝝ ab eo prefixus: q̄ sibi soli notus est. Interea vt ait Augustinus: Nesciētes q̄s pertineat ad predestinatorum numerū/ quis nō pertineat: sic affici debem⁹ erga oēs charitatis affectu: vt velimus omnes saluos fieri. xxiij. q. iij. corripiant. Non ergo prelati ꝛ predicatores vel alij fideles debent se separare a malis qui tolerant. q̄ hoc vltimo fiendū in fine mundi/ quādo sagena plena erit. Unde Augustinus. Maius malū in separatione bonorum cōmittimus/ ꝙ in cōiunctione malorū fugimus. Tali deus nō imputat peccata sua: quia nō fecit. Nō aliena: q̄ nō approbauit: nō negligentiā: quia nō tacuit nō superbiā: q̄ in vnitate ꝓmansit. Idem in ꝑs. Quis dabit mihi pennas sicut columbe. Nō dicit: sicut coruo. Columba et si a molestijs querit auolare: nō tamē dilectionē amittit: ſz semper gemit. Sic bon⁹ vult se separare corpore: nō amore: ab his quibus ꝓdesse nō potest: sed si aliquādo ligatur non visco cupiditatis: sed cura ꝛ officio: vt deserere nō possit: tunc dicat cū Apostolo. Cupio dissolui: ꝛ esse cū christo. Sed necesse est manere in carne ꝓpter vos: ꝛ sic est meritū ex desiderio. Ecce elongaui fugiēs inquit ꝑs. Quod exponit Augustinus. Non loco: ne rumpatur charitas bonorum: et ne perdat exercitiū malorū quos deus admiscet vt iudā discipulis. Hec oīa Aug. q. vij. q. f. §. quum autem. ante ca. vlti.

§. VI. De parabolis quas chr̄i

stus dixit/ in quibus ostendit magna benignitas ꝛ clementia dei in suscipiendo pctōres cōuersos ad penitentiā. Ponit aūt Lucas tres successiue ad hmōi. f. de quibus nona/ ginta nouē relictis in deserto ad querendā errantem. et de gaudio mulieris reperiētis decē drachmas. ꝛ de prodigo reuertente ad patrē festiue recepto. Dicit ergo euangelista. Erant appropinquantes ad iesum publicani ꝛ peccatores vt audirent illū. Sicut docente ꝑs. cxviij. Longe est a peccatoribus salus: q̄ vtiq̄ est ex iesu: ꝛ saluator interpretat: non quidem spatio loci: qui vbiq̄ est ſm deitatem iesus ſz dissimilitudine virtutis. ꝛ tāto longior quanto peccator est peior. Ita ꝛ ſm ꝑs. cxliiij. Prope est dñs omnibus inuocātibus eū: omnibus inuocantibus eū in veritate. Et Johel propheta ca. ij. Quicūq̄ inuocauerit nomen dñi: saluꝰ erit. Quod non est intelligendum de inuocatione exteriori seu vocali sola: sed vt dicit Aug. Qui vocauerit ad se sibi seruiēdo non contradicendo. de pen. distin. iij. adhuc. Cor relatiua enim sunt dominus ꝛ seruus. Iste appropinquat ad iesum cupiens scz salutē: ꝛ se disponēs ad audiendum ꝛ obediendū. Et murmurabant scribe ꝛ pharisei. Scribe, doctores legis erant. Pharisei autē quedā secta iudeorū: qui austeris vite ꝛ religiosiorib⁹ ceteris erant: vt nunc sunt religiosi. Murmuratio aūt est quedā querela cū impatiētia: ꝓcipue cōtra maiores: ꝛ ideo peccatū. Dicit em̄ dist. xc. alien⁹. Alienus sit a fratrū vnitate q̄ murmurauerit. Unde ꝛ ista murmuratio figurata fuit in murmuratione quaꝝ fecit maria sor aaron cōtra moysen ꝓpter vxorem quā duxerat ethiopissam. Maria em̄ vt dicit Gratianus: signat synagogam vel alios qui murmurāt contra christū: eo ꝙ ecclesiaꝝ de gētibus vitijs denigratā prius duxit in vxorē. vel eo q̄ christus ꝛ alij prelati ꝛ doctores assumunt ad familiaritatē pctōres. vt ex eis producant filios bonoꝝ operuꝝ. Et q̄ iniuste murmurant: ideo a deo percutiuntur lepra perfidie vel alterius peccati. ij. q. vij. §. ante ca. paulus. Murmurationem eorum exprimit dicens. Quia hic homo peccatores recipit: ꝛ māducat cum illis. q. d. Ex hoc ostenditur esse magnus peccator. Nam vt dicit Sapiens Eccles. xiij. Oē animal diligit sibi simile: ꝛ inclinatur ad illud. f. conuersandū cum eo. Sed iste Jesus ostendit magnam dilectionem ad maximos et manifestos peccatores: q̄ recipit eos: ꝛ loquit cum eis familiariter: comedit cum eis: quare ipse est peccator vt ipsi: q̄ si iustus esset: horreret eos: ꝛ vitaret. Ex male ꝛ false arguebant. Non enim christus eos diligebat ꝛ familiaritatem ostendebat in quantum peccatores. i. propter peccata eorum/ sed q̄ se disponebant ad emendam ꝛ opera virtutum: ꝛ propterea vt audirent doctrinaꝝ salutis/ ad eū accedebant. Ideo christus recipiebat eos sicut medicus infirmum frequentat: nō q̄ delectet eum infirmitas: ꝛ sed vt eam expellat. Unde Augu. in lib. de pe. ait. Ex hoc cōstat ei. f. deo: multū displicere peccata: qui semper presto est ea destruere. Si ea amaret: nō semper destrueret sed conseruaret: ꝛ vt sua munera foueret. Semper autem destruit peccata que inuenit: ne soluatur q̄ creauit: ne corrumpatur q̄ amauit. de pe. di. iij. adhuc perfidi. Q̄ etiā isti murmurarent/ nō ꝓcedebat hoc ex zelo iustitie vere: q̄ eis displiceret pctm̄: sed zelo inuidie ꝛ superbie. Inuidie q̄ inuide-

Matt. ca. xiij. Matt. xiij. c.

Scribe erāt doctores legis. vñ Hiero. i. homiliaſu per euā ecceego mitto ad vos prophetas: ſcribas ait. Alios ſcribas in lege doctiſſimos.

bant fame christi crescenti nō solū quo ad iustos: sed quoad pctōres deuote eū sequētes ⁊ audiētes: quā querebant diminuere ex tali oblocutione. Ex superbia quoq; q; qui ipsi essent superbi: existimātes se iustos: nō dignabantur cōuersari cū pctōribus: tanq; nō essent digni peccatores ipsi eoꝝ loquela. Et sic christū volebant arguere vt dissimilis eis videretur. Unde Greg. in homil. Vera iustitia cōpassionē habet: falsa dedignationē: cuius ⁊ iusti recte soleāt pctōribus indignari: sed aliud est quod agitur typo superbie: aliō qō zelo disciplīne. Indignantur em̄: sed nō dedignātes sunt p̄secutionē mouēt: sed amant. Et contra qui de falsa iustitia superbire solent: ceteros quosq; despiciūt nulla infirmātib⁹ miserīcordia cōdescendūt. ⁊ quo se peccatores esse non credunt: eo deteriores fiunt. dist. xlv. vera. Ad idē Hier. super Hiere. Recedite inquiūt tales scz pollutī: recedite: abiteno lite nos tāgere: nolite nobis cōicare. Talis loquela nō illuminat cecū: nō sanat egrotū: non curat infirmum: sz magis occidit atq; in desperationē mittit. Boni rectores ⁊ infirmi tate alioꝝ infirmitatē pēsantes magis p̄ humilitatē ⁊ manſuetudinē studeāt pctōres ab errōris laqueo eruere: q; per austeritatē in foueā p̄ditionis natātes ꝓpellere. dis. ca. recedite. Sed dīs post ostēdit quāto affectu diligētia ⁊ gaudio debet pctōr recipi ad pniam: ⁊ ad hoc operari: dicens parabolā hāc. Quis est ex vobis: qui si centum habet oues ⁊ perdiderit vnā ⁊c. hō iste deus est. Deus ⁊ hō cōditor mūdi pascens oues suas in celis p̄fruitionē: in terris per internam cōsolationē. Centū oues sunt angeli ⁊ hoies innocentes creati ab eo. Nonagintanonē sunt nouē ordines angelorū: vt nonagenarius designet perfectionē eorū: q; resultat ex nouē decies multiplicatis. Denariꝰ aūt q; est primus limes numerorū: signat perfectionē. Nouenarius ꝯo notat nūerū ordinū. Centesima aūt ouis est natura humana. Hec errauit: iuxta illud ꝑs. cxviij. Errauī: sicut ouis que periit. q̄ scz transgressi sunt parētes primi dei mādatū: in quib⁹ quū oēs hoies essent ſm̄ virtutē seminalē oēs in adam peccauērūt ⁊ perierūt. Errantē igit̄ hanc ouem scz generationem humanam/reḡres pastor celestis: quasi nonagintanouē dimisit in deserto/q̄ deus hō factus est: nō in deserto. i. celo qō desertū dicit: q; ab angelo malo ⁊ hoie derelictū: sz in mūdo: nō quidē angelos deserēs ſm̄ deitatē: ⁊ sed ab eis differēs in assumpta humanitate. Quesiuit multum: laborans in docēdo: sanādo infirmos. discurrendo: multa patiē do: sacramēta instituēdo p̄ oue ista. Tandē inuentā in humeros posuit: q̄ pcā nostra ipse pertulit in corpore suo. i. penā pctōꝝ/sup lignū crucis. Ut pctis mortui iustitie viuamus inq̄t Petrus in canonica. Eāq; reduxit ad desertum celi cum ceteris: q̄ ascendit in celū: in nostra natura ⁊ alijs aperuit: ⁊ cū amicis/sanctis aīabus: ⁊ vicinis/sanctis angelis magnū gaudiū ⁊ festū egit de natura humana reparata. Et concludit de quolibet pctōre cōuerso ad pniam. Ita dico vobis: gaudiū est in celis super vno pctōre penitentiam agente: q̄ super nonagintanouē iustis: q̄ nō indigent pnia. Qō intelligit̄ dupliciter. Uno mō vt intelligaī de ficte iustis q̄ se reputāt iustos/⁊ nō egere pnia: sed nō sunt iusti. Et clarum est qō 8. xj. q. iij. iniustū. Melior est in malefactis humilis cōfessio. q̄ in bonis superba gloriatio. Alio modo pōt intelligī de vere iustis: sed imperfectis: ⁊ de pctōre conuerso: ⁊ per feruorē ad magnā p̄fectionē ascendēti. Ceteris enim paribus maius gaudiū esse debet de iusto in innocentia pmanēte/q̄ de pctōre penitēte. Matheus addit. Nō est voluntas patris mei vt pereat vnus de pusillis istis. Qō intelligit̄ de electis. Uel si dicaī de oib⁹: intelligendus est de voluntate antecedēte: nō cōsequente: de qua supra in p̄ia parte. tit. de lege eterna. Et hoc exēplo ostendit pctōribus reuerti volentibus ad pniam/cōpassione ⁊ clementia vtendum. Unde 8. xxvj. q. vij. penitētē. Penitentē ex corde ita oportet suscipi/sicut dominꝰ ostēdit quū dicit: q̄ conuocauit amicos: ⁊ vicinos dicēs. Cōgratulamini mihi: q; inueni ouē quā pdiderā. Ad idē Amb. in lib. de paradiso ait. Pastor ille euangelicus lassam ouē vexisse legit: nō abiecisse. Et salomon ait. Noli esse nimis iustus. Debet enim iustitiā tēperare moderatio. Nā quēadmodū tibi curandus p̄ beatur/quē fastidio habes q̄ cōtēptui/nō cōpassioni medico suo putet se futurum? Idem in persona christi. Libenter ignoscoꝝ: pōpte indulgeoꝝ: miam malo q̄ sacrificiū. q; p sacrificiū iustus cōmendat: p miam redimit pctōr. Non veni vocare iustos sed pctōres ad pniam. In lege sacrificium: in euāgelio mia est. lex p moysen data est: p me gr̄a. hec ille. ō pe. dist. ſ. serpēs. ⁊. c. seq. ¶ Addit christꝰ ad idē aliā parabolam quā solus lucas refert dicens. Que mulier habet decē drachmas: si p̄diderit vnā: nonne accēdit lucer. ⁊c. Mulier hec/vt exponit Gre. est diuina sapiētia/q̄ habuit decē drachmas. i. decē differētias creaturarū: sua imagine insignitas. Nouē/fuerūt nouē ordines angelorū. Decima/perdita natura humana pctō primoꝝ parentū quasi ignota. i. visione sui priuata. Sed ad inueniendā a diuina sapiētia lucerna est accēsa/q̄ verbū caro factū est deo operāte. In xp̄i enim p̄sona lucerna q̄ antiquit⁹ ⁊ nō etiā p̄ pauperib⁹ fit de terra: est christi caro de nr̄a carne terrea assumpta: vt ellychnīū albū cum oleo fuit aīa purissima plena oleo gratie. Ut ignis fuit diuinitas. Deus em̄ noster ignis cōsumens est: vt 8. Deut. iij. Accēsa igit̄ lucerna i carnato dei filio: reuertit domū cōuersationis humane: mutādo mores per doctrinam suā ⁊ exēpla/q̄siunt diligēter/illa operans donec inueniret ⁊ a deo videret p̄ approbationē ⁊ gratie infusionem. Qua inuēta vicinas ⁊ amicas cōuocat ad cōgaudēdū/scilicet creaturas angelicas ⁊ sctās aīas: eis manifestādo p̄ affectū ⁊ gaudium de hoc eis tribuendo ⁊ cōcludit. Ita dico vobis gaudium est coram angelis dei sup vno pctōre pniam agente. Hier. Quia diuinitatis natura est clemēs ⁊ pia: magisq; ad indulgentiā q̄ ad vindictā p̄na: q; non vult mortē pctōris/sed vt cōuertat ⁊ viuat. si q̄s post lapsum pctōrum ad verā penitentiā cōuersus fuerit: cito a misericordie iudice veniā impetrabit. de pe. di. ſ. q;. Idē. Possibile est vt quō ecclia: q̄ prī⁹ habuit malā rugā ⁊ immunditiā postea restituta est: rita ⁊ pctōr currat ad medicū: q; nō h̄t opus sani medico: sz male habētes/vt curent̄ vulnera ipsoꝝ: ⁊ fiant de ecclesia q̄ est corp⁹ xp̄i. di. ea. c. eccl'ia christi. Idem. Ne forsitan pctī immemores tardius reuertantur: adhuc inquit: sedere vos faciā in tabernaculis sicut in dieb⁹ festiuitatis: vt qō facit baptisma hoc faciat ⁊ penitentia: ⁊ habitent in tabernaculis saluatoris in ecclesia. de peni. di. ſ. ne forsitan.

§. VII. Parabolā de p̄digo ſu-

scepto letissime a patre: solus narrat lucas: q̄ pulcherrima est Homo quidā inquit habuit duos filios: ⁊ dixit adolescentior: pr̄ oa mihi partē substātie q̄ me ꝓtingit ⁊c. Duplici ter datur expositio. Prima quā breuissime tangam: est de duob⁹ populis. ſ. iudaico vt maiore/p̄pter dignitatē: ⁊ gentili vt minori: sub vno patre deo cōi per creationē et gubernationē. quorū minor. i. gētilis a patre discedēs p̄ idololatriā: incidit in multa scelera: et inopiā veritatis. Nec doctrine philosophorū: ⁊ poetaꝝ filiquis figurate: vt. xxxvj. dist. c. legimus.). §. hinc etiā. poterāt ventrē mētis saturare: q; vane ppl'o iudeorū cū patre deo remanente per notitiam ⁊ cultū veri dei. Demum populus gētilis in se reuersus ⁊ miseriā suā agnoscēs ex doctrina ei ꝓpinata euangelij: reuersus ad patrē celestē p̄ cōuersionē ad fidem: cū magno gaudio ⁊ ornamentis receptus est ad gratiā. Qō maior filiꝰ id est iudaicus percipiens/indignatus nō vult intrare domuꝫ pr̄ie. ſ. ecclesiā: cuius pr̄ celestis p̄ scripturas ad hoc exhoꝝterat: sed extra in perfidia p̄seuerat. adhuc. Moraliter significat duos status: sc̄z superboꝝ: ⁊ pctōꝝ p̄ conuersoꝝum. Utriusq; tū status pater ⁊ gubernatoꝝ est de⁹. Et q; prona est oīs etas ad malū ab adolescētia sua: in principio quum habeāt vsus rōnis: ⁊ concupiscentia carnis ad delectabilia incitat: appetit q̄s in ea etate libertatez: vt excutiat a iugo subiectionis parentū ⁊ magistroꝝ/quib⁹ p̄ius subijcit. et hoc est adolescentem petere patrē vt det sibi portionē substantie. Substātia q̄ppe patris celestis est: quicq̄d habem⁹ naturaliū/spūaliū/⁊ tēporaliū bonoꝝ. Quid em̄ habes qō non accepisti ait apostol⁹. ſ. ad Cor. iij. Petit ergo. i. affectat ⁊ desiderat in tali etate vti libertate arbitrij circa dctā bona: existimans hoc sibi ad bonū suum cedere. Pater autem celestis diuidit substantiā: q; libertatē arbitrij tribuit ⁊ bene ⁊ male vtentibus circa bona concessa. Hie. lib. cōtra Jouī. Liberi arbitrij nos cōdidit deus: nec ad virtutes nec ad vitia necessitate trahimur: alioq̄n vbi necessitas ibi nec corona. de peni. di. ij. ſi em̄ inquit. §. ceterū confido. Sed cōmuniter in adolescētia incipiunt hoies male vti libertate arbitrij: q; stultoꝝ infinit⁹ est numerus. Eccl's. ſ. Et recedētes a p̄fe celesti p̄ amissionē gr̄e: pergūt in regionē longin quā/intrātes starū iniquoꝝ dissimilē dei bonitati. Et pōt ex euangelij textu notari incursio talis pctōris in septē capitalia. Nā in eo q̄ adolescēs petit portionē substātie a patre: notat superbia p̄sumptiōis: quasi de⁹ sibi obligēt: q; p̄sumēs p̄ se bene se regere. In eo q̄ abijt in regionē longinquā a p̄fe: notat̄ inuidia. Nihil em̄ tā longinquū a deo q̄ inuidia: quum sit ipsa bonitas ⁊ charitas cui contrariat̄ inuidia. In eo q̄ dissipauit substantiā suā viuendo luxurioſe/notat̄ aperte luxuria: q̄ p̄ ceteris et apertius dominat̄ in adolescentibus. Et si in oī iudicio mortifero dissipet̄ substantia spūalis virtutū: tū in luxuria non solū gratia/sed ⁊ substantia temporalis ⁊ fama: substantia naturalis marie dissipat̄ in eo qō 8. Ipse facta fame in regione illa/cepit egere: notatur auaritia. Nā vt dicit Hier. infidelis. i. auar⁹ qō ſm̄

Lu. xv. cap.

Expositio parabole de filio p̄digo.

qō ſm apl'm ad Col. iij. eſt idolorū ſernitus: etiā obolo indiget: ſibi eſſe videt oībus egere. Et nota q in regione illa lōginqua a pfe. i. ſtatu pcti fames magna inſurgit: qz quuz non inueniatur nec in luxurijs ne in alijs vitijs quies mentis: remanet veri ſummiq; boni mentibus hoīm incerta cupiditas: vt dicit Boe. ⁊ hec eſt fames ſpūalis. Jn eo qō dr q abijt ⁊ adheſit vni ciuiū regionis illi⁹: ſignat ira. Ciues eſſi hui⁹ regionis longinque ſunt demones in malitia obſtinatit vnus eorū dr abadon qō interpretat exterminator tētans de ira: huic adherent ei ſiles effectus: ſtatuz eſſi dicit Ebryꝰ. ſimilē demoniacorū furioſa agit: ⁊ ire ⁊ inſamie nihil eſt mediū. ait idē. Jn eo qō dr: qz miſit eū in villam vt paſceret porcos: innuit accidia. Jn villa eſſi cōiter ciues ⁊ nobiles vt iſte erat ſtant otioſi. q ⁊ paſceret porcos qz accidioſus ⁊ otioſus paſcit ⁊ nutrit cogitationes immundas ⁊ laſciuas figuratas p porcos. Jn eo tandē qō dicit: qz cupiebat implere ventrem de ſiliquis ⁊c. inſinuat gula: q etiā in viliſſimis cibis nimis ardenter vel vltra menſurā offendit Deinde inſinuat modus cōuerſionis ei⁹ ad penitentiaz ſcz contritio: confeſſio ⁊ ſatiſfactio: principium autē ſalutis ē ſui cognitio inquit Beꝛ. qō fit p interiorē cōſiderationez. Uñ dicit euangeliſta. in ſe autē reuerſus. Extra ſe manet q̄ ſtodum pctis inuoluit/ratione nō vtens. Sed reuertimini ad cor o preuaricatores/ait dōs per pphetā. Eſa. xlvj. Et qz quatuor modis auertit q̄s a deo ⁊ magis ac magis elongat extra ſe manēs. Et primus vt ait Hiero. eſt cogitaſſe q̄ mala ſunt. Scōs cogitationib⁹ acquieuiſſe peruerſis. Certus qō mente decreueris opere implere. Quartus nō agere pniam: ſed ſibi ſuo complacere delicto. Hec Hieron⁹. de peni. di. j. ſuper tribus. Et in primo gradu poſſet etiā notari mortale. ſ. ex delectatione moroſa ſine cōſenſu ad opus: ideo quater deus animam multās ad pniam ait. Lanc. vj. Reuertere reuerterre ſunamitis/reuetere reuertere vt intueamur te. Sunamitis interpretat ſm Hiero. miſera/vel captiua/vel mortifera: ⁊ totū cōgruit aīe peccatrici. Reuerteri ergo ereundo de quatuor illis gradibus. Reuertere in te/cōſideras ⁊ ſtatū bonoꝝ ⁊ ſtatū pctōrum. Uñ dicit in ſe reuerſus. Quanti mercenarij in domo pris mei abundant panibus. Jn domo pris/q̄ eſt eccl'ia/mercenarij ſunt q̄ deo ſeruiſit: etſi principaliter ppter dilectionē patris: tñ ſperāt nec dubitāt cōſequi ⁊ maxime a pfe. Hi abundāt nunc vltra mercedē ſperatā: panib⁹ conſolationis ſpūalis in ipſis operib⁹ ſuis q̄ excedunt oēs humanas ꝓſolationes: ⁊ que narrari poſſent omittunt. Ego autē hic fame pereo. ſ. in hoc ſtatu pcti. Que eſſi ibi refectio: quuz ⁊ pbs dicit. Oīs malus implet plenitudinem: ⁊ nunc hinc nūc inde ſuis paſſionibus ad diuerſa ⁊ ꝺria diſtrahit. Et Aug. Juſſiſti dñe /⁊ ſic factū eſt: vt oīs inordinat⁹ animus ipſe ſibi pena ſit. Hic q̄ fame deficit priuat⁹ ſpūalibus: ⁊ in alia vita ſupernalibus bonis Et quāta mala ſuſtineat ⁊ incurrat p pctm: non hic eſt dicendū. Surgam igit: ab actu peccādi deſiſtendo ⁊ ibo ad patrē meū: ad deū me dirigendo per timorē ⁊ ſpem ⁊ per ſingulos paſſus recordationis pctōꝝ me cōterendo. Dicaz ei. Pater peccaui in celū ⁊ corā te. Jn confeſſiōe. ſ. ſacerdoti pandēdo: et pctā manifeſta: que dicunt eſſe coram celo: ⁊ pctā occulta q̄ dicunt coꝝ deo: qz ſolus nouit. Et totū hoc cū humilitate: vt dicat hoc ſentiens. Jā nō ſum dignus vocari fili⁹ tuus /⁊ pponat ſatiſfacere ad mandatū dei ⁊ confeſſoris dicēs cū affectu. Fac me ſicut vnū ex mercenarijs tuis. i. ſicut illis mādas qō vis eos facere/ita ⁊ mihi iniunge ⁊ paratus ſum. Et ſicut illos refici ſpūalibus cibis: ita ⁊ me cōforta: lz indignū. Si igit pctōr vere cōuertit ſicut mēte cōcipit/ita ⁊ ope exequit. Surgit ergo a ꝓpoſito peccādi recedēs. Dicit eſſi Calliſt⁹ papa. Mūdatur hō a pctō ⁊ gra dei reſurgit a lapſu. diſt. l. pōderet. Uenit verſus domū pris. i. eccl'iam /dolēdo de cōmiſſis q̄ recogitat Ambr. Nihil ē qō tā ſummi doloris ſit: q̄ ſit vnuſq̄ſq; ſub captiuitate pcti poſit⁹ recordet vñ lapſ⁹ ſit atq; vñ ceciderit: et q̄ ad iſta terrena ⁊ corporea ab illa ſpecioſa: pulchra diuie cōditōis it ētiōe defluxerit. de pe. di. j. ſunt q̄ arbitrāt. Quuz aūt adhuc lōge eſſet: qz etſi attrit⁹ nōdū tñ contrit⁹. Uidit eū pater ipi⁹ oculo pietatis: q̄ oculo dōs reſpiciēs, petrū poſt q̄ negauit: fecit eū amare ſuū flere pctm. Conuertimini in quit dōs Zach. ſ. j. ad me diſponēdo vos ⁊ habilitādo ad gra⁹: ⁊ ego cōuertar ād vos eā cōferēdo. Et vt ait Hiero. Moderatio dei ⁊ pietas ſolū noſtrū redituz querit ac nos cupit lōga ſua bonitate ſaluare: di. xciij. diaconi. in. fi. Et Leo papa. Miſericordie dei mēſurā ponere nō poſſumus nec tēpore definire: apud quē nullas patitur moza conuerſio. Uñ ſequit. Miſericordia motus ſup eū occurit ei. pō. Miſericordia ei⁹ preuenit me /gratiā primā q̄ preueniēs dicitur: ſine aliquo merito ꝓcedēte infundēdo. Hiero. Ut paruū magn⁹ aſpicias: vt diues paſtor mozbidā nō contēnas ouez: chriſtus de cruce latronē in paradiſuz tulit/⁊ ne quis aliqñ ferat putaret cōuerſionē: homicidij penā fecit martyriū. Chriſtus inquā pdigū reuertentē letus amplexatur. xcix. pecudib⁹ derelictis vna ouicula q̄ remāſerat humeris pij paſtoris aduehit. Ubi vero peccator intelligens vulnus ſuū: medico ſe curandū tradit: illi non eſt virga neceſſaria/ſed ſpūs lenitatis. de pe. diſt. j. importuna. Et cecidit ſup collū ei⁹ amplexās eū: vbi innuit coniunctio p dilectionē. Amor eſſi ſm Dionyſ. habet vim vnitiuā. Uñ apl's dicit. ſ. Cor. vj. Qui adheret deo ſcz p charitatē: vnus ſpūs eſt cū eo. Oſculat⁹ eſt eū. ſ. recōcilians eū ſibi: q̄ prius erat inimicus. Apl's ad Rom. v. Quū inimici eſſemus. ſ. dei/per pctā: recōciliati ſumus p mortē filij eius/ex qua habet virtutē pnia/⁊ alia ſacramenta. Oſculū eſſi ſignū eſt reconciliationis ⁊ pacis. Et remiſſa offenſa ei reſtituit merita acq̄ſita/viuificans opa bona mortificata. Uñ Augu. de pe. diſtin. iij. piū eſt. Piū eſt credere ⁊ nra fides hoc expoſtulat: vt quū gra chriſti deſtruxerit mala prioza in hoīe: etiam remuneret bona. Et quū deſtruxerit qō ſuū nō inuenit: diligit ⁊ amat bonū qō in peccāte plātauit. Dixit autem filius voce. ſ. confitendo. Hinc Ambr. in ſermone quadrageſime. Ecce nūc tēpus acceptabile adeſt/in quo cōfeſſio a morte aīam liberat. Cōfeſſio aperit in paradiſuz. Cōfeſſio ſpē ſaluandi tribuit. Uñ ſcriptura ait. Dic tu iniq̄tates tuas vt iuſtificeris. hec ille. de pe. di. j. ecce nūc. Pater peccaui in celū ⁊ corā te. Pater ſacerdos dr. Bze. di. xcvj. q̄s dubitet. Quis dubitet ſacerdotes chriſti regū ⁊ principū omniumq; fidelium patres ⁊ magiſtros cenſeri Hinc ergo cōfitens dicat oīa peccata ⁊ in deū cōmiſſa. ⁊ hoc eſt in celū peccare: ⁊ cōmiſſa cōtra hoīes/⁊ hoc eſt coram te. Uel in celum: id eſt occulta/nota in celo: id eſt deo: ⁊ manifeſta coram te: id eſt hoibus. Multiplex eſſi miſericordia dei (ait Leo papa) ita lapſibus humanis ſubuenit: vt nō ſolū per miſericordiaz baptiſmi: ſed ⁊ per penitētie medicinā ſpes vite reparet eternē: vt q̄ baptiſmi dona violaſſent: ꝓpria ſe iudicio cōdēnantes ſcz ſacerdoti cōfitendo: ad remiſſionē criminum peruenirent. de pe. di. j. c. multiplex. Jam nō ſum dignus vocari filius tuus. Non peto vt filius delicioſe tractarit: ſed penitētijs affligi. Aug. Ponat ſe/ſcz penitēs in arbitrio iudicis in iudicio ſacerdotis: nil ſui reſeruans ſibi: vt oīa faciat eo iubente p recuperanda aīe vita: q̄ faceret p euitanda corporis morte. Et hoc cū gaudio: qz vitā recuperat infinitaz. hec ille. de pe. di. v. c. cōſideret. poſt medi. Idem Aug. in ſermone de penitentijs. Nō ſufficit mores in melius commutare: ⁊ a preteritis malis recedere/niſi etiā ſatiſſiat deo de his q̄ facta ſunt: p penitentie dolorē: p humilitatis gentiū id eſt humilē cōfeſſionē: per cōtriti cordis ſacrificiū cooperantibus eleemoſynis ⁊ ieiunijs. de peni. di. j. non ſufficit. Qō intellige quū adeſt facultas/quantū ad confeſſionē et ſatiſfactionē. Et. xxvj. q. vij. c. affectū. dicit. Affectū illum in ſe recipiat penitēs: quē gerebat ille qui dicebat. Jnquitatem odio habui/⁊ abominatus ſum. Et ea que dicit apoſtolus ad eos qui ſm deū cōtriſtati ſunt. Quantā inq̄t operat⁹ eſt in vobis ſolicitudinē: ſed excuſationē/ſed indignationē ſed emulationē/ſed vindictā in oībus exhibuiſtis vos cautos eſſe negotio: ſed ⁊ in ipſis in q̄bus deliquit agens multa cōtraria: ſicut zacheus: fecit hec ibi. Dixit autē pater ad ſeruos/ſiue angelos q̄ cooperant ad reducendū peccatores ad deū/⁊ bona eis pcurandū: ſiue predicatores qui in ſermonibus debēt dare fiduciā venie cōuerſis ad pniam: dicente dño per Ezechie. c. xviij. Nunquid voluntatis mee eſt mors impij ⁊ nō potius vt conuertatur a vijs ſuis ⁊ viuat. Et item ibidē. Si auerterit ſe impius ab impietate ſua: omniuz iniquitatū eius nō recordabor. Siue miniſtros ſacramentorū/qui oībus penitētibus debent eſſe parati ad ipſa miniſtrāda precipue in morte/vnde dicit. xxvj. q. vj. ſi pbyter. Si preſbyter negauerit penitētiā morientib⁹. ſcz facientibus q̄ debēt/reus erit aīarum: qz dōs dicit Ezech. xviij. Quacūq; die cōuerſus fuerit peccator ad penitentiaz: vita viuet: ⁊ non morietur. Uera enim cōfeſſio in vltimo tēpore eſſe pōt. qz dōs nō ſolū tēporis ſed ⁊ cordis eſt inſpector: ſicut latro vnius momēti penitentia meruit eſſe in paradiſo/in hora vltime confeſſionis. hec ibi. Cito pferte ſtolam primam id eſt declarate ⁊ miniſterio veſtro ad hoc operamini vt puritas perdita per ſcelera reparet: vera eſſi penitentia ait Aug. ad puritatē baptiſmi conat adducere confitentem. de pe. di. iij. ſunt plures: Jo. Chriſ. in lib. de reparatione lapſi ad hmōi ſic deuotiſſime loquitur. Talis mihi crede/talis eſt erga hoies dei pietas/nunq̄ reſpuit hoīs penitentiā/ſi ei ſincere ⁊ ſimpliciter offerat: etiā ſi ad ſummuz quis peruenerit malorū: tñ ſi inde reuerti velit ad virtutis viā ſuſcipit: libenter amplectit: facit oīa: quatinus ad priorem reuocet ſtatū. Quodq; adhuc eſt preſtantius ⁊ eminē-

Sunamitis, q̄d interpretatur.

tius: etiã si nõ potuerit ꝗs implere oẽm satisfaciẽdi ordinẽ quãtulamcũq; tamẽ ⁊ quãliber breui tẽpore gestam non respuit pniam: hec ille, de peni. dist. iij. talis. Exẽpla ponit de achab ⁊ manasse ⁊ de vitis patrũ. Cito proferte stolam primam ⁊ induite illã. Ut esi dicit Amb. xxvij. q. j. c. quũ renũtiatur. Quũ renuntiaꝝ impꝛobitati: statim ascisciturꝝ virtꝰ. Egressus esi malitie/virtutis operaꝝ ingressum. stola aũt ista prima. i. precipua ⁊ principalis virtus põt intelligi/charitas ꝗ est vestis nuptialis: prima enim virtus est ꝗ restituitur p penitentiã/que operit multitudinẽ ⁊ turpitudinẽ peccatoꝝ. Hac spoliati primi parentes per peccatũ nudos se cognouerunt: qui prius ea induti erant. Induite autem dicit. i. docete cõuersum peccatorẽ ipsam charitatẽ ostẽdere ⁊ exteriori cõuersatione. Date annulũ in manu eius. Annulus est fides qua deo desponsamur. Unde Oseas ꝓpheta c. ij. Desponsabo te mihi in fide. Date in digito/nõ in bursa. i. instruite eum vt eã operibus ostẽdat. Unde Aug. contra donatistas. In corpore vnice columbe ⁊ immaculate. s. ecclesie: nec hereticus nec malus christianus inuenitur: vt si cuius manus esset arida: verum quidem esset membrũ: cuius sine sanguine ⁊ inefficax esset ⁊ mortuũ ita ⁊ fides quã sit veraciter sine operibus mortua est. s. q. s. sicut vigeri. Et calciamenta in pedes. calciamẽta que fiunt de pellibus animalium mortuorũ/sunt exẽpla sanctorũ: ꝑcipue quos de mortuis dñs viuos fecit per penitentiã mortificatos. Hec debent ꝓponi vt pedes affectus calcientur: ne forte offendãt nudi ad lapidẽ obstinationis ⁊ superbie desperatione: vel vulnerentur spinis auaritie: vel deturpentur ceno luxurie priorũ. Sed spe cõcepta venie/⁊ exẽplis sanctorũ: peccatricis penitẽtis: publicani deprecantis: chananee perseuerantis: pauli persequẽtis: latronis cõfitentis: fiducialiter incedatur in domo ecclie. Amb. Nemo digne põt agere pniam ꝗ nõ sperauerit venã. de pe. di. s. c. nemo põt. immo et gloriam quã latroni penitenti dictũ sit: hodie mecũ eris in paradiso: ꝛ paulo cõuerso visa est glia superna. Adducite vitulum saginatum. i. admittite ad sacramentũ eucharistie ⁊ ei penitẽti ꝓponite in quo est christus/signatus p vitulum saginatum qui offerebaꝝ in lege. Ut esi ait Leo papa. Mediator dei ⁊ hoim hõ dñs iesus christus/hãc prepositis ecclesie tradidit potestatẽ: vt cõfitentibus pnie satisfactionẽ darent: ⁊ eadẽ salubri satisfactione purgatos/ad ꝛmunionẽ sacramentorũ per ianuã recõciliationis admitterẽt. de pe. di. s. multiplex. Et occidite id est õstẽdite ꝙ p pctis ei? christus vitulus occisus est: ꝗ in sacramẽto presentaꝝ. Unde in lib. sentẽ. p̃speri õr. Semel immolatus christus est in seipso: ⁊ tñ quotidie in sacramẽto immolatiõis illi? fit representatio. Uerus esi de? ⁊ verus hõ semel tñ in cruce pepẽdit: offerẽs patri seipm/hostiã viuã/⁊ passibilẽ: mortalem: vinoꝝ ⁊ mortuorũ redẽptionis efficacẽ. eoꝝ. s. quos altitudo diuini cõsilij redimẽdos iudicauit: ꝑsciuit: prędestinauit. ⁊ vocauit. de cõse. di. ij. semel immolatus. Et manducemus ⁊ epulemur. Apoc. iij. Si ꝗs aperuit mihi ianuã/scz p confessionẽ. intrabo ad illũ: cenabo cũ illo/⁊ ipse mecum. Nõ aũt cũ eo pñt epulari sacerdotes ꝗ dolose se offerũt. s. ad pniam qnoꝝ cibus est remissio peccatoꝝ ⁊ inꝗt Origeñ. Uñ ⁊ verus sacerdos ait. Meus cib? est vt faciã voluntatem patris mei. i. vt pctores cõuersi ⁊ penitẽtes saluenꝝ. de pe. di. iij. inter hec hircum. s. Quia hic filius meus mortuus erat/⁊ reuixit. Obstinatio animi ⁊ confessionis contẽptus (ait Gratia) quedã mors ẽ impietatis: ⁊ lepra superbie: a qua ꝗs reuiuiscit/dũ sibi p gratiã dolor delicti ⁊ cõfessionis votũ inspiraꝝ. de pe. di. s. c. ꝗs alienũ. §. cũcta. Perierat ⁊ inuẽtus est ps. cxviij. Erraui sicut ouis ꝙ perijt: quere seruum tuũ dñe. supra. Inueni ouẽ meã quã p̃diderã. Et ceperunt epulari: ꝛ gaudiũ est in celo ecclie scz militantis et triũphantis/sup vno pctore pniaz agẽte. Dũ hec fiunt: ꝙ senior filius his auditis indignaꝝ/extra domũ moraꝝ/nec cũ patre ⁊ fratre ⁊ cetera familia vult cõgaudere: signat quia aliqui supbi ꝙ sibi ⁊ alijs videnꝝ iusti ⁊ innocẽtes: ꝛ non se elongarũt a domo ecclie per magna ⁊ aperta scelera/ sicut magni pctores: ⁊ in agro paterno laborant p opera ꝙ sunt de genere bono: ꝛ turbaꝝ egreferentes ꝗ deus magnos peccatores et si penitẽtes ad veniã recipiat: ⁊ feruentes accopiosam gratiã ⁊ dona cõferat plus ꝙ sibi. vt ptz in Paulo: ⁊ multis alijs. Quibus tñ pñssimus pater p scripturas sacras ostendit: sic decere suã bonitatẽ: ne ex hoc aliqd sibi subtrahi paterne hereditatis. Et si ille indignatus permaneat: ⁊ non tñ optimus pater a festo desistit reuersi peccatoris. Qõ etiã figuraꝝ in lazaro quatriduano suscitato: ex qua re ꝓncipes sacerdotũ ⁊ pharisei qui sibi iusti ⁊ docti videbanꝝ/indignati sunt dñoꝝ vt ipsum Lazarũ interficere quererent. Sed christus ad cenã accessit vocatus cũ discipulis: vbi ⁊ Lazar? ipse cõuiua cũ alijs erat: domo odore repleta ex vnguẽto effuso. Joã. xj. qõ mysterium tangit Amb. dicẽs. Quãtuslibet mortui/scz peccatoris/ sit fetor/ scz infamie: statim aboletur oĩs/ vbi sacrum redoluerit vnguentũ/scz penitẽtie. ⁊ surgit defunctus/scz p gratiã: ⁊ soluĩ iubenꝝ vincula/scz peccatorũ p ministros ecclie. Tollit velamen a facie ei? ꝛ qz nõ habet qõ erubescat/cui peccatum dimissum. In tanta dñi gra/tantoq; diuini muneris miraculo/quũ oporteret oẽs letari: cõmouebanꝝ impij: ⁊ aduersus christũ concilio cõgregabant. Nonne merito eorũ successores vos esse cognoscitis: quorũ duritie heredes estis? Nã ⁊ vos indignamini: ⁊ cõtra ecclesiã cõgregatis concilio qz videtis in ecclesia mortuos reuiuiscere: ⁊ peccatorũ indulgentia resuscitari, itaq; ꝗ in vobis est p inuidiã vultis rursus interficere suscitatos. Sed iesus non reuocat beneficia: summo cumulat liberalitate: reuiuiscit solicite suscitatus: ⁊ celebrata resurrectionis gloria letus venit ad cenaz hec ille, de pe. di. s. quãtusliber. Unde fuerunt quidam here tici/qui dixerũt nõ posse nisi semel p penitentiam peccata purgari: contra quos arguit Augu. per rationes ⁊ exẽpla. de pe. dis. iij. adhuc isti perfidi. Et qz intentio predicatoris esse debet peccatores ad penitentiã reducere: ideo parabola ista esset optima materia predicatiõis totius quadragesime. Ut primo dicaꝝ de peccatis capitalibus cũ suis filijs/ quibus ꝗs elongaꝝ a deo: de ꝗbus supra: ⁊ hoc in pte quadragesime. Scõo de reuersione ad penitentiã: ⁊ ibi de contritione: cõfessione: ⁊ satisfactione/in alia parte. Deinde de restitutione virtutũ/fidei spei/⁊ charitatis/ vt notatuz est. Demũ de cõmunione ⁊ passione: ⁊ in fine in resurrectiõe de conuiuio celestis glorie/⁊ resurrectione ⁊c.

§. VIII. De parabolis quibus

christus ostendit immẽsam dei benignitatẽ ⁊ diligentiã inuocando hoies ad conuiuiũ ecclesie militãtis ⁊ triũphãtis. Et primo de militanti ecclesia parabolã scribit solus matheus dicẽs. Simile est regnũ celorum homini regi ꝙ fecit nuptias filio suo ⁊c. ideest qõ fit in ecclia ꝙ õr regnũ celorũ. (celi esi dicunꝝ boni fideles: ꝛ eleuati a terra ꝓpter conꝛeptum tẽporaliũ: ⁊ in his regnat ⁊ habitat deus p gratiã) simile est ei qõ narraꝝ in ista similitudie. Ubi nota ꝙ quia oĩs nostra cognitio ortũ habet a sensu: nec spũalia ⁊ diuina possunt intelligi ab hoibus: ꝑcipue deditis sensibilib?/ vt cõiter accidit: nisi manuducanꝝ p exẽpla ⁊ similitudines rerũ sensibiliũ ꝙ nouerũt: ideo in sacris scripturis veteris ⁊ noui testamẽti sermones de reb? spũalib? ⁊ diuinis sunt per similitudines rerũ corporaliũ: vt inde aptius capiãtur. Cõsueuerũt aũt hoies maxime gaudere ⁊ delectari in conuiuijs: quoꝝ ꝑcipua sunt ꝙ fiunt in nuptijs: ⁊ in hmõi appetunt psone se reperire. Ideo ad exprimendũ aliquantulum gaudium ⁊ refectionem spiritualem/que habeꝝ ab electis: nõ solũ in futura gloria/sed etiã hic in militãti ecclia: loqꝝ de ipsa sub parabola cõuiuij nuptiarũ regaliũ: vt hoies inciteny ad querẽdũ hmõi refectionẽ spũalem: quã oĩs inclineny ad gaudia ⁊ delectationes: ⁊ spũales delectationes sine cõparatione vincãt oĩs corporales/vt perfectiores: propter qõ dicit Ber. Gustata suauitate spũs: desipit ois caro. Homo iste/de? pater est: ꝙ hõ dicit ꝓpter intellectũ aliter tñ ⁊ incõparabiliter excessiuũ ꝙ hõ vel angelus: qui habitat lucẽ inaccessibilẽ: ait apl's. s. ad Thimo. vj. Rex est: ꝛ regit, assidue quos cõdidit ps. Deus magnus dñs ⁊ rex magnus super oẽs deos. Filius eius est vnigenitus pfis: ideo primo vidimus gloriam eius quasi vnigeniti a patre. Tunc aũt fecit pater nuptias filio quãdo eũ incarnari cõstituit. Spõsam esi assumpsit naturã humanã: ⁊ ex qua ⁊ ecclesiam cuius est caput: quã eã sibi vniuit in vnitate psone verbum caro factũ: hoie scz deo assumpto nõ deo consumpto. huius thalamus fuit vterus ꝑginis ꝺm illud ps. xviij. Tãq; sponsus pcedẽs de thalamo suo: vt gigas fortissimus/ex gemina substãtia diuina ⁊ humana: exultauit ad currendũ viaz id est alacriter ⁊ desideranter/quasi velocissime curreret: fecit viã de celo in terrã. de quo mysterio incarnationis figurato in nuptijs hester ⁊ assueri sumine letanꝝ in patria dicentes. Apoc. xix. Gaudeamus ⁊ exultem?: ⁊ demus gloriã ei: qm venerũt nuptie agni: ⁊ vxor eius preparauit se. Et vocauit multos. Non dicit oẽs: qz illi ꝙ moziuntur paruuli/non purgati ab originali/⁊ sine vsu rõnis/cuiuscunq; nationis sint etiã christiane: nõ vocanꝝ ad nuptias ecclesie. Oẽs alij vocati sunt: qui vtiq; ⁊ multi sunt: qz de omni natione ꝙ sub celo est. Et ante ipsas nuptias celebratas actu id est/mysteriũ peractum incarnationis/vocati sunt oẽs: saltem p legẽ naturalẽ: quã qui seruabãt/ vocabanꝝ etiam per occultã inspiratione seu reuelationẽ ad credendũ saltẽ de deo/qz est: ⁊ ꝙ inquirentiũ se. s. p bona opera/est remuneratoꝝ: ꝙ remuneratio ꝑcurata est in istis nuptijs. Et tales has

dite mihiq; ego in patre/ & pater in me est: ne sc̄s p virtutē efficientiā/ & nō per nature/que natiuitatem et ꝓprietatē pater in filio & operari crederetur & loq̄. Sic em̄ habet in greco: nostra aūt litera sic habet. Non creditis quia ego in patre & pater in me est? Si vero nō sufficit hoc ad oñēdū consubstantialitatem: saltem ab operib⁹ discite. Unde subditur. Alioquin ꝓpter opera ipsa credite. Uidistis enim signa cū aut ꝓmirabilia: & oia q̄ dicitis erant ꝓpria: & que pater solus operatur: ipctā solutā: & mortem recedentem: & hmōi. Hoc ergo ꝓpter opera credite: quia ego in patre/ & pater in me est. Nec em̄ si separati essemus: inseparabiliter operari vlla ratione possem⁹. Et q̄ oñs dixerat. Propter opera credite: oñdens ꝙ non hoc solum pōt: sed multo maiora: & (qđ mirabilius est) alios pōt dare. Ideo adiūxit. Amen dico vobis: qui credit in me: opa que ego facio: et ipse faciet: et maiora horū faciet. Augu. Sed q̄ sunt ista maiora: an forte quia egros ipsis transeuntib⁹ etiam eorū vmbra sanaret? Maius est em̄ ꝙ sanet vmbra ꝙ fimbria. Uerūtamen quādo ista dicebat: verbor̄ suor̄ facta & opera cōmendabat. Quasi em̄ dixit. Pater in me manens facit opera: que opera tunc dicebat nisi q̄ loquebatur verba: et eorū verborum fructū erat fides illorū. Uerūtamē euangelizantibus discipulis non tam pauci ꝙ illi erāt: sed gentes etiā crediderūt. Nōne ab ore illius tristis ille diues abscessit: & tñ qđ ab illo auditum non fecit vnus: fecerunt multi quū per discipulos loquerer. Ecce maiora fecit predicatus credentibus. ꝙ locutus audiētib⁹. Uerum hoc adhuc monet/ ꝙ hec maiora per apl̄os fecit: nō aūt ipsos: tantū significans/ ait. Qui credit in me. Nunqđ inter nō credentes in xp̄m non est computandus q̄ non fecerit maiora opera ꝙ xp̄s: Durum est: nisi intelligatur. Apl̄s dicit credēti in eum qui iustificat impiū. deputat fides ad iustitiā. In hoc opere faciemus opera xp̄i: quia ipsum credere in xp̄m est opus xp̄i: hoc operatus in nobis: non vtiq; sine nobis. Audite ḡ. Qui credit in me: opera q̄ ego facio: et ipse facit & ꝓt⁹ ego facio: deinde ipse faciet: quia facio vt faciat. Que opa & nisi vt ex impio iust⁹ fiat? Qđ vtiq; in illo: sed non sine illo xp̄s operatur: ꝓcessus maius hoc esse dicerem ꝙ creare celum & terram. Celum em̄ et terra transibunt: predestinatorū autem numerus & iustificatio permanebit. Sed in celis angeli opera sunt xp̄i: nunqđ etiam his operibus maiora facit: que operatur xp̄s ad suam iustificationē? Judicet qui pōt vtrū maius sit iustos creare ꝙ impios iustificare. Certe si equalis sit vtriusq; potentie: hoc maioris est mie: Sed oia opera intelligere xp̄i. vbi ait. Maiora horū faciet: nulla necessitas cogit. Horum em̄ fortasan dixit que faciebat illa hora. tunc aūt verba fidei faciebat. & vtiq; minus est verba iustitie predicare: qđ fecit ꝓpter nos: ꝙ impios iustificare: qđ ita facit in nobis/ vt faciamus & nos. Magnam aūt spem oñs suis ꝓmisit orantib⁹/ dicens: q̄ ego ad p̄em vado. Hec. Augu. Hoc non est pereo: sed in ꝓpria manebo dignitate: & in celis ero. Uel hoc dicit ac si diceret. Uestrum est decetero miracula facere: ego em̄ vado. Et ne quisq̄ hoc sibi tribueret: vt etiā illa opera maiora seipso facere ostenderet: adiecit. Et qđcūq; petieritis patrē in nōe meo/ hoc faciam. q. d. Ego sum facturus & tūc maiora: per eos q̄ credunt in me: qđ non est defectio: sed dignatio. Dicit autem. In nōe meo: q̄ in nōe iesu xp̄i apostoli dicebant: surge et ambula. Omnia em̄ signa q̄ fecerat: ipsi faciebāt: et man⁹ domini erat cū illis. Sed quid est. Qđcūq; petieritis: quū videamus plerūq; fideles eius petere et non accipere: vt Paul⁹ apl̄s de stimulo carnis? Sed audi qđ illic positum est. In nōe meo: qđ est xp̄s iesus. Jesus inq̄t Aug. signifi cat saluatorē: ac per hoc qđcunq; petimus aduersus vtilitatem salutis nō petimus in nōe saluatoris: et tñ ipse saluator est: nō solū quū facit qđ petim⁹: sed etiā quū non facit. Nouit em̄ medicus q̄d pro sua/ quid cōtra sua salutem postulet egrotus. Sane quedā q̄uis in eius nōe petam⁹ non tunc q̄n petimus facit: sed tamen facit. Differtur enim qđ petimus: non negatur. vt illud. Adueniat regnum tuum. Et subiūgit: vt glorificetur pater in filio &c. Nullo igit̄ modo sine patre filius facit: quādoquidē vt in illo pater glorificetur: propterea filius facit. Quasi em̄ ostendat filius magna; potens: glorificatur ille q̄ genuit. Deinde ꝓmisit oñs iesus discipulis: si eum diligerent qđ in mandatorū suorum obseruatione ostenderet spiritū sanctū /dicens. Ego rogabo patrē: inquātū homo: vt minor patre rogat: inquātum deus vna cū patre p̄estat. Et aliū paracletū dabit vobis. Paracletus nomē est grecum: et latine interpretatur consolator vel aduocatus: q̄ consolatur in aduersis/ spe premiorū: & pcā lugentes/ fiducia rem issionis eor̄. Aduocatus aūt dr̄: q̄ ipse spūs postulat ꝙ nobis gemitib⁹ inenarrabilibus. i. postulantes nos facit. Unum aūt dixit a se: nō diuersitate substātie: sed veritate psone. Uel sm Didimum spūm sanctū aliū paracletū nouerit xp̄s. non iuxta nature sue diferentiā: sed iuxta operationis diuersitatem quū essem saluator mediatoris et legati persona habebat: ex qua ponti fex deprecatur ꝙ peccatis nostris. Spūs sanctus sm aliam significatiam paracletus: ab eo q̄ consolatur in tristitia positos nuncupatus est. Uerū, nolī ex filij & spūs sancti operatione diuersa varias existimare naturas. Nam & in alio loco paracletus spūs sanctus reperit apud patrē legati psona fungit: & xp̄s iesus consolationē in cordibus operari vt maneat nobiscū i eternū: qui neq; post mortē recedit. Spiritum veritatis vocat: eo ꝙ figuras veteris testamenti manifestat: et etiā q̄ veritate ꝓcedit. s. filio. Et q̄ veritas a quocūq; dicatur: a spūsancto est simul cū patre & filio: quē mundus nō potest accipere. i. homines dilectores mundi in ꝑmanētes: non possunt accipere: ꝓpter indispositionē eor̄. q̄ non videt eum. s. certissima cognitione fidei. Nō em̄ inuisibiles habet oculos mūdana dilectio: per quos spūs sanct⁹ inuisibiliter videri potest. Et post aliqua dicit dominus iesus. In illa die vos cognoscetis per fidē perfectā vel in gloria per speciē quia ego in patre meo sum: & vos i me: & ego in vobis. sm Hila. de trini. Christus in patre p naturam diuinitatis est: nos cōtra in eo per corporalem ei⁹ natiuitatē qua nostrā naturā assumpsit: vt ille rursus in nobis per sacramento ꝙ inesse mysteriū crederet. Ipse em̄ testat⁹ est. Qui edit carnē meā: in me manet: & ego in eo. de consecra. dis. ij. in xpo pater. Demū conclusit. Qui diligit me diliget a patre meo: et ego diligā: & magifestabo ei meipm. Ipsum ꝙ paracletū spūm sanctum. in. c. xvj. promisit se missurū eis post recessum eius: q̄ eo manente cū eis. s. in corporali p̄sentia eis dare nō poterat: ꝓpter indispositionē. s. eor̄. q̄ ita afficiebantur ad illam humanitatē ex miraculis /doctrina /et benignitate: ꝙ ad diuinitatē eius mentē et affectū non erigebāt. Et q̄d in eis sit xp̄s facturus: & ꝙ eos: oñdit dicēs. Quū venerit ille: arguet mundū de pctō. s. incredulitatis/ qđ infideles habēt. Et de iustitia. s. virtuositatis/ qua fideles multi carent. Et de iudicio. s. veritatis/ qđ multi non cauent. quia quū princeps mundi. i. peccator diabolus sit iudicatus et eternaliter condēnatus ad ignē/ miseri homines non curant eum imitari in malis/ et suggestionibus eius vitiosis adherere/ ꝓpter qđ et eū secuturi sunt in penis. Exinde insinuauit ꝙ ipse spūs doceret eos oēm veritatem sc̄s vite/ doctrine/ & iustitie. s. necessariā in viuēdo/ in docendo/ in iudicando. Ille etiam cum clarificaret. s. faciēdo eos intelligere suam deitatē: et faciēdo per eos miracula in nomine iesu. Et oia hec spūs faceret/ non ista a se habēdo sed a patre et ipso filio/ a quo est. Tunc interrogauit eum iudas non scariothis ille/ sed qui alio nōie dr̄ Thadeus. Dñe q̄d factū est/ q̄ manifestaturus es teipm nobis. et nō mundo. i. diligentibus te/ et nō his q̄ non diligūt te/ sed mundo ꝓpter qđ mūdus dicūtur a xpo. Respōdit iesus. Si q̄s diligit me/ sermonē meū seruabit. Greg. Probatio em̄ dilectionis/ exhibitio est operis. nūq̄ amor dei ē otiosus. operatur em̄ magna si est/ si operari renuit/ amor nō est. Et pater meus diliget eum. dilectio (ait Aug.) sanctos discernit a mundo/ in qua facit pater et filius mātionē/ qui donant ipsam dilectionē/ qua eū diligamus/ nō excluso spūsancto: q̄ inseparabilia sunt opera trinitatis. de conse. dis. iij. cōs. Opera sc̄z ab extra. vt dicit Glo. quib⁹ dant suā māifestationē interiorē. s. patris & filij & spūsancti: quam impij non nouerunt. Et ad eum (inquit xp̄s) veniemus & mansionem apud eum faciemus. Uenīt ad nos. ait Aug. dum venimus ad eos. Uenīt subueniendo/ veniem⁹ capiendo/ vt sit nobis eorū nō extranea visio/ (sed interna/ in nobis eor̄ nō trāsitoria māsio/ sed eterna. Et māsionē apud eū faciemus. In quorūdam em̄ cor dauenit/ et māsionē nō facit/ quia per cōpunctionē dei respectū recipiūt: sed tpe tentationis quo cōpuncti fuerant obliuiscūtur. s. ad peccata redeūtes. Ille aūt vere amat/ cuius mentē delectatio prava ꝙ consensum non superat intellige de mortalibus/ nō venialib⁹. Et /coniunctim: dum. s. dilectionē habet/ sm illud Augu. Radicata est charitas. securus esto/ nihil mali pducere pōt. de pe. di. ij. radicata. Aug. li. de trini. Nō est putandū māsionē in dilectore suo facientib⁹ patre & filio/ excluſuq; esse ab hac māsione spūs sanct⁹: quū superius dictū sit de spūsancto. In nobis manebit. Et iterū. Ut maneat nobiscū in eternū. Sed ꝓpter insinuationem trinitatis/ ꝑsonis singulis nomina tis dicūtur/ non tñ alijs separatis intelligūtur/ ꝓpter eiusdem trinitatis vnā substantiā. Qui non diligit me/ sermones meos nō seruat. Greg. de dilectione cōditoris lingua/ mens/ et vita requirat. Cāto vnusquisq; a superno amore diffūgit/ quāto in infimis delectat. Et sermonē quē audistis nō est meus: sed eius q̄ misit me patris. Aug. Fortasse

paracletus q̄d interpretatur.

ꝓpter aliquã distinctiones: vbi suos dixit pluraliter: dixit sermones: vbi aũt nũc sermonẽ dicit in singulari: hoc ẽ verbum: nõ suũ esse dixit: sed seipm patris intelligi voluit: nõ eẽ suũ / sed patris est verbũ: quõ nec sua imago: sed ꝑris: nec suus filius: sed patris. Recte ergo actori tribuit qõ facit / equalis: a quo hz hociꝑm cꝫ illi est indifferens et equalis. Hec locut⁹ sum vobis apud vos manẽs subdit iesus. Aug. Alia eẽ est mãsio quã ꝓmisit futurã: talia quã tẽstat ꝓsentẽ. Illa spialis: ꝛ mentib⁹ intrinsec⁹ reddit: hec corporalis: q̃ foris exhibet. Et qz eos q̃ dixerat / quedã intelligerãt: quedã nõ intelligebãt: ne turbarẽtur ꝛ facilius eius recessum sustinerẽt: ꝓmittit spm̃ sctm̃ q̃ ꝛ cõsolaretur eos / et doceret nõ intellecta q̃ ab eo erãt dicta / subdit. Paracletus aũt spũs sctus quẽ mittet pater i nõie meo. Quare spiritus sctus paraclet⁹ dicat: declaratũ est supra. Et de septez noibus eius designãtib⁹ proprietatẽ ei⁹ / et effect⁹ / q̃s operatur in electis ꝑz in hymno. Veni creator spũs. Quẽ mittet pater. Beda. Quũ gr̃a spũs̃ancti datur hoibus ꝛ mittit spũs a ꝑre: mittit ꝛ a filio: qz ꝓcedit a patre: ꝓcedit a filio: qz eius missio ꝓmissio est. Nec ille. Et qz missio includit processionẽ ꝛ ipse spũs a se non procedit: sed a ꝑre et filio: ideo non ꝺz mitti a seipso tm̃ infusio gratie in creaturaz qua ꝺz mitti: ꝓcedit etiã a spũs̃anctoꝛ quũ sit opus qõ est in creatura. Et cꝫ spũs̃ctus mittat a filio, ipse infra dicit. Mittã vobis a ꝑre spm̃ veritatis, i. a me veritate ꝓcedentẽ. Vñ et cõtra errorẽ grecorũ negantiũ spm̃ sctm̃ a filio ꝓcedere ꝺz. de ꝓse. di. v. de spũ. ex cõsilio ephesino. Spirit⁹ appellat⁹ est veritatis: et veritas xp̃o est. Unde ab ipo sicut a deo patre procedit. Itẽ didimus in ca. vl. decreto ꝫ ait. Saluator q̃ et veritas est (ait / scz loquẽs de spũs̃ctõ: non eẽ loquitur a semetipso. hoc ẽ non sine me ꝛ sine meo ꝛ patris arbitrio qz inseparabilis ẽ a mea ꝛ patris voluntate. ꝛ amplius: qz ex se nõ est: sed a ꝑre ꝛ a me est: qz hociꝑm qõ est ꝛ qõ subsistit ꝛ loquit̃. s. ex patre ꝛ me illi est: ipsa aũt locutio sua est spiratio in corda hoim. Et in fra. Spũs̃ctus ꝓcedit a filio: deus de deo: spũs veritatis procedens a veritate: cõsolator manans de ꝓsolatione. s. christus. Et qz spũs̃ctus noie filij a patre mittit̃ ait Didim⁹. oñdit cꝫ vnitate sit iunctus ad filiũ. Vñ et filij dict⁹ est spũs ꝑ adoptionẽ suã filios faciẽs q̃ eũ recipe voluissent. Et sequit̃. Ille vos docebit omnia. Omnia. s. q̃ spialia sunt ꝛ intellectualia veritatis ꝛ sapiẽtie sacramenta. Docebit: non sicut q̃ artes aliquas ꝛ sapiẽtiã studio industriaq̃ didicere: sed quã ipse ars atq̃ doctrina et sa pietia spũs veritatis iuisibiliter mẽti insinuat sciẽtiã diuinoꝝ. Greg. Nisi eẽ spũs̃ctus cordis adsit audiẽt⁹: totius est sermo docẽtis. Aug. Nec sic intelligendũ quasi docẽte filio verba capiam⁹ / et docẽte spũs̃ancto eadẽ verba intelligamus. Omnes eẽ dicit ꝛ docet trinitas: sed nisi etiã singulatiz cõmẽdaretur: nullo modo hũana capere vtcũq̃ posset infirmitas. Et suggeret vobis oia quecunq̃ dixero vobis. Greg. Inuisibilis spũs suggerere ꝺz non cꝫ sciẽtiaz nobis ab imo vt ab inferiori inferat: sed ab occulto. Uel ꝑz Aug. Suggeret. i. cõmemorabit vobis. Intelligere eẽ debemus qõ iubemur non obliuisci saluberrima monita ad gratiã pertinere q̃ nobis cõmemorat xp̃s. Theophi. Spiritussanctus ꝛ docuit ꝛ suggessit. i. commemorauit que eis non dixerat xp̃s tanq̃ nõ valentib⁹ portare. i. intellige re. Cõmemorauit aũt q̃ dñs dixerat. s. que intellect⁹ tarditate cõmendare memorie neq̃uerant. Et quia vt ait Chrysso. hec audiẽtes turbabãtur: cogitantes odia et ꝓlia sibi imminere post eius recessum: ideo rursus ꝓsalatur eos dicens. Pacẽ relinquo vobis: pacẽ meã do vobis. Non quomodo mũdus dat ego do vobis. Ubi notat triplicẽ pacẽ: internalẽ / supernalẽ ꝛ carnalẽ. Aug. sic ait. Pacẽ nobis relinquit in hoc seculo: in quo manẽtes hostem ideſt diabolum vincimus: vt inuicẽ diligamus: pacẽ suã nobis dabit in futuro seculo quando sine hoste regnabit vbi nunq̃ dissentire possumus. Pax aũt ipse nobis est ꝛ quum credimus q̃ est ꝛ et eum videbimus sicuti est. Et nota quũ dicit. Pacem relinquo vobis / nõ addit meã. Quũ autẽ dicit pacem do vobis: dicit meã: quãuis eis dici posset: qõ subintelligitur: quũ ait. Pacem relinquo vobis meã tamẽ �sm Augu. forte ꝛ hic aliquid latet. Pacem eẽ suã intelligi voluit qualẽ ipse habet: in quo nullũ repugnat oino pctm̃: quam in futuro habebimus regno. Sed pax quã nobis reliquit in seculo: potius dicenda est nostra q̃ sua qz quãtũcũq̃ ꝓfecti semp habẽt cũ quo pugnent: et vũ dicãt. Dimitte nobis debita nostra. Qõ vero ait. Nõ quomodo mũdus dat ego do vobis: pax ista mundana est eoꝝ qui diligũt mundum: qui propterea dant sibi pacẽ: vt mũdo perfruãtur sine molestia. et qñ iustis dant pacẽ: vt nõ eos persequãtur: pax nõ põt esse vera: vbi nõ est vera pcordia: Pax etiã exterior, dicit Chrysso. ad malum sit multotiẽs / et eis qui eam habẽt nihil prodest. Aug. Non poterit aũt ad hereditatem dñi puenire q̃ noluerit testamentũ dñi cõseruare. Cypria. Inexpiabilis est culpa discordie: nec passiõe purgat. di. ix. Quia vero dixerat. Pacẽ relinquo vobis, qõ erat recedentis: ꝛ hoc poterat turbare eos ideo eos confortat dicens. Nõ turbetur coꝛ vestrũ: neq̃ formidet. Aug: Hinc turbari ꝛ formidare poterat coꝛ eoꝝ: ne forte hoc interuallo quũz recederet ab eis quãus reuersu⁹ in resurrectione ad eos lupus inuaderet pastoris absentia. Unde sequitur. Audistis qz vado ꝛ venio ad vos. Uado ad mortẽ per passionem: venio ꝑ resurrectionẽ. Uado ad patrẽ per ascẽsionẽ: venio ꝑ spũs̃ancti missionẽ: ꝛ demũ ad glorificationẽ vestri. Ut autem intelligerent �sm id qõ homo erat eũ dixisse. Uado et venio ad vos. Subiecit. Si diligeretis me gauderetis vtiq̃: qz pater maioꝛ me est. Per qõ ergo filius nõ erat equalis patri: per hoc erat iturus ad patrẽ a quo et ventur⁹ est iudicare viuos ꝛ mortuos. Nam ꝑ id qõ est equalis genẽti / nũq̃ recedit a patre qz est cũ patre et spũs̃ancto in essentia vbiq̃ semper existens ꝛ sanctos nunq̃ relinquens. sm igitur suaz humanitatẽ minoꝛ est patre xp̃s: minoꝛ spiritu sanctoꝛ: minoꝛ ꝛ seipso �sm suã deitatẽ: qz illa humanitas a tota trinitate formata est: formata est de substãtia ꝛginis quantũ ad coꝛp⁹: talia a deo in instãti creata ꝛ infusa. Utrũq̃ tm̃ scz humanitas ꝛ diuinitas / nõ duo sed vna ꝓsona: ne fit quaternitas: sed deus trinitas. Et ideo dixit Si diligeretis me: gauderetis vtiq̃. Quia �sm Augu. nature humane gratulandũ est: eo q̃ sic assumpta est a verbo vnigenito vt immortalis constitueretur in celo: atq̃ ita fieret terra sublimis vt incoꝛruptibilis puluis federet ad dexterã patris. Quis hic non gaudeat qui diligit xp̃m: vt etiam iam suam naturã immortalẽ gratuletur in xp̃o: atq̃ hoc ipsum speret se futurũ ꝑ xp̃m? Sequit̃. Et nunc dixi vobis priusq̃ fiant: vt quũ factũ fuerit credatis. nõ scilicet noua fide sed aucta: aut cerre quũ mortuus esset defecta. quũ resurexisset foret refecta. Uel credatis meã diuinitatẽ ex tot ꝓnunciatis ꝛ visis impleri: ꝛ si nõ videretis etiã resurgẽtis nisi humanitatẽ. Jam nõ multa loquar vobiscum. Jam eẽ instabat tẽpus quo comꝑhẽderetur / ꝛ occideret. Uenit eẽ princeps huius mũdi. Augu. Et q̃s iste: nisi diabolus: q̃ princeps est: non creaturarũ: sed pctoꝝ mundana diligentiũ? Uenit. i. veniet: scilicet ad crucẽ quũ pateret ignorans eũ dei filiũ esse: ſi forte q̃d pcti reperiret in eo. Sz in me ait non habet q̃q̃: scilicet sui qz neq̃ cũ pctõ venerat de⁹: nec eius carnẽ de pcti propagine virgo pepererat. Et tanq̃ ei diceret. Quare ergo morieris si nõ habes pctm̃: cui debet mortis supplicii? cõtinuo subiũgit. Sed vt cognoscat mũdus qz diligo patrẽ. q. d. Ideo me ad mortem offero ꝛ passionẽ: cuius, non sum debitor / sustineo: vt cognoscat mundus. i. hoĩes mundi: qz propter dilectionẽ quã habeo ad patrem / hoc facio: quein hoc ostẽditur per opus. Quia sicut mandatũ dedit mihi pater. s. vt sustineã mortẽ pro redemptione humani generis: sic facio. s. eam sustinendo.

§. II. De oratione dominica facta a Jesu christo in qua nos orare perdocuit.

Lucas hoc narrat: postq̃ retulit xp̃m susceptũ in hospitiũ a martha: in cuius domo maria soꝛor eius sedebat secus pedes dñi: ꝛ martha ipsa ministrabat. s. necessaria ad prandium. Post q̃ immediate subdit Lucas. Factũ est quũ esset in quodam loco orans: vt cessauit: dixit ei vnus ex discipulis suis. Dñe doce nos orare: sicut Joannes docuit discipulos suos. Et Luc. xi. ait illis. Quũ oratis: dicite. Pater sanctificetur nomẽ tuũ ꝛc. Ubi primo notandũ �sm Chrysillũ. cꝫ ideo xp̃s orauit: non vt aliquo egeret: plenus existens omni virtute: sed vt nobis preberet exemplũ orandi. Et �sm Bedã. ideo hoc fecit: ꝛ orare docuit post narrationẽ hystorie de martha ꝛ maria suscipiẽtibus xp̃m: ad innuendũ cꝫ ꝑfectio vite actiue ꝛ cõtemplatiue / q̃ in illis designãtur / nõ nisi oratione⁹ obtinere valent. Hanc aũt orationẽ dñicam Matte⁹ asserit a xp̃o editam: et ap̃lis ipsam traditã in monte vbi eis fecit plenã sermonẽ absq̃ interrogatiõe alicuius ex discipulis. Et vbi in ea Mattheus ponit septez petitiones. Lucas hic exprimit tm̃ q̃nq̃: Unde ꝑ cõcordia hoꝝ dici põt cꝫ sicut Augu. mar. vl. dicit de beatitudinib⁹ cꝫ quũ Mattheus referat a dño expressas octoꝛ et Lucas quatuoꝛ: cꝫ alius ꝛ alius sermo fuit. Nã in sermone in monte expressit Jesus octo beatitudines: vt refert Matteus: ꝛ in loco cãpestri vt refert Lucas: ꝑ dicendo turbis insinuauit q̃tuoꝛ tm̃: vt min⁹ capacib⁹. Sic ꝛ de ipsa oratione dñica dicendũ / qz in mõte septẽ petitiones expressit / nõ interrogat⁹ ab aliq̃ / vt carrat Mattheus / altera vice postea interrogat⁹ ab aliq̃ de oſonis forma / breuius docuit / vt refert Lucas. Et vt dicit etiã August. tertia petitio inducit̃ in primis duabus / ꝛ vltima in penultima.

Et ideo Lucas brevitati intẽdens nõ curauit etiã expresse ponere. s. Fiat voluntas tua: nec vltimã: sed libera nos a malo. Credibile em̃ est xp̃m aliquas materias doctrine sue pluries dixisse: & discipulis & turbis: aliqñ prolixius: aliqñ breuius: sicut & faciũt oẽs doctores & predicatores. Pater sanctificet. Basilius. Duo modi oronis. Unus quidẽ laudis cũ humanitate. Secũdus ỹo remissio: petitionis. Quotiens ergo oras: non prius ad petendum prosilpas. Sin minus tuũ criminaris affectũ: q̃ necessitate coact' supplices deo. Sed quũ incipis supplicare: qualibet desere creaturas visibilẽ pariter & inuisibilẽ. Sumas aũt exordium a laude eius q̃ cũcta creauit. Unde dicit. Quũ orat' dicite. Pater &c. Aug. de ỹbis dñi. Primus sermo quãte gratie est. Nõ audebas oculos ad celũ attollere: et subito accipiẽs gratiã xp̃i: ex malo seruo factus es bonus filius: ideo presume nõ de tua operatione: sed de gratia xp̃i. Nõ ergo hic arrogantia est: sed fides. p̃dicare q̃õ acceperis: nõ est superbia sed deuotio. Ergo attolle oculos ad patrẽ: qui lauacro genuit. qui p filiũ te redemit: patrẽ dicas quasi filius. Sed noli tibi aliq̃d spũaliter vendicare: solius em̃ xp̃i spũalis est pater: nobis aũt est pater oĩbus in cõi: q̃ illũ solũ genuit. scz sm deitatẽ: nos creauit. Et ideo sm Mattheum dr. Pater noster. Ubi etiã notãdũ tota oratione fieri in plurali: non in singulari. s. p se solo vel aliquo particularitad innuẽdũ q̃ nõ solũ pro se: sed p aliis est orãdũ: vt dicit Cyprian'. Et q: vt dicit Gratia. de pe. dis. s. c. porro illi. §. resuscitat'. Cuius opa quisq̃ facit: eius filius esse cõprobat: & vt pt̃s ex euãgelio: vt vere pater dicat: eũ in operib' imitare. Subditur autẽ sm Mattheum: q: Lucas tacuit. Qui es in celis. Theophi. Non aũt hoc dicit tã q̃ loco circũscribat: sed ad celos erigit auditorẽ: & a terrenis abstrahit. vel sm Augu. de illis loquit de quibus p̃. Celi enarrant gloriã dei: id est sancti viri. vel in celis dr esse per manifestationem glie sue: scz in celo empyreo. Grego. nazenzenus. O im vero bonorũ est exordiũ / glorificare nomen dei in vita nostra. Unde subdit. ¶ Sanctificet nomẽ tuũ. ¶ Hec est prima petitio. Quis em̃ est tam bestialis. q̃ videns in credẽtib' vitã puram nõ glorificet nomẽ invocatũ in tali vita? Hoc ergo orat ista dicẽs. Fiam pater tuo cõcurrẽte subsidio iustus abstinens a quolibet malo. Chrys. Sicut em̃ quũ quis pulchritudinẽ celi aspicit: dicit / gloria tibi deus: ita etiam q̃ aspicit alicuius virtutem: q: hois virtus multo magis q̃ celũ glorificat deũ. vel sm Augu. Sanctificet nomen tuũ: scz in nobis: vt ad nos possit eius sanctificatio puenire / vel sm. Litum. Sãctificet nomen tuũ: id est nota sit: tua sanctitas toti mundo: vt laudet te decẽter. Jussit ergo orare pro emendatione totius mundi. Et q: in nole ihesu est gloria patris: tunc nomen patris sanctificabit quãdo xp̃s erit notus. vel sm Orig. q: nomen dei ab errantib' attribuit sculpturis et creaturis: mondũ est sanctificatũ: vt scz sit separatũ a q̃bus debuit separi: decet ergo nos orare vt nomẽ dei adapterur soli deo. ¶ Adueniat regnũ. Secunda petitio: vt. s. sm Orige. euacuetur principat' / potestas / et virtus regni mundi: quinetiã & pestilẽtie regnet in nostris mortalib' corporibus: vel sm Greg. nissenũ. Imploramus etiã a dño liberari a corruptione: & eximi a morte: vel sm quosdam. Adueniat regnum tuũ: id est veniat super nos spiritus sanctus tuus: & purificet nos. Aug. Tunc enim venit regnũ dei: q̃ñ eius sumus gloriã cõsecuti. Ipse em̃ ait. Regnus dei intra vos est: vel sm Cyrillum. Qui hoc dicit. s. aduenias regnus tuum: videl optare rursum refulgentẽ in mũdo oĩm salutẽ. Mãdauit aũt in oratione illud petere reuera temp' terribile vt sciant q̃ viuere eos docet / non lente non remisse: vt illud tempus nõ paret eis vindictã et flammã. ¶ Et sequitur tertia petitio sm Mattheum quã tacet Lucas: scilicet Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Chrys. q. d. Presta nobis, qũs conuersationẽ imitari celestẽ quatenus quecũq̃ tu vis: nos etiã volim'. Greg. nissenus. Qui vitas humanã post resurrectionẽ similẽ dicit esse futurã vite angelice: cõsequẽs est vitã mundanã ad vitã que postmodum speratur disponit: vt in carne viuentes nõ sm carnem viuamus. Et p hoc q̃ a voluntate diuina recesseram': & propter hoc infirmati a morbo denuo liberet copulatio ad voluntatẽ diuinã. Unde dicit. Sicut in celo: & in terra. Uel sicut in celo intellectiue nostre: ita & in terra sensitiue seu corpis. Cyprian. Quã prepostere q̃q̃ quersum est: vt quũ dei voluntatẽ quotidie fieri postulem'. s. dicẽdo. Fiat voluntas tua: q̃ñ euocat nos & accersit de hoc sc̃lo: nõ statim voluntatis eius imperio peremus: obnitimur / & reluctamur: & pulsaciũ more seruor ante cõspectũ cũ tristitia & merore producimur inuiti: exeuntes hinc necessitatis vinculo / nõ voluntatis obsequio. xiij. q. ij. quã prepostere. Fiat voluntas tua. s. a nobis: nõ solũ de nobis. Nã de malis hoibus vtiq̃ fit voluntas dei sm Greg. in moral'. i. illud q̃ de' disponit de eis: iuxta illũ Esa. xlvj. Quis voluntas mea fiet. Sed ab eis non fit voluntas dei: q: nõ p̃formãt se voluntati dei. A bonis aũt fit voluntas dei: q: voluntarie seruãt dei p̃cepta: q̃b' nobis manifestatur voluntas dei. Et q: inquit Aug. nomẽ dei sctificat in spũ dei aũt regnũ i resurrectiõe vẽturũ est: ideo Lucas ptermisit istã tertiã petitionẽ: eã intelligi volẽs in duab' precedẽtibus. ¶ Sequit quarta. Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie. Mattheus dicit: panẽ substãtialẽ. Ambro. Non ẽ iste panis q̃ vadit i corp': is panis vite est ne q̃ aie nr̃e substãtiã fulcit. de pse. di. ij. c. nõ iste. Quotidianũ. Augu. Quotidianũ, hz latin': si q̃tidian' ẽ panis: cur illũ post annũ sumas: quẽadmodũ greci in oriente facere p̃sueuerũt. Idem de cõse. dis. ij. preal. c. nõ iste. Accipe q̃tidie vt q̃tidie tibi p̃sit: sic viue vt q̃tidie merearis accipe. Panis est: non venenũ. de pse. dist. ij. panẽ. medicina est celeste & venerabile sacramentũ. vel sm Titũ. Panis aiar̃ est virt' diuina afferẽs futurã vitã perhennẽ. sicut panis ex terra p̃diẽs vitã tpalem cõseruat. vel sm Cyrillũ p panẽ q̃tidianũ põt intelligi substãtiatio vite corpalis. Sz ex eo q̃ panẽ iussit querere. i. q̃tidianũ alimentũ: videl q̃ nihil cõcedat eos habere. s. superfluũ: sed magis honestã colere paupertatẽ. Chrys. Postulanda igit̃ sunt necessaria vite: nõ cibor̃ diuersitates: & vina odorifera & cetera q̃ delectãt gutturi: onerãt aũt ventrẽ: & mentẽ perturbãt: sed panis q̃ possit substantiã nostri corpis sustentare: & ille q̃ nobis sufficiat hodie vt de crastino nõ cogitem'. Una aũt solã petitionẽ sensibile q̃rim': vt p̃sentib' non affligamur. ¶ Seq̃tur q̃nta petitio. Dimitte nobis debita nostra. Titu. Hoc autẽ additũ est necessario p eo q̃ nullus sine pctõ inuenit̃: ne ipediamur a sacra participatione p̃pter humana pcta. Quũ em̃ teneamur christo exhibere omnimodã sanctitatẽ: qui spũs scr̃ũ habitare facit in nobis: redarguẽdi sum' si nõ obseruem' ei tẽplũ mũdũ. Huic aũt defectui subuenit̃ per dei bonitatẽ indulgentẽ humane fragilitati. hoc iuste fit a iusto deo: q̃ñ nos quasi debitoribus relaxamus: ita sc̃z q̃ nobis nocuerũt: et debita nõ exhibuerũt. Uñ subdit. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Chrysso. de pe. dist. iij. de q̃tidianis. De quotidianis breuib' leuibusq̃ pctis: sine q̃b' hec vita non ducit̃ sat̃isfacit quotidiana oratio. fidelius. s. Pater noster. Siquidẽ et nos dimittim' & cor de debitoribus nostris. Fiet em̃ nobis si sapimus causa indulgẽtie maxime: & pauca exhibentes plurima reperiem'. Nã et nos multa debemus & magna debita dño. quorũ si minimã partẽ a nobis vellet exigere: etiã periissem'. Augu. Debitũ q̃d est: nisi pctm̃? Ergo si nõ accepisses alieni fenoris pecuniã: non deberes: & ideo pctm̃ tibi imputat. ¶ Sequit̃ sexta petitio. Et ne nos inducas in tentationẽ. Aug. quã sc̃z ferre nõ possum'? sed talem vult tentationẽ qualez ferre possit humana conditio. Litus. A diabolo nõ tentari est impossibile: is ne a deo derelinquamur in tentatione: hoc deprecamur. Nisi em̃ phibeat tẽtatiõis inualescentiã: q̃ supra nos est: tũc in tẽtationẽ iducit: sed pmittẽdo. vel sm Maximũ. Mãdat dñs vt petamus. Ne nos inducat in tentationẽ. i. nõ pmittas nos voluptuosarũ & spontanearũ tentationũ experientiam pati. De tentationibus aũt afflictionũ et laborem dicit Jacobus. c. s. Omne gaudiũ existimate fratres quũ in tentationes varias incideritis. Basili'. Non tñ decet nos orando petere afflictiões corpales. Uniuersaliter em̃ precepit orare non subire tentationem: sed post q̃ aliq̃s subijt: expetit a dño petere virtutẽ perferẽdi: vt consummet̃ in nobis illũ Matth̃. x. & xxiiij. & Marci. xiij. Qui sustinuerit vsq̃ in finem: hic salu' erit. ¶ Ultima petitio. Sed libera nos a malo. Aug. Istã Lucas nõ posuit: vt intelligamus istud ad illud ptinere q̃ dictũ est immediate. Et ne nos &c. Uñ non dicit. Et libera nos: sed libera nos a malo. tanq̃ vnaz petitionẽ demonstrans. q. d. Noli hoc: sed hoc: vt sciat se vnusquisq̃ liberari a malo: in q̃ nõ inducitur: intentatus. i. nõ acquiescit: vel a malo. i. diabolo: vel a malo tribulatiõis tẽporalis nimis affligentis.

Prima petitio.

Scda petitio.

luc. xvij

Tertia petitio.

Quarta petitio.

Quinta petitio.

Sexta petitio.

Septia & vltima petitio.

§. III. De pertinẽtibus ad finale iudiciũ & finis aduẽtus eius: que xp̃s exp̃ressit ingressus de his ab aplis.

Quũ em̃ feria tertia ante passionẽs / multa docuisset pp̃lm p parabolas: quas scribit Matth̃. c. xxij. et scribas & pharisees increpasset de eor multiplici hypocrisi vt idẽ ponit in. c. xxiij. Demũ quũ egrederet de tẽplo vbi docebat: discipuli ostẽdebãt ei magnificentiã edificij illius tẽpli: dicente vno' ex eis. vt refert Marcus. c. xiij. Magister aspice q̃les lapides & quales structure. Quibus xp̃s respõdit. Amen dico vobis: non relinquet̃ lapis sup lapidẽ qui non destruat. Qõ implatum fuit in obsidione et captione hierosolyme per Titũ et Uespasianũ principes romanor̃.

implet̃um.

Et quũ inde ieſus ꝓfectus in montẽ oliueti cũ diſcipulis ſuis ſediſſet: interrogauerũt eũ diſcipuli ſm Mat. xxiiij. ⁊ Lu. xxi. ⁊ c. xxj. ſed Marcus. c. xiij. inſinuat q̃ ex diſcipulis ſcz Petrus Jacobus Joãnes ⁊ Andreas interrogauerunt ſecreto dicẽtes. Dic nobis qñ hec erũt: et qð ſignũ aduentus tui ⁊ ꝓſummationis ſeculi? Qð chriſtus dixerat de deſtructiõe tẽpli: dubitantes ne talis deſtructio fert deberet in breui vel in conſummatiõe ſeculi. De vtroq; interrogãt et xp̃s de vtroq; reſpõdit: aliqñ de vno aliqñ de altero. Nã de ſolutione ciuitatis et tẽpli fienda predicẽs ait: referẽte luca. Quñ videritis circũdari ab exercitu hierl'm: tunc ſci tote qz appropinquat deſolatio ei⁹. Tũc qui in iudea ſunt fugiãt in mõtes: et q̃ in medio eius diſcedãt: nec intrent in eam/ſcz querẽtes ſe tutiores eſſe in ciuitatib⁹ vel in hierl'z quaſi in loco a deo ꝓtecto. Et dicit hic Augu. q̃ hec verba dñi iõ lucas hoc loco cõmemorat: vt oñdat tũc factam eſſe abominationẽ deſolationis q̃ a daniele predicta eſt: de qua Matt ⁊ Mar. locuti ſunt qñ expugnata eſt hierl'm. Quam deſolationẽ notat Daniel. c. ix. in fine. vbi ⁊ deſtructionem hierl'm prenũciat: Dicit Beda q̃ eccl'iaſtica narrat hiſtoria cunctos q̃ in iudea erant chriſtianos/imminẽte hieroſoly morũ excidio cõmonitos a dño/loco diſceſſiſſe: ⁊ trans ior danẽ habitaſſe in ciuitate pena dicta: donec deſolatio iudee cõpleret. Et poſt pauca ſubdit dñs ieſus. Erit preſſura magna ſup terrã: ⁊ ira ꝑpõ huic: et cadent in ore gladij: ⁊ captiui ducent in oẽs gẽtes: ⁊ hierl'm calcabit a gẽtibus donec impleant tpa nationũ. Et qð dñs ait. Ue pregnãtibus ⁊ nutrientib⁹. Tũc ſm Theophilũ q̃dam dicit dñm deſignaſſe eſum filioꝝ ꝓpriorũ: qð ⁊ Joſephus narrat. Vel etiã eo q̃ tales ꝓgrauate non poſſent cito diſcedere a tali obſidione. Talis autẽ preſſura tũc fuit: ⁊ tanta mala eos occuparũt: vt nulla erũna deinceps poſſet eoꝝ calamitatibus adeq̃ri: vt ſcribit Joſe. Cecideruñ in ore gladij: capiẽtibus romanis hieroſolymãtz ⁊ fame multi necati ſunt. Et primo hoc accidit ſub Tito ⁊ Veſpaſiano ꝓncipib⁹: ⁊ poſtea ſub Adriano impatore: qñ natale ſolũ iudeis inacceſſibile eſt factũ/ex mandato illius. vt dicit Euſeb. Et vt ỏt Ambro. myſtice abominatio deſolatiõis/antichriſti eſt aduẽt⁹ eo q̃ ſacrilegijs infauſtis mẽtiũ iteriora ꝓtaminet: ſedens furtiua hiſtoriã in tẽplo/vt ſibi vẽdicet diuine ſoliũ maieſtatis: et ſcripturis diſputãs ſe xp̃m. ⁊ ali⁹ ãtichriſt⁹. i. diabol⁹ q̃ hierl'm/aiam. ſ. pacificã/obſidere nitat ſue legiõis exercitu. Ergo qñ in medio tẽpli eſt diabol⁹: deſolatio abominationis eſt. Eſt ⁊ terti⁹ antichriſt⁹. vt Arius/⁊ ſabellius: qui oẽs nos prauatione ſeducunt/ſcz a ỹitate. Hec Amb. Et de antichriſto ꝙ hoſe peſſimo: de quo dicit apl's. ij. ad Theſſal. ij. q̃ reuelabit̃ homo ille iniquus ⁊ filj ꝑditionis: qui extollit̃ ſupra omne qð colit̃/aut dicitur deus: ita vt in tẽplo dei ſedeat: tã q̃ ſit deus: quẽ ieſus interficiet ſpũ oris eius. Et de q̃ xp̃s ait iudeis. Ego veni in noie ꝑris mei: ⁊ nõ me recepiſtis: alius veniet in noie ſuo. i. querẽs gloriaz ſuã. ſ. antichriſt⁹: illũ accipietis. ſ. ꝑ obſcurationẽ eoꝝ vltra ſolitum. In ſup peſtilẽtiã/fames/⁊ terremot⁹ frequẽtiores et maiores: regiones ⁊ regna bellis cõquaſſant: confuſionẽ ſonitus maris ⁊ fluctuũ: ex quib⁹ malis hoies areſcent ideſt tabeſcent: ꝓ miſeria. Pericula vero ſcõ imminẽtia quo ad animã/erunt errores multi q̃ tunc exurgent: ꝓcipue aduentus antichriſti: q̃ contra veros fideles pugnabit ſubtili ⁊ falſa doctrina: reprobãs doctrinã euangelicã: ſuã confirmans miraculis: ſed falſis: vt dicit Apl's. ij. ad Theſſal. ij. cuius aduent⁹ eſt ſm operationem ſathane in oĩbus prodigijs ⁊ ſignis mendacib⁹. Et hoc xp̃s dicit de predicatoribus eius. Surgent pſeudoprophete ⁊ dabunt ꝓdigia et ſigna magna: ita vt in errorẽ inducantur ſi fieri põt etiã electi. Et ſi qs nõ crederet in eũ afficiet tormentis exq̃ſitiſſimis. Unde ⁊ chriſt⁹ dicit: q̃ erit tribulatio magna: qualis nõ fuit ab initio mũdi vſq; tũc: et nisi breuiati fuiſſent dies illi non fieret ſalua oĩs caro. Etiã chriſtus excitat fideles ad orationẽ et abſtinendũ a curis mũdi nimijs/et voluptatib⁹ ⁊ ad ꝑſtãtiã. Demũ tertio ad iudiciũ ꝓcurrẽtia exprimit: qz predictis impletis/viuidebũt emitti filiũ hoiſ veniẽ temcũ poteſtate magna. ſ. ad iudicandũ. Sed. prius vt refert Matthe⁹: mittet angelos ſuos cum tuba ⁊ voce magna: ad congregãdũ electos ſuos a quatuor ventis: qui ſcz ſeparabũt bonos a malis: vt ỏr Matth. xiij. Quia virtute diuina fiet reſurrectio oĩm mortuorum/poſt mundi conflagrationẽ per ignẽ celitus miſſum: vt dicit ꝑ. Ignis ante ipſum ꝓcedet. Angelorũ miniſterio colligent̃ cineres mortuoruz. Et veniẽs xp̃s in forma humana a cunctis videbit̃. Et vt refert Matthe⁹: ſtatuet ipſe Jeſus oues: ideſt electos a dextris ⁊ hedos a ſiniſtris. i. reprobos. Et his quia dextris erunt/dicet. Uenite benedicti patris mei: poſſidete regnũ ⁊c. Illis añt q̃ a ſiniſtris. Diſcedite a me maledicti in ignẽ eternũ ⁊c. Et concludẽs ait. Ibũt hi. ſ. qui nec ſibi nec alijs ſubuenerũt/in illis opib⁹ mĩe cozpaliter et ſpũaliter intellectis: in ſuppliciũ eternũ: iuſti añt qui ea fecerũt in vita eterna. Et ideo dñs ipſe admonet ad bona ab eo nobis conceſſa ſpũaliter multiplicanda: per parabolaz de talẽtis cõmiſſis ad negotiandum. ⁊ ad euitandũ gloriam mundi in bonis operib⁹: ⁊ per parabolam de decẽ virginib⁹: ⁊ quinq; fatuis: ⁊ q̃nq; prudentib⁹. Inſuper advigilandũ: expectando ꝓparati aduentũ eius in particulari iudicio mortis: ⁊ qui ſicut eſt cõiter nobis ignot⁹: ita ⁊ dies iudicij vniuerſalis. Uñ de eo dicit. De illo añt die nemo ſcit/neq; angel⁹/neq; filius/niſi pater: qð ſane intelligendũ eſt. Nam quuz ſit vna ſcientia patris ⁊ filij ⁊ ſpũſanctiſ: ſicut ⁊ vna eſſentia: filius dei xp̃s vtiq; ſcit inquantũ deus: ſed etiã inquãtum homo nouit a verbo: ſed non vt nobis reuelandũ. Quãuis aduentus antichriſti tpe ſuo ſciat: ⁊ vicin⁹ credatur ipſi finali iudicio: non tamen ꝓ certo cognoſcitur a quoq;/poſt mortem antichriſti quãdiu mundus ſit permãſurus in iſta ſua figura. Sed vt dicit ipſe xp̃s. Sicut in diebꝰ noe/appropinquante diluuio: ita erit ⁊ aduentus filij hoĩs/non credebãt: ſed dabant ſe voluptatibus ⁊ vitijs: ⁊ ſubito ex inſperato ſuperuenit diluuiũ: oẽs necãs/niſi reſeruatos in arca. Sic erit aduent⁹ iudicij ſubitus in quo ſalui erunt tantum qui in arca eccleſie per vnitatẽ charitatis erunt: vt. xxiij. q. j. qz ex ſola. Et hoc xp̃s notat quñ ait. Tunc erunt duo in agro: vnus aſſumetur: ⁊ alter relinquet̃. Due molentes in mola vna aſſumet̃ et alia relinquet̃. Duo in lecto: vnus aſſumet̃ ⁊ vnus relinquetur. Per lectũ ſignatur ſtatus ꝺeris contẽplatiuorũ. per agrũ ſtatus laboratiũ prelatorũ. per molam ſtatus actiuorum. Et de hijs oĩbus: qui fuerit in charitate ⁊ vnitate eccleſie aſſumetur ad regnum. qui vero alter. i. diuerſus/⁊ diuiſus ab hac vnitate relinquet̃ in terra inferna li. Et tunc condẽnabunt̃ duo ſenes inueterati dierũ malorum: ideſt ſcribe ⁊ phariſei: qui accuſabant ſuſannã caſtiſſimam falſo: ideſt eccleſiã de adulterio: ideſt de cõiunctione eius cum xp̃o per fidem: ⁊ puer qui natus eſt nobis Daniel ideſt Jeſus: conuincẽs eos/⁊ oĩbus manifeſtans eoꝝ falſitatẽ: q̃ ſcz legitimũ ſponſum xp̃m ſecuta erat: nec adheſerat alicui errori/vt ipſi fornicãtes ⁊ fornicari faciẽtes alias iudeoꝝ cũ eis in falſis dogmatibus: ⁊ ad ignẽ iudicabit̃: vt oſtẽdit Gratian⁹. ij. q. vij. c. nos ſi incõperẽter. §. itẽ Daniel.

Extremi iudicij ſigna

De claubus eccleſie petro collatis a Chriſto: Quodcunq; ligaueris ⁊c. Capitulum. v.

DE claubus eccleſie a Chriſto collatis Petro: ⁊ poteſtate eius. Interrogante Chriſto exiſtente tunc in partib⁹ ceſaree philippi diſcipulos ſuos. Quem dicunt eſſe filium hoĩs: ideſt ſe filiũ virginis hoies dicerent: Alij omnes vtriuſq; ſexus/ſunt filij hoĩm: ſcz viri ⁊ mulieris: ſolus xp̃s filius hoĩs: ideſt virginis tantũ. Reſponderũt. alij Joannẽ baptiſtã. ſcz reſuſcitatuz. alij heliã. alij vero hieremiã: aut vnũ exprophetis. Et Jeſus dixit. Vos añt quẽ me eſſe dicitis? Cui reſpondens Petrus/pro oĩbus/ait. Tu es xp̃s filius dei viui. humanitatẽ deſignauit: in eo q̃ xp̃s: qui interpretatur vnctus. ſ. vnctione gratie ſumme in alia ſua. diuinitatẽ quia filius dei. Amb. Quid eſt tam altũ q̃ altitudinẽ diuitiarũ videre. i. ſcire dei filium: ⁊ profeſſorem diuine generationis aſſumere? Quã licet mens nequeat humana plena rationis inueſtigatione comprehendere: ⁊ fidei tamen plenitudo complectitur. xxiij. q. ſ. non turbatur. Petro autem xp̃s ait. Beatus es ſimon bariona. i. filius ioan na vel ioãnis. Bariona eſſi interpretatur filius iona: ideſt ioanna. quia caro et ſanguis nõ reuelauit tibi ideſt purus homo qui ex carne conſtat et ſanguine/non tibi dedit hanc notitiam diuinitatis mee vel ratio naturalis hominis. vel cognitio ſenſualis: ſed pater meus qui eſt in celis. donum eſt dei eſt: fides diuinitatis xp̃i qua viua beatificamur in ſpe/et tandem in re: ⁊ ideo beatus. Uñ Apoſtolus. ad Epheſios. ij. Salui facti eſtis ex fide non ex vobis: ⁊ donum enim dei eſt. Et ego dico tibi quia tu es petrus: ⁊ deriuat⁹ a me

petra: vt mutato nole/ex simone in petrū muteris: ⁊ re/pfecte xp̄m mitando vsq; ad mortē crucis ⁊ sic tui successores aliq̄n immutabuntur. Et super hanc petrā non re demonstrando: sed me/quē cōfessus es deū et hoiem ⁊ super hanc veritatē confessam edificabo ecclesiā meā. Hinc Pelagius papa. Quāuis vniuerse p orbem catholice et aplice pstitute eccle vnus thalam⁹ christi sit: tamen sancta romana eccl'ia catholica ⁊ aplica nullis synodicis pstitutis ceteris ecclesijs prelata est: sed euangelica voce dñi er saluatoris nostri matū obtinuit. Tu es (inquit dñs) petrus: ⁊ super hanc petrā edificabo ecclesiā meā. di. xxj. quāuis. Item Leo papa. Ita dñs ad oim aplox officium ptinere voluit huius muneris sacramentū. s. predicandi/et regiminis animarū: vt in beatissimo petro apostolox oim summo pncipaliter collocaret: vt ab ipso quasi quodā capite dona sua velut in omne corpus. s. ecclesie diffunderet: vt exortē se intelligeret ministerij esse diuini: qui aus⁹ fuisset a petri soliditate recedere hunc em in consortium indiuidue vnitatis assumptū: id qō ipse eratdñs voluit nominari dicēdo. Tu es petrus et sup hāc petrā adificabo ecclesiā meā: vt eterni templi edificatio mirabili munere gratie dei i petri soliditate ꝓsisteret. di. xix. ita dñs. Item Cyprian⁹ papa. Quanuis aplis oibus post resurrectionē suā parē potestatē tribuat/dicens. Accipite spm̄ sctm̄: quox remiseritis pcta/remissa sunt ⁊c. Tamen vt vnitatem manifestaret: vnitatis eiusdē originē ab vno incipiētē sua authoritate disposuit. Un̄ petro soli loquit/dicēs. Tu es petr⁹: ⁊ sup hanc petrā edificabo ecclesiē meā. Sup vn̄ edificat ecclesiā: hoc erāt vtiq; cereri aplī/qō petrus fuit: pari ꝓsortio prediti/⁊ honoris ⁊ potestatis: sed exordiū ab vnitate pficiscitur: vt ecclesia christi vna mōstretur. xxiij. q. j. loquit. Glo. Dicit q; apostoli fuerūt pares petro: scz in ordine: qz epi⁹ ⁊ dignitate cōsecrationis: sed nō in administrationis plenitudine seu iurisditione. Item Greg. in moral. In petra moyses ponit: vt de facie cōtēplet. Sic em dñs ei dixit quū peteret facie eius videre. Sta i petra: qz nisi ds soliditatē fidei tenuit: dei presentiā non agnoscit. de qua soliditate dñs dicit. Super hāc petrā edificabo ecclesiā meā. Sola q̄ppe ē p quam dñs accipiat sacrificiū libēter: sola q̄ p errātib⁹ intercedat fiducialiter: sola q̄ intra se positos valida charitatis cōpage custodit. xxiij. q. j. qz ex sola. Et porte inferi nō prevalebunt aduersus eā. Porte inferi p quas hoies itrant ad inferos dānatox sunt errores ⁊ vitia q̄ non possunt ꝓualere ptra ecclesiātita vt deficiat. Deficere possunt aliq̄ a fide/⁊ a gratia: sed non oēs. semp em aliq̄ boni remanent. Un̄ Hiero. Eccl'ia est non hn̄s maculam/scz pcti mortalis. neq; rugā/scz erroris. ⁊ duplicitatis. Et iō quicūq; est aliq̄ forde peccati pollutus: de ecclesia dici nō pōt: neq; christo subiect⁹. de peni. di. j. ecclesia xp̄i. Hec ecclesia ait idē Hiero: est dom⁹ dei q̄ dicit edificari supra firmā petrā: q̄ vnica columba appellat: q̄ sponsa pulchra sine macula et ruga ⁊ ortus pclusus: fons signat⁹: puteus aque viue: paradisus cum promox fructu: que dom⁹ claues accepit. i. potestatē soluēdi atq; ligādi. xxiij. q. j. oibus. Idē Hiero. Ad damasum. Sancta romana ecclesia q̄ semp immaculata permanſit: dño puidēte: et beato aplo Petro opem ferēte ⁊ in futuro manebit sine vlla insultatiōe hereticorū atq; firma ⁊ immobilis omni tpe persistet. xxiij. q. j. hec est fides. Et christus dicit. Luce. xxij. Ego p te rogaui petre: vt nō deficiat fides tua/scz eccl'ie. Et tibi (ait dom⁹) dabo claues regni celorum. In singulari dicit/tibi: vt insinuet ecclesie vnitatē ⁊ authoritatis originē. Dabo /subdit: vt demōstret muneris largitatē. Claues/addit: vt explicet prātis plalitatē: Regni celox/cōcludit: vt annūtiet effect⁹ huius fructuositatē. Primo q̄ dicit tibi: nō nobis: ostendit eccl'ie vnitas. Unde Gratian⁹. Quū oib⁹ discipulis parē legādi atq; soluendi ptātē dñs daret: petro p oibus et pro oibus claues regni celox daturū se promisit/dicēs. Tibi dabo ⁊c. Quicunq; ergo ab vnitate eccl'ie/que p petrū intelligit/fuerit alienus: execrare pōt ꝓfecrare nō valet: scz nō tenēdo formā eccl'ie: vel si seruat formā/quantū ad virtutē sacramentorū: non quantū ad veritatē excōicationis vel reconciliationis potestatem nō habet. xxiij. q. j. c. audiuim⁹. ad medium. Item Anaclet⁹ ait. In nouo testamento post xp̄m dñm a petro cepit sacerdotalis ordo: quia ipsi primo pontificatus in ecclesia christi datus est dicente dño ad eum. Tu es petrus ⁊c. tibi dabo claues regni celox. Hic ergo ligādi atq; soluendi potestatē prim⁹ accepit a dño: primusq; ad fidē populū virtute sue predicationis adduxit. dis. xxj. in nouo. Dabo inquit: non vendā: sed gratis/et liberaliter tribuam. Unde Gr. j. q. j. quicquid. Quicqd inusibilis gratie consolatione tribuitur: id est sacramentis/que continēt gratiam: nullis questibus vel quibuslibet premijs venundari dz: dicēte dño. Gratis accepistis: gratis date. Hinc et Leo papa. j. q. j. c. j. Gratia si nō gratis datur/vel accipitur gratia nō est. Simoniaci aūt nō gratis accipiūt. igit gr̄am q̄ maxime in eccl'iasticis operaf ordinib⁹/nō accipiūt. Ubi dicit glo. gr̄a in donū spūsscti qō habeē in sacramētis/vel dignitas eccl'iastica/vel ordo. Claues i plurali dicit: qz et si sit vna ptās spūalis in eēntia radice/q̄ clauis dz p similitudinē: est tñ duplex in effectu. s. ptās ordinis ad cōficiendum corpus xp̄i verū: et ptās iurisditionis ad conficiendū corpus xp̄i mysticū in foro aie. Que ptās scōa integraf ex duob⁹: scz ex ptāte discernēdi/ seu cognoscēdi: nō quidē p scientiam/sicut doctor: sed p potestiā officij/vt iudex eccl'iastic⁹ ⁊ ex ptāte sententiādi. s. absoluēdo vel ligādo. Un̄ Gratia. di. xx. §. j. ait. Christ⁹ dictur⁹ petro qōcūq; ligaueris ⁊c. pri⁹ dedit sibi. i. pmisit dare: claues regni celox: in altera dans sibi scientiā discernēdi inter leprā et leprā. i. ptātē discernēdi: in altera dans sibi ptātē ejiciēdi aliquos de eccl'ia/⁊ aliquos recipiēdi. Et ad hoc facit ibi glo. Item Anthe⁹ius papa. Absit vt q̄ch finistri de his arbitremur: q̄ aplico gradui succedentes xp̄i corpus sacro ore pficiūt per quos nos christiani sum⁹: q̄ claues regni celox habētes ante diē iudicij iudicāt. xj. q. iij. absit. Et p istas claues. i. ptātē/aperitur ⁊ claudit regnū celox. Un̄ sequit. Quodcūq; ligaueris superterrā: erit ligatū ⁊ i celis: et quodcūq; solueris super terrā: erit solutū et in celis. qō intelligendū est claue nō errante: seu qñ iudiciū petri. i. prelati sequit ⁊ cōformatur iudicio dei. Un̄ Greg. xj. q. iij. tūc est. Tūc est vera presidētis absolutio: q̄n interni sequit arbitriuz iudicis. i. dei. Et dat exemplū de lazaro prius a xp̄o int⁹ suscitato ⁊ et postea ab aplis iussu eius a ligaminib⁹ institarū absoluto. Item Leo papa. xxiij. q. j. manet. Manet petri priuilegiū/vbicūq; ex ipsius eātate fertur iudiciū: nec nimia vel seueritas vel remissio: vbi nihil erit ligatū vel solutū/nisi qō beat⁹ Petr⁹ aut ligauerit aut soluerit. i. iuste quo ad deū. Item Aug. super Joannē. Quodcūq; ligaueris ⁊c: Si hoc petro tm̄ dictū est: nō hoc facit eccl'ia: si aūt in eccl'ia hoc fit ⁊ vtiq; q̄ in terra ligaf ⁊ in celo: et q̄ in terra soluūtur/⁊ in celo soluta erunt: qz quū excōicat eccl'ia: in celo ligat excōicat⁹: ⁊ quū ecclesia reconciliat. s. absoluēdo: i celo soluit reconciliat⁹. Si hoc q̄ in eccl'ia fit: Petr⁹ qñ claues accepit/sanctā ecclesiā significauit: ⁊ sic in ꝓsona petri significati sūt i eccl'ia boni: in iuda significati sunt in eccl'ia mali/scilz ꝓlati. xxiij. q. j. quodcūq; qō verū est. s. q̄ mali ꝓlati ita soluūt et ligāt sicut ⁊ boni: dum tolerant ab eccl'ia. Et qō dicit Aug. j. q. j. remissionē. Remissionē pctōx auari nō dat. s. ꝓlati seu sacramēta administrātes: intelligit ꝑm glo. ex merito vite. i. nō sunt digni dare. Dant tñ ex officio ⁊ veritatē ⁊ virtutē: deest effectū sacramētox: quū tolerāt⁹: si sunt ꝓcisi: dant tantū veritatē sacramentox. i. vera sacramenta q̄ cōficiūt: sed nō virtutē eox. i. gratiā: si sciūtur. Qō ergo dicit de ligandi ⁊ soluendi potestate/pōt intelligi q̄dupliciter. Uno modo quātū ad excōicationē qua ds ligatur vt nō possit participare cū aliis fidelib⁹ in diuinis/⁊ aliis cōib⁹ actiōibus: ⁊ soluit̄ quū ab ea absoluit. Et ista ptās est epi⁹. vñ de mucro epalis: vel habentiū iurisditionem ñsi episcopalem: vt abbatū vel priorum/quo ad subditos suos ⁊ vicarios eorū. Alij inferiores nō habēt: nisi cōsuetudo cōtrariū habeat. Et sicut excōicatio fieri pōt a dño sacerdote sz tamē clericoꝛ: ita absolutio ei⁹. extra de reg. iur. ois res. ⁊ sic i ista / nō ligat quo ad deū. xj. q. j. iij. cepisti. sed quo ad ecclesiā. Unde ꝑm Grego. xj. q. iij. sentēcia. Sētentia pastoris siue iusta siue iniusta timēda est: ⁊ seruāda: tals quo ad deū ligaret per contemptū. Et hoc nisi cōtineret intolerabilem errorem: quia tūc non esse seruāda. xj. q. iij. cui est. illata. Uel qui ē lata post appellationē. Nec debet fieri nisi p mortali pctō: vt habetur. xj. q. iij. nemo episcoporū. vero scilicet/vel ꝑsumpto: ꝑm Tho. in quarto. Hec videtur habuisse initiū a xp̄o implicite: quū ait petro. Mat. xvij. Si ecclesiā nō audierit. i. ꝓlato nō obedierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. s. postq̄ fuerit excōicatus. qō facere dz prelat⁹: tq̄ est cōtumax et pctis manifestū. Nā occultorū cognitor et iudex est deus. di. xxxij. erubescāt. Manifestum dico. i. notorium de iure vel de facto. Un̄ et xp̄s immediate subdit. Quecūq; ligaueritis sup terram ⁊c. Matth. xvij. Exercitiū aūt eius cepit ab aplis/precipue paulo: vt patet. s. ad Lox. v. quū ait: hūc tradidi sathane. Uide de hoc xj. q. iij. audi. ⁊. ij. q. j. multi. Quod etiā excōicati vitarētur a fidelib⁹/ordiatū fuit ab aplis. Un̄ apls. i. ad Lox. v. Si q̄s frater noiaf aut fornicator: aut idolis seruies: aut auarus ⁊c. nominatur. s. excōicatur/vel denūciatur excōicat⁹. frater/dicit/idest christian⁹: qz de his q̄ foris sunt/vt oīno pagani ⁊ iudei ecclesia nō iudicat quo ad sentētias spūales. Et cum hmōi. i. notatus excōmunicatis nec cibū sumere

Exodi xxxiij.

ligadi ⁊ soluēdi quadruplex rō.

pſ. xxi. prenuntiasse/ quī ait in pſona christi: Partiti sūt seu diuiserunt sibi vestimenta mea. ſ. qui me crucifixerunt/ et sup vestem meam miserunt sortem. i. sup tunicā incōsutilē. Aug. Matheus aūt dicēdo. Diuiserūt vestimenta eius sortem mittentes/ ad totā vestimentorū diuisionem voluit intelligi etiā illam tunicā primere de qua sortē miserūt. Tale est etiā q̄ ait Lucas / diuidentes vestimanta eius miserunt sortes diuidētes enim venerunt ad tunicā: de qua facta est sortitio. Dicēdo aūt sortes pluraliter pro singulari posuit. Marcus autem solus videtur tetigisse aliquam questionē Dicendo enim /mittentes sortem super eis quis quid tolleret/ tanq̄ super omnibus vestimentis non super sola tunica sors missa sit/ locutus videtur/ sed etiam hec breuitas obscuritatem facit. Sic enim dictum est. Mittētes sortem super eis/ acſi diceretur/ mittentes sortem quum diuiderētur. Quod autem dicit. Quis quid tolleret. i. quis tunicaꝫ tolleret: tanq̄ si totum ita diceretur. Mittentes sortes super eis/ qui tunicam que partibus equalibus superfuerat tolleret. Spiritualiter vero quadripartita vestis dñi nri iesu christi quadripartitā figurauit eiꝰ ecclesiaꝫ/ quatuor scilicet partibus in orbem diffusam/ ꝛ in eisdem equaliter exorditus distributam. Tunica vero illa sortita/ oīm partium significat vnitatem q̄ charitatis vinculo continetur. Si charitas supereminētiorem viā hꝫ/ ꝛ supereminēt scientię ꝛ sup oīa preceptā: est meritorestis/ q̄ signatur de super contexta. Et addidit. Per totum: qꝛ nemo est expers eius q̄ ptinere sueniꝰ ad totū: a quo tota catholica vocatur ecclesia. Incōsutilis aūt me aliquis discindat. Et ad vnū pueniꝛ quia oēs in vnū colligit. In sorte aūt dei gratia commēdata est. Quī essi sors mittitur: non pſone cuiuscūq; meritis: sed occulto iudicio dei scindit. hec Aug. Quare aūt potius mortē crucis sustinuerit q̄ aliā/ omitto hic ponere: prereūtes turbet inquiūt Matthe⁹ ꝛ Marcus: blaspehmabant eū dicentes vah qui destruis templū dei ꝛ in triduo illud reędificas. Sed ꝛ pncipes sacerdotū cū scribis ꝛ senioribꝰ illudebant: dicentes. Alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere. q. d. Nunc apparet quia non vere sanabat infirmos: sed in virtute beelzebub. Si filius dei est descēdat nunc de cruce: ꝛ credimus ei. Dixit essi: Filius dei sum. Sz ꝛ milites scilicet pilati illudebant ei/ dicentes. Si tu es rex iudeorum saluū te fac. Jesus aūt in cruce manens/ sustinet tot dolores immensos tot irrisiones/ ꝛ contumelias. Primi verbi xpi mum quidem verbum dixit in cruce: vt refert solus Lucas: in cruce istruēs ad dilectionē inimicorū. Dixit essi. Pater ignosce illis: qꝛ nesciūt q̄d faciūt. Contra oēm iustitiam tollēditur quia innocentissimꝰ sine aliquo pctō: solus ab his quibus semp benefecerat: a ppło quē in peculiarē assumserat: leditur in oībus summe in substātia: ablatis sibi vestibus: in fama: cōtumelijs ꝛ blasphemijs in persona: morte turpissima ꝛ acerbissima condēnatus. ꝛ tñ pro illis orat/ dicēs Pater ignosce ꝛc. Et sic impleta est prophetia Esa. dicentis. liij. Pro transgressoribus. i. cōtra legē agentibus orauit/ ne perirēt. Quum aūt cū eo crucifixi essent duo latrones: vnꝰ a dextris: alius a sinistris: dicunt Mattheus ꝛ Marcꝰ abbreuiādo idipsum q̄ improperabāt ei ꝛ conuiciabant: qui cum eo crucifixi erant. Sed lucas plenius hoc exprimit. Dicit enim q̄ vnus ex latronibus/ qui scilicet erat a sinistris/ blasphemabat eum/ dicens. Si tu es christus saluum fac temetipsum ꝛ nos. Dicendum est ergo: q̄ vel in eo quod dicunt Mattheus ꝛ Marcus de ambobus latronibus conuiciantibus christo ponitur ibi pluralis pro singulari: qꝛ vnus eorū fuit tm̄ prout dicit Lucas. vel quia si ambo fuerūt qui nuiciati sunt christo: hoc fuit in principio. Sz post ea qui a dextris erat penitētia ductus reprehēdit socium: ꝛ christo se cōmendans ait: Memēto mei ꝛc. vt dicit Lucas. vñ subditur. Respōdēs aūt alter/ increpabat eū dicens. Ne q̄ tu times deū: qui in eadem dānatione es: scilicet qua iste perfidi iudei: qui crucifixerūt hunc tam innocērem. Et nos quidē iuste. ſ. condēnati sumus/ propter scelera nostra. Naꝫ digna factis recipimus: hic vero nihil mali fecit. Et dicebat ad iesum: Dñe memento mei quū veneris in regnum tuum. Et dixit ei iesus. q̄ est scm̄ verbum. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. Quod vtiq; verum fuit. Nam mortuo iesu illa die aīa separata a corpore sociato diuinitate descendit ad limbum patrū: eteꝫ huius latronis anima post mortē christi ꝛ ipsa a corpore separata descendit ꝛ non ad infernū dānatorū/ vel purgatoriū: sed ad limbum: vbi clare vidēs diuinitatē christi fuit beata. Et hoc est vere paradisus: locus. ſ. qui parat dei visum. Hodie mecum ꝛc. Miro. Ut parui magnus aspicias. vt dives pastor mozbidam nō contēnas ouem: christus de cruce in paradisum latronē tulit. ꝛ ne quis seram aliquādo putaret penitentiā: fecit homicidij penam martyrium. de pe. dist. ſ. importuna. Hinc et Julius papa. Uera cōfessio in vltimo tēpore esse potest: qꝛ dñs non solum tēporis sed etiā cordis inspector est: sicut latro vnius momenti penitētia meruit esse in paradiso in hora vltime confessionis. xxvſ. q. vſ. si presbyter. Augu. Qui prius a peccatis relinquit/ q̄ ipse relinquat ea: non libere sz quasi necessitate cōdēnat. Licet essi latro veniam meruisset in fine de omni crimine: non tamen dedit baptizatis peccandi ꝛ perseuerandi autoritatem. Tunc essi primum baptizatus est: scz baptismo flaminis: qui tunc primus in cruce christum confessus est. de pe. dist. vi. nullus. Sed vero mirabilis fuit deuotio ꝛ fides huius latronis. Nullus videbat eum facere miracula: non predicantem: non turbis circūdatum eius doctrinam sitientibus/ sed crucifixum cū eo omnesq; maiores/ scz principes sacerdotum ꝛ milites ꝛ doctores legis eum subsannantes ꝛ exprobrantes: ꝛ sociū suū idipsum facientem: ꝛ tamen veneratur vt deū/ sua delicta confitens: socium increpans ꝛ omnes ei iniuriantes: nouerit⁹ seu iniam iudeorum: fecꝫ ei humiliter commendans ꝛ dicens. Memento mei ꝛc. Petrus apostolus ꝛ ceteri negant: ꝛ populi deridentꝰ: ꝛ ipse ipsum commendat: ipsum regem fateturꝰ se ei cōmendans. Jesus autem vt oblitus suarum penarum/ ipsum confortat: de sua conuersione ꝛ fide promittens ei premium maximum. Hodie inquit mecū ꝛc. Et de tanto labore sue passionis/ q̄ erat sufficiens preciuꝫ

Scm̄ verbuꝫ christi.

ō laude boni latronis

redemptionis omnium: nō solum huius mundi: sed ⁊ mille si essent: iesus non videns nūc sequi fructum nisi conuersionis vnius latronis: nec hunc minimū despicit: sed ipsum colligit. ¶ Stabat autē iuxta crucem mater iesu: et sozor matris eius maria cleophe et maria magdalene. Quod refert solus Joannes de matre iesu ⁊ ipso ioāne. Stabat dolore anxiata: amaritudine vulnerata: mente autem ⁊ intellectu erecta: ⁊ firmata in dei volūtate: quam sciebat esse vt filius suus pateretur pro redēptione humani generis. Et quū omnes discipuli ⁊ discipule cecidissent a fide sue diuinitatis: ipsa sola stabat in fide firma. Et qz sciebat ipsū qui patiebatur esse dei filiū: inde maxime dolebat de tāta offensa deo facta. Et sicut nulla mater vnq̄ tantum dilexit filiū suum: tum non solum quia vnigenitum sed qz ex se totum sine patre generatum: tum quia optimum ⁊ sanctissimum: tum quia verum deum. Ita nulla mater vnq̄ dolorem tantū habuit de morte filij. Tūc fuit impleta ꝓphetia Symeonis dicentis. Luce. ij. Tuam ipsius animā pertransibit gladius ipsius. s. passionis. Unde dolores quos alie mulieres sustinent in partu: sibi reseruati fuerunt in passione filij: vt congruere sibi posset illud p̄s. xl. Ibi dolores vt parturiētis. Nec vnq̄ aliquis martyr sustinuit tantam penā in suis tormentis: sicut virgo maria iuxta crucem filij. Unde ⁊ plꝰ q̄ martyr fuit: vt ait Hiero. Quū ergo vidisset iesus matrē ne videretur eius oblitus: in hoc ostendens pietatem quā debent filij exhibere parentibus: ⁊ prouidere pro posse quū ab eis discedunt: dixit matri sue. Mulier ecce filius tuꝰ. Dicere noluit mater: ne sic nominando magis vulneraret dolore cor eius. Sed mulier exprimens sexum: non virginitatis violationem. Ecce filius tuus. q. d. Humanitas ista que cernitur/est filius tuus qui patitur. Et quia dissoluēda est ista humanitas per mortē: ne sola remaneas: ecce Joannes erit filius tuus pro me. Ipse virgo ⁊ virginem sociabit. Nā tunc creditur mortuum fuisse sponsum eius ioseph: als nō alteri eam commendasset q̄ sponso suo: si viueret: vt dicit. xxvij. q. ij. beata maria. Deinde dicit discipulo. scz Joanni: licet non se nominet: sicut nec alibi quum de se loquitur. Ecce mater tua. i. habeas eam commendatam vt matrem. Thesaurum maximū quē in terra reliquo: nulli alteri q̄ tibi pre ceteris dilecto reliquo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam: scilicet ioannes/in suam: scilicet matrē: vel curam. Incompatibilis certe ista ꝑmutatio: qua datur mater discipulus pro magistro: seruꝰ pro domino: riuulus ꝑ sapiētie fontem: nepos pro filio: creatura pro creatore. Et tamē acquieuit humiliter ei qō filius instituit. ¶ A sexta autem hora vsq̄ in nonā: vt referunt euangeliste oēs: tenebre facte sunt sup vniuersam terrā: sole. s. patente eclipsim: qō naturaliter esse nō potuit. Nam eclipsis naturalis accidit ex interpositiōe lune inter solē ⁊ nos: quū est supra nostrū hemispheriū sol ipse in cursu suo. Tunc autē quū esset luna q̄ntadecima ꝑmi mēsis: qz ſm legē tūc inchoabat festū azymoꝝ: directe ex opposito erat luna ad solem. Unū quū tunc soleēt hora sexta diei i medio hemispherij nostri: luna erat in medio hemispherij qō est infra nos/seu subtꝰ nos. Unde non poterat naturaliter esse eclipsis. Qō cernens. Dionysius areopagita maximus pbs: quū tunc esset athenis quando facta est ista eclipsis: perpendēs nō esse naturalem/inquit. Aut deus nature patitur/aut totius mūdi machina cito dissoluetur. Scōm autē non accidit adhuc: sed primū impletū est: qz iesus deus verus ⁊ hō passus est. Et tūc ab athenien sibus fabricatū est altare in veneratiōnē illiꝰ q̄ tūc passus est: intitulātibus illud altare ignoto deo. Ubi etiā alie ecclie ꝓfationes solis nō durant per horā: hec permansit per tres horas. Ad literā. Tanta erat iniquitas ⁊ crudelitas iudeorum: vt ipse sol quasi nō ferēs tantā iniuriam sui creatoris subtraheret radios suos ab eis: ⁊ quasi compatiens morti eius/tenebris vt nigro idueretur. Spūaliter. Tantꝰ fuit dolor huius passionis: vt sol intelligentie nostre eclipsē ⁊ obscuretur ad intelligentiā eius: nec plene capere pōt. Et ex immēsitate huius doloris clamauit voce magna ſm Mat theum ⁊ Marcū. heloy heloy ꝛc. i. deus meus deus meus: vt q̄d dereliquisti me? Que ꝟba sunt sumpta originaliter ex p̄s. xxj. vbi Dauid loq̄tur in ꝑsona xp̄i totū illū psalmū de sua passione. Dicit ergo. Deus deꝰ meus respice in me: ⁊ re me dereliquisti: lōge a salute mea/corporali. s. faciūt me esse/verba delictoꝝ meoꝝ. Appellat autē delicta sua pctā membroꝝ suoꝝ. i. humani generis: pro q̄bus patiebatur. Dicit aūt se derelictū a deo non qz diuinitas foret separata ab humanitate: qz nunq̄ eam deseruit postq̄ assumpsit: ſz qz subtraxerat potētiā suā nō impediēdo illos ab illo opere: ⁊ nō liberādo eū a manibus eoꝝ: ſz ꝑmittēdo facere que eis placebat erga ipm: vel etiā dicit se derelictū a deo: eo q̄ ꝑs intellectiua q̄ etiam tūc fruebat deo cū summo gaudio nil refrigerij cōsolationis influebat in sensitiuam. Et quū ex maximis doloribus esset anxiatus ⁊ deficcans in spiritibus: dixit q̄ntum verbum: vt refert solus Joannes. Sitio. Sitiebat aūt nō solū corporaliter: sed ⁊ mentaliter: summe cupiens fructū sue passionis ad oēs extendi: ac etiam virtutē eius cōmunicari oībus martyribus/⁊ aduersa patientibus pro eo: vt merito ipsius passionis patientes ⁊ fortes redderentur: ⁊ vt ait ꝙps ad Hebr. v. Oratiōs cum lachrymis scz iesus in cruce/ex clamore valido exauditus est ꝓ sua reuerentia: vt oēs q̄ deuote suscipiunt sacramenta/i q̄bus virtus passionis remansit: saluē ꝓsequantur. Quū autem sic clamasset/quidā qui portabat vas plenum vino aceto sozor qō dicit felle vel myrrha mistū amarissima/intingens spōgiam impleuit liquore illo amarissimo: ⁊ ꝓpositā spongiam calamo de hysopo apposuit ori eius ad bibendum. Quidā alij ex romanis ministris qui non intelligebant idioma hebreum quū audisset iesum prius clamasse heloy heloy ꝛc. dicebant illi qui offerebat spongiam ad bibendum. Helias vocat iste: sine si forte veniat helias ad deponendum eum. Sed iesus quum gustasset noluit bibere ꝓpter amaritudinem. Et impleta est prophetia Dauid dicentis in persona eius. ps. lxviij. Dederunt in escam meam fel/et in siti mea potauerunt me aceto. Solebant iudei qū aliquis illa morte condēnabatur/portare vas optimi vini ad cōforandum sed tunc ad magis affligendū dederūt vinū aceosum felle mistum: in quo significabant malitiam suā. ppls enim ille erat vt spongia vacua virtutibus/ cauernosa simulationibus/plena aceto frigide malitie/vbi prius in patribus fuerat vinum bonū charitatis/⁊ misto felle amarissimo odū ⁊ inuidie. Et ideo iesus noluit bibere. i. incorporari in ecclesia sua talem populum/sed abiecit a se. Quū ergo accepisset acetum/nō quidē bibendo/sed gustando/dixit/teste solo Joāne. Cōsummatū est. sextum verbū. i. adimpletū quod prenuntiatū ⁊ figuratū est de mea passione. Uū ⁊ preceden tibus diebus quū ꝓdixit passionē suā aplis/dixerat. Ecce ascendimus hierosolymā/⁊ ꝑsummabuntur oīa que scripta sunt de filio hominis. Quū ergo sciret oīa impleta/dixit. Consummatū est. Et oīa illa sacrificia in lege mādata/⁊ multa alia cerimonialia hanc passionem figurabant/ideo illis impletis oīa illa cessant/⁊ virtute caruerūt/⁊ ideo dixit. Consummatum est verum et signatum sacrificium. In oībus aliis sensibus in cruce fuerat afflictus. In tactu/manibus ⁊ pedibus in quibus maxime viget/clauis confixis. Uisu/videndo irrisiones iudeoꝝ ⁊ crudelitates. Auditu audiendo contumelias ipsoꝝ ⁊ blasphemias. Odoratu/sentiendo fetores cadauerū que in illo erāt. Restabat solꝰ gustus illesus in cruce. Reliquū corpus totū erat cruciatum ⁊ fractū ꝑ flagella ⁊ cozonationē. Quia igitur primus adam quū mortificauit totū genus humanū/visu offendit aspiciēdo lignū seu fructum eius qō erat pulchrū visu. Et verisimile est q̄ odoriferum erat sentiens olfactu. Auditu audiens verba serpentis in iniuriam dei. Tactu quoq̄ quum tulit de pomo vetito. Gustu quū sensit comedendo suauitatē cibi. Per quos sensus velut portas pctm̄ intrauit in mundum. Decuit vt multiformis proditoris diaboli ars vt artē falleret/⁊ medel ā ferret inde hostis vnde leserat. ideo gustata amaritudine potus ait. Consummatum est. i. impleta solutio debiti humani generis. Insuper ⁊ matrimoniuꝝ cō tractum inter christum ⁊ ecclesiam: initiatū in patriarchis ⁊ prophetis: per promissiones etiam iuratas: ratificatū in eius incarnatione: in cruce/per cuius virtutem ecclesia mū data vnita est christo: Consummatum est. Et ibi ostensa est maxime plenitudo sue ad nos dilectionis: que est finis oīs consummationis ſm p̄s. cxviij.

Jo. xix.

Tertius verbum christi.

Matth xxvij.

Quartū ꝟbū christi.

Quartū telligibus christus fuisse derelictū a patre.

Quintū verbum christi.

verbum christi.

Septimū ꝟbū christi

§. VII. Demum iclinato capite

dicēs. Pater in manus tuas cōmendo spm̄ meū: qō fuit septimū ⁊ vltimū verbū: vt testatur solꝰ Lucas: tradidit spiritū. i. aiam suā: que tūc separata a corpore est: ⁊ sociata deitate ad limbū patrū descendit. Cōmēdo iquit in manꝰ tuas pātis: ad carnē resumendā. In manus tue misericordie et benignitatis: ad visitandū animas que erant in penis tenebrarum. In manus tue voluntatis: vt semper tibi ab ea deseruiatur. Et hoc quidē verbū sumptus est ex p̄s. xxx. vbi ait: In manus tuas cōmendo spiritus meum: redemisti me dñe deus veritatis. Quod sic videtur exponendum. O domine: qui es deus: autor veritatis/tu me redemisti. s. morte tua qua dixisti. In manus tuas cōmendo spm̄ meum. Et tunc oīa insensibilia visa sunt cōpati ⁊ dolere de morte domini sui. Nam terra mota est: petre scisse sunt velum tēpli qō erat ante sanctasanctoꝝ diuisus est a summo vsq̄ deorsum: vt paterēt sctā sctoꝝ/signās regnū celeste prius nobis clausum/iam reseratū. Tenebre facte sunt super vniuersam

terram

terram monumenta aperta sunt. Et vt ait Matthеus: per preoccupationes tñ: multa corpora sanctorū surrexerunt: qđ vtiq; fuit factū nō tunc: sed christo resurgente: et venerūt in hierusalē: et apparuerunt multis: referēs (vt pie credi pōt) de diuinitate christi et redēptione humani generis facta per eius passionem: et de visitatione patrū in limbo. Multi aut̄ in simplicioribꝰ iudeis vel gentilibꝰ videntes hmōi signa/cōpuncti sunt: et reuertētes ad pnām pcutiebant pectora sua: confitentes scz pctm̄ suum qđ cōmiserant in cooperendo passioni christi: dicētes: Vere hic hō iustꝰ erat. Centurio aut̄ qui missus fuerat a pilato ad exequēdā iustitiā: et ipe cōpunctus dicebat. Vere filius dei erat hō iste. ¶ Quū aut̄ sero fieret: Jo. xix. ne corpora illa remanerēt in crucibꝰ: die sequēti sabbati qui erat solēnior inter dies illius festi: et sic videret festū dehonorari: accesserūt ad pilatū iudei: postulātes vt possent eos qui in cruce erāt crurifragio occidere: et inde deponere. Qđ quū concessisset eis pilatus: venerūt ministri eiꝰ: et quū adhuc latrones in cruce viuerent: fregerūt crura eorū: et qua cōfractiōe ossium et vehementia doloris mortui sunt. Ex quibus anima eius qui erat a dextris qui vulgariter dr nūcupatus Dismas descendens ad limbū patrū fuit subito glorificata ex No mia boni latronis et mali. visione deitatis essentie: cui vnita erat christi aia: et sic habuit paradisum sibi promissum. Alter latro dictus Gesmas impenitens mortuus descendit ad locū damnatorum. In quibus duobus latronibus figurati sunt oēs hoies electi et reprobi. Omnes enim furati fuimus in pmis parentibus scōm virtutem seminalem existentes/diuinitatem quantum in eis fuit quum eis dictum fuit a serpente. Eritis sicut dij. Hoc affectantes voluerunt: ait Aug. rapere diuinitatē: et perdiderūt felicitatem. Et ppter istam rapinā/oēs dānamur ad crucez: penalitatē huius vite: et mortē: sed cū hac differentia: qz reprobi patiuntur crucē suarū penarū sed sine fructu salutis: qz non eos penitet nec se recognoscunt: sed deū vita sua blasphemant: et ideo damnantur. Electi aut̄ cōfitentes pctā sua: et se deo humiliantes: ad gloriam perueniūt: nō virtute sua: sed misericordia christi: virtute passionis eius: qđ vt serpens eneus. i. sine veneno pcti: sed carnē similez nobis pctōribus habens: suspensus fuit in ligno crucis: ppter debitum furti nostri soluendum iuxta illud Pſ. lxviij. Que non rapui (inquit iesus) tunc exoluebā: scz in cruce. vñ Apl's ad Phili. ij. Quū in forma dei esset scz Jesus. i. verus deus: non rapinā arbitratus est esse se equalem deo: scz ipse inquantum hō/ficut primi parentes: sed semetipm exinanuit factus obediens vsq; ad mortem: et mortem autem crucis. Quum autem venissent ad iesum: videntes eum mortuum/non eius crura fregerunt: vt impleretur scriptura inquit Joannes. que habetur Exo. xij. de agno eius figuratiuo. Os non cōminuetis ex eo. Sed vnus militum illorum gētilium lancea sua directa cōtra latus eiꝰ transfixit/magnum vulnus influgens: et cōtinuo ex latere eiꝰ exiuit sanguis et aqua: vt testatur Joannes solus: impletaq; est illa ppheria zach. xij. Videbunt in quez Lōgin. transfixerunt. Hic dictus est Longinus: qui postea conuersus ad fidez/martyriū p christo sustinuit. Dicit etiaz aliqui qđ quū esset cecutiens. i. parū vel nihil vidēs ex stilla sanguinis tangente oculos eius: subito pfecte vidit. Ex his etiam ostensa est vera humanitas christi nobis similis. Unde. 1. j: Joan. v. dicit. Tres sunt qui testimonium dant in terra. s. de christi humanitate vera homo autem de terra originaliter. Spūs aqua et sanguis. ¶ Quod xps habuerit spiritum. i. animam: patet: qz inclinato capite vt dictū est tradidit spm̄. s. deo cōmendās ipm spm̄/aiam suā. Aqua aut̄ et sanguis que exierūt de latere: qđ sunt duo humores in corpore nostro magis noti et copiosi: ostenderūt corpus suū verū esse non phātasticum: qz tale nō habet sanguinē neq; aquā. Et spūaliter signant sacramenta ecclesie: eo qđ virtutē habent ex passione xpi. Nā baptism̄ qđ est primum sacramētorū et maximum in effectu signat in aqua. Eucharistia que est vltimum et finis aliorum sacramētorū et maximuz in esse. innuit in sanguine. vñ Chrysо. Quia hinc sumunt initiū sacramēta celestia. vide vt sicut a christi costa bibituri: accedas: scilicet ad ipsa.

¶ Quidam aut̄ ex iudeis nobilis decurio et diues ab arimathia ciuitate oriundus. i. ramathai discipulus iesu: qui non consenserat actibus et pfilio iudeorum de morte iesu/sed contradixerat potius. Hic accessit ad pilatum: et petijt sibi dari corpus iesu: vt scz deponere posset de cruce et sepelire. Pilatꝰ aut̄ miratus qđ ita cito obijsset: accersito centuriōe q̄ executor fuerat iustitie interrogās an res ita se haberet: cōperto hoc esse dedit illi licentiā deponēdi. Unde veniēs cū Nicodemo legisperito qui discipulus occultus erat iesu: et ad eū nocte venerat p̄ informatione sui circa eū: deposuerunt eū de cruce clauis euulsis. Quis aut̄ dubium habere potest quin mater eius corpus depositū susceperit in gremio suo: in brachijs suis: et nūc caput spinis pforatū: nūc manus sanctissimas/quarū tactu infirmi sanati fuerāt/aspiciēs clauis per fossas: nūc pedes/q̄ quotidie discurrebāt ad q̄rendā hoim salutē: nūc latus lancea aptū: copiosissimis lachrymis perfundebat. Sed et maria magdalena ad cuius pedes remissionem pctōrum acceperat: nō oblita bñficij magistri sui illos lachrymis irrigabat: et alie marie et discipule iesu. Et qđ dicit Lucas: stabant a longe noti eiꝰ et mulieres etc. ..priusq; in cruce pateretur locum habuit. A principio quidē stabat iuxta crucem mater iesu et ioānes: is post xp̄m ad eaz. Ecce filius tuus etc. multitudine succrescente elongati fuerunt a cruce mater et alij noti. ¶ Demū qz nox appropinquabat ioseph et nicodemus afferentes myrrhe et aloes misturas: libras centum: ad condiendum corpus iesu: quod obseruabatur in corporibus hominum nobilium ad preseruandum a corruptione: et inuoluentes corpus ipsum in sindone mūda. i. linteaminibus: et sudario posito super faciem eius sm̄ morē iudeorum: posuerūt eum in monumēto nouo ipsius ioseph in petra excisoīn quo nondum quisq; positus fuerat: qđ monumētū erat in quadā spelunca cuiusdam horti iuxta montem caluarie: vbi crucifixus fuerat. Quod alij euangeliste narrant solum de ioseph/non est cōtrarium ei qđ dicit ioānes et de nicodemo. Sed qđ illi tacuerunt: iste expressit ait Aug. Et qđ alij dicunt de sindone: ioannes de linteis scripsit. ¶ Accedentes aut̄ principes sacerdotū et pharisei ad pilatum dixerunt. Dñe: recordati sumus qz seductor ille adhuc viuens dixit. Post tres dies resurgam. iube ergo custodiri sepulchrum vsq; in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius nocte et furentur eum: et dicant plebi: surrexit a mortuis: et erit error nouissimus peior priore. Quibus pilatus/habetis custodiam: ite et custodite sicut scitis. Illi aut̄ abeuntes signauerunt lapidem. s. sigillorū dimiserunt ibi custodes/vt custodirent ne quis ipsum raperet. Marie aut̄ associantes matrem iesu: postq; corpus iesu fuit in sepulchro collocatū: quod semper erat deitati vnitum: reuerse sunt in ciuitatem. Et illo sero/ementes aromata preciosa. composuerunt vnctionem preciosam vt ungerent postea corpus iesu vt hoīs sanctissimi: et ad ipsum cōseruandū: nō credētes eū deū esse. Et sabbato quidem sequenti quo corpus xp̄i iacuit in sepulchro. filuerūt ppter solennitatem sabbati/expectantes dñicum diem.

¶ De christi resurrectione et ascensione/et gentilium attestatione. Capl'm. vij.

DE resurrectiōe domini et eius ad celum ascensione breuiter sm̄ historiam narrabimus: sm̄ qđ oēs euangeliste describunt. et apl's vt dr in Actibus apostolorū virtute magna reddebant testimoniū. s. pdicando Act. iiij resurrectionem iesu xp̄i dñi nr̄i. Hanc prenunciauit patriarcha iacob: quum ait Gen. penul. Ad predam ascendisti fili mi: ascendisti de inferno predam animaruz q̄ erant in limbo a diabolo auferendo dormiens (al's requiescens) scz per mortem accubuisti: vt leo: et quasi leena. Quis suscitabit illum: q. d. nullius adiutorio: quia virtute propria sue diuinitatis: sicut leo quum dormit nunq; sua lumina claudit: ita et si christus somnū mortis ceperit: lumina sue prudentie non clausit: sed cōtinue lumine intellectus aīa dei in eo oīa aspiciebat. Prophetauit et de ea scrīs Dauid Pſ. xl. dicēs in psona. xp̄i. Ego dormiui: scz p mortē: et soporat' sum quasi faciēs plixū somnū: et quadraginta horarū spatio: vt dr mortuus stetit. Nam hora nona sexte ferie expirando: remanserunt de die illa sex horе: de nocte sequenti cum sabbato fuerunt viginti quatuor horе: de dñica nocte fuerūt decē horе. qz in aurora surrexit. Et subdit Pſ. Et exurrexi qz dñs susceptit me. Qđ Aug. xviij. de ci. dei. c. xxviij. dicit ipletū i xp̄i resurrectione. Prophetа Osee. vj Osee die sue resurrectionis a morte exp̄ssit dicens. Uiuificabit nos post duos dies: et in die tertia suscitabit nos. In ipo essi q̄ nostrā naturā mortalē assumpsit: inchoata est resurrectio nr̄a finalis. Que eius resurrectio fuit tertia die. Sic et ipse p̄dixerat discipulis quū ait Mat. xx. Filius hoīs tradet Gen. xlj principibꝰ sacerdotū etc. occidēt eum: et tertia die resurget.

¶ Figurauit etiā ioseph: qñ eductus de carcere. s. limbi et tōso capite. s. mortalitatis: iductus veste regia/glie corpis: manifestauit sapiam suā factꝰ dñs egypti et saluator nūcupat'. Judicū xvj. Figurauit et samson qñ clausus i ciuitate: quum inimici philistei putarent eū detinere captiuum: in profundo noctis surgēs portas et vectes earum in humeros sumens: in montem eas portauit illesus. Et sicut morte sua plurimos philisteos occidit: ita christus sua morte demones strauit. Aliis aut̄ testimonijs innumeris omissis: resurrectio christi ad vitaz immortalem fuit celebrata dominica die. que fuit luna. xvj. et die. xxvij. martij. Passio eiꝰ fuit et mors feria sexta: et die. xxv. martij. s. ea die quo et incarnatus est de virgine: et reuolutis postea anni[illegible] ab eius incarnatione. Et ex hoc ob re-

uerentiã ofice resurrectionis oẽm die oficam ꝓcipiẽ celebrari per totũ annũ. de cõse. dis. iij. c. f. Et vt dicit Leo papa. Quicqd insigne a dño est gestũ: in hac die reperitur factum. Nam ⁊ mundus accepit initiũ: ⁊ mors interitũ: ⁊ vita accepit principiũ. dist. lxxv. qõ die. Quũ aũt ꝺr Christꝰ tertia die resurrexisse: seu tribus diebꝰ mortuꝰ stetisse: sumitur generaliter pars ꝓ tõto per synecdochẽ. Nã spatiũ trium ab hora nona qñ expirauit vsq; ad noctem/sumit ꝓ una die: nox vero sequẽs sabbati cum die artificiali suo fuit secũda dies integra ⁊ naturalis: scz. xxiiij. horarũ. Noctis vero sequentis spatium vsq; ad mediã nocte: vel vt cõmunius ꝺr vsq; ad auroraꝫ: quã Christus resurrexit: sumitur ꝓ tertia die. Dicitur aũt dies naturalis spatiũ. xxiiij. horarũ: quo sol peragit cursum suũ per totũ gyrũ celi: scz nostrũ hemispheriũ: et qõ est infra nos reuertens ad orientẽ. Artificialis vero dies/dicitur spaciũ quo sol ab oriẽte in occidẽtẽ trãsit per hemisperiũ nostrum. Et vt dicit Beda: mutatus est in ipsa resurrectione ordo dierũ quo ad suũ initium. Nam a principio mundi vsq; ad ipsam resurrectionem: dies inchoabatur ab ortu solis: ⁊ terminabatur in finẽ noctis sequentis: vt ptz Genẽ. j. Dies ergo artificialis ꝑcedebat: ⁊ nox sequebat/ad innuẽdũ q; hõ a luce gratie casurus erat in noctẽ culpe. Sed Christo resurgente dies naturalis inchoatur a nocte: et terminatur in sero diei artificialis sequentis: ad signandum quod per ipsam Christi resurrectionem a nocte culpe transiuimus ad lucem gr̃e. Athanasius. Poterat citius suscitari corpus a mortuis: sed dixisset aliquis eum nequaq; fuisse mortuum: vel nõ plene ei mortẽ inꝑfisse: ⁊ fortasse si resurrectio fuisset dilata: latuisset incorruptionis honor. Ut igit̃ Christi corpus ostenderet̃ mortuũ: vnius interpolationem diei passus est: ⁊ tertia die corpus suũ incorruptũ demonstrauit. Beda ⁊ Greg. Uno etiã die in sepulchro ⁊ duabus noctibus iacuit q; lucem sue simplicie mortis tenebris duplẽ nostre mortis. s. aĩe ⁊ corporis adiũxit: Et sicut canit ecclesia. Qui mortem nostrã moriendo destruxit: ⁊ vitã resurgẽdo reparauit. Surrexit ergo xp̃s a mortuis in auroraꝫ dñice diei: sm illud ecclesie in hymno. Auroraꝫ lucis rutilat: celũ laudibꝰ intonat ⁊c. Tunc enim aĩa Christi de limbo egressa aĩabus oĩbus de eo eductis ad corpus suum reuersa clausũ in sepulchro: refuscitatus exiuit de sepulcho remanẽte clauso: sigillato: sicut ⁊ mortalis factus in sua natiuitate exiuit de vtero virginis/saluo virginali signaculo. Eo aũt resurgẽte terre motus factus est magnus. Ad quem territi sunt custodes sepulchri ⁊ facti sunt veluti mortui: vt ait Mattheus. Et angelus domini descendens de celo reuoluit lapidem ab ostio monumenti. Ad se aũt reuersi dicti custodes/videntes lapidẽ reuolutũ: aspiciẽtes int̃: ⁊ corpus Jesu nõ inueniẽtes: regressi sunt in ciuitatẽ: narrantes principibꝰ sacerdotũ ⁊ scribis que gesta erant. At illi ad occultandũ mysteriũ resurrectionis/dederũt custodibꝰ illis magnã summã pecuniarum: referente Mattheo: vt diuulgarent in populo mẽdaciũ istud: scz q; de nocte ipsis dormientibus venerant discipuli eius: ⁊ furati fuerãt corpus eius. Et si Pilatus vellet eos punire de neglectu custodie/ipsi eos securos facerent: excusando ipsos. Et ita factũ est: manifestando in plebe hoc maximũ mendaciũ: vsq; in hodiernã diem permanentibus iudeis in hoc errore: Hanc aũt̃ diem qua resurrexit/euãgeliste diuersis modis loquẽdi manifestãt. Nã Marcꝰ dicit valde mane una sabbatoꝝ. Et Joannes: una sabbatorũ. Mattheus aũt dicit. Uespere sabbati q; lucescit in ꝑma sabbati: qõ est obscuri. Ubi sciẽdũ q; apud hebreos hebdomada terminabatur in sabbatũ: q; dies erat eis ꝑcipua ⁊ festa. Eã ab eo denominabant seu dinumerabant dies oẽs hebdomade: vt dicerent prima die post sabbatum: prima sabbati: vel una sabbati: ⁊ scõa die scõa sabbati: ⁊ sic de aliis. Una ergo sabbatoꝝ vult dicere prima die hebdomadarũ q; denoĩant a sabbato seu/numerãtur dies ei. Et hec est dies dñica. Qõ aũt dicit Mattheus/vespe sabbati: loquit̃ de vespe. i. seronõ diei sed noctis sabbati sequẽtis. Eã se declarãs ait. Que lucescit in prima sabbati. i. q; hora vespertina tendit ad lucẽ prime diei sabbati. i. post sabbatum. ⁊ hec est dñica dies. i. in auroraꝫ dñice. Uenit Maria magdalena ad monumẽtũ: tinẽt Jo. Solã eã nomiat. q; vt dicit Aug. feruentior ceteris erat ad q̃rendũ dñm: non tñ sola venit: sed vt refert Marcꝰ: cũ Maria iacobi/minoris scz matre: ⁊ salome matre. s. iacobi maioris ⁊ Joannis: que ambe sorores erãt virginis marie. Uenit vt vngerẽt corpus Jesu: ⁊ aromatibus que emerũt in sero sexte ferie: quibꝰ consecrãt vnctiones ꝑseruatiuas a corruptiõe. Uenerũt aũt sm Marcũ orto iam sole. i. apparentibus signis solis oriturj. s. albescente iam aere. Unde ex hoc nõ discordat a Joanne dicente q; adhuc tenebre erant: quia nondum clara dies erat. Erant vtiq; tenebre spiales in mentibus istarum. Nam credebat purũ hoiem fuisse: ⁊ si sanctissimũ: ob cuius deuotionẽ hoc piũ opus exercere intẽdebant. Applicantes autez ad locũ ceperunt dicere inter se. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? vt ait Marcus. Erat quippe magnus valde. Et aspicientes viderũt lapidẽ reuolutũ a monumento: ⁊ angelũ coopertũ stola candida sedentẽ sup eum. Et addit Mat. q; erat aspectus eius. i. vultus eius sicut fulgur: ⁊ vestimenta eius sicut niꝫ. Marcus ⁊ Mat. narrant de vno angelo solo viso a marijs: sed Luc. ⁊ Jo. de duobus. Concordat Augu. dicens: q; in illo spatio qõ erat ante sepulchrũ saxeũ: qõ erat ad modũ spelũce: viderũt vnũ angelum: qõ refert Mat. ⁊ Marcus: ⁊ postea respicientes infra sepulchrũ saxeũ/viderũt duos angelos: sm Luc. ⁊ Joan. Et obstupuerũt timore magno. sed angelus cõsolatur eas/dicens. Nolite expauescere. Scio q; Jesum nazarenum crucifixum q̃ritis: surrexit. non est hic. venite ⁊ videte locum vbi positus erat dñs. Et cito euntes dicite discipulis eius ⁊ Petro quia surrexit: precedet vos in galileã: sicut predixit vobis apparendo. Ideo spãliter notauit Petrum: qz in magno dolore erat de pcõ negationis: et ideo voluit eũ specialibꝰ consolari. Marie ergo accesserunt vbi sciebant apl̃os simul habitare: ⁊ nũ tiauerũt ista. Sed maria magdalena citꝰ ceteris/vt feruẽtior: vnde de sola maria refert Joann. non tñ excludit alias. Sed vt ait Lu. visa sunt apud eos velut deliramẽta: tamen Petrus ⁊ Joannes feruentiores ceteris: his auditis iuerũt ad sepulchrũ currentes simul. Et licet Joãnes quia iuuenior/citius peruenisset ad monumentum: nõ tñ fuit ausus intrare. s. in speluncã: q; ad modũ domuncule cõtinebat sepulchrũ. Petrus vero superueniẽs introiuit cũ eo. Et aspicientes in monumẽtũ viderũt linteamina posita in quibus fuerat involutum corpus Jesu: ⁊ sudariũ qõ fuerat positum super faciem eius: corpus non inuenientes. Ut autẽ refert Luc. Petrus cui primo dictum est: cucurrit. Et qz ante Joan. ideo de ipso solo dicit Lucas. Et aduenies procũbẽs vidit linteamina ⁊ discessit paululum. Superueniente Joanne qui cucurrerat post eum. Petrus introiuit in monumẽtũ: ⁊ post eum Joannes: vt ipse refert. Beda. iuxta intellectum mysticum per hoc q; mulieres valde diluculo veniunt ad monumentum: datur nobis exemplum: discussis vitiorum tenebris ad domini corpus accedendi. Nam et sepulchrum illud figuraz dñici habebat altaris. In quo corporis Christi mysteria nõ in serico: nõ in panno tincto: sed instar sindonis qua eũ Joseph inuoluit: in linteo puro debent consecrari. vt sicut ipse veram terrenam substantiaz ꝓ nobis morti obtulit: ita et nos in cõmemoratione ipsius/purũ de terre germine candidumq; quasi mortificationis genere castigatũ altari lignuz imponamus. Aromata aũt q; mulieres deferũt signant odorem virtutum: ⁊ orationũ suauitatẽ: quibus appropinquare debemus. Reuolutio vero lapidis reuelationẽ sacramento rũ: q; tegebanꝫ velamine lr̃e legis que in lapide scripta est. Cuius ablato tegmine corpus mortuũ nõ inuenit: sz viuum euãgelizatur. Sicut aũt angeli adstiterũt sepulchro Christi: ita ⁊ nunc mysterio corporis ⁊ sanguinis Christi. Exemplo aũt sanctarũ mulierũ/quoties mysteriꝭ Christi adstamus: ꝓpter angelicã presentiã vel dñi/cũ omni humilitate vultũ declinemus/recognoscentes nos puluerem ⁊ terram.

Mtha xxviij.

Jo. xx. Marc. xvj.

§. I. De appitionibus christi re

suscitati factis discipulis: de quibus narrãt euãgeliste. Creditur tñ: iz in euãgelio non habetur: q; ante oẽs primo apparuit marie matri sue: vt que plus omnibus doluit: citius et magis consolaretur de eius visione. Et quia plus hoc meruit. quãomnibꝰ aliꝭ deficientibus in fide eius diuinitatis ⁊ resurrectionis/ipsa sola firma in fide permãsit. Et hec potest esse ratio quare ipsa cum aliꝭ mariꝭ ad sepulchrum non accessit: non solũ quia nimis debilitata erat ex dolore mortis filij: sm Bern. sed qz certa erat de eius resurrectione illa die fienda: vnde noluit querere viuentem cũ mortuis. Hoc etiam expresse dicit Ambro. scz prius apparuisse matri sue. Hoc et tenere videtur ecclesia: eo q; illo mane celebrat papa in sancta maria magori. Ideo autem euangeliste nõ curauerunt de hoc dicere. vel qz vt ꝑsuppositũ ⁊ ab oibꝰ creditum censuerunt. Uel qz vt testes describentes huius resurrectionis: ne suspectum haberet̃ testimoniũ matris ꝓ filio ꝓ naturali affectione: non ipsam sed alios ꝙbus apparuit insinuauerunt. Apparuit ergo primo marie magdalene: inquit Marcus: de qua eiecerat septem demonia. i. vitia. Sed modũ huius apparitionis seriose describit Joan. Jo. xx. Reuersis eñ a sepulchro marijs: quã alie circa locum manerent: magdalena stabat ad monumentum plorãs Greg. Maria magdalena q; fuerat in ciuitate/peccatrix: amando veritatem lauerat lachrymis crimina. Cuius mentem magna vis amoris accẽderat: q; a monumento discedẽtibus discipulis: non recedebat. Amãti semel aspexisse non sufficit:

quia

qz vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis. Que fuit enim prius: et minime inuenit / pseuerauit vt qreret: vñ contigit q̄ inueniret. Aliqui tñ: vt Iero. & theophil. videntur dicere q̄ ista maria cui christus apparuit non fuit illa in ciuitate peccatrix. Et aspiciens vidit duos angelos in albis sedentes: vnum ad caput: alium ad pedes: vbi positum fuerat corpus iesu. Potest esse q̄ hi fuerunt illi angeli quos prius viderat cū alijs marijs. Sed alij euāgeliste narrantes de vno posuerunt singulare pro plurali: qz ad vnum effectum apparuerunt. Uel qz primo apparuit vnus angelus: postea magdalene & alijs marijs duo isti angeli. Qui interrogantes dixerūt. Mulier quid ploras? quem queris? q. d. Noli flere. Que rādit cām sui doloris insinuans. Tulerūt dñm meum, i. corpus dñi et nescio vbi posuerunt eū. In qbus verbis & defectū fidei oñdit: qz si deū credidisset profecto nō ablatū existimasset. Et amorē intensum ad eū innuit / dicēs. Nescio vbi posuerunt eū. q. d. Nescio quo querā eū. Et qz plus ardebat ceteris desiderio videndi eum: prima meruit hre gaudia vise eius resurrectionis. Cum etiā ad dandam fidutiā pctoribus vere penitētibus qz vbi abundauit delictū superabūdabit & gra si vere cōuertāt pctor. Cum etiam qz mulier in paradiso fuit prima nuntia mortis viro: decuit vt iet mulier esset pma nuntia vite inchoate in xpi resurrectiōe. Cōuersa aūt maria (ait euangelista) vidit iesum stātē: nesciēs tñ ipe esse iesum. Causam huius conuersionis assignat Chrys. eo sc̄z q̄ quum ipsa maria rūdēs versa esset ad angelos: apparēte iesu post tergū eius: ipsi angeli figure respectione moti / ostenderunt dñm adesse: reuerentiā exhibentes: propter hoc maria puersa est retrorsum: vt videret qd ibi esset. Cui iesus. Mulier quid ploras? Quē queris? Interrogatur causa doloris: ait Greg. vt augeatur desiderium querētis: quatenꝰ quū noīaret quem qreret. amore eius ardentius estuaret. Illa existimās qz hortulanꝰ esset. Greg. Fortitan hec mulier nec errando errauit: quum hortulanū existimauit quo. s. ad significatū. An nō spiritualiter ei hortulanꝰ nō erat: q̄ in eius pectore per amoris sui vim semina virtutum virētia plantabat? Dicit ergo: dñe si tu sustulisti eū: dicito mihi vbi posuisti eū: et ego eū tollā. Sed quid est q̄ quum nondū expressisset qd qreret: dicit illi Dñe si tu sustulisti &c. Nisi qz vis amoris hoc agere solet in animo amātis: vt quē semper ipse cogitat: nullus aliū credit ignorare? Dicito mihi vbi posuisti eum. Theophi. Timebat ne iudei etiam in corpus examine inuentū feuirēt: et iō volebat in aliū locum incognitū trāsportare. Ego eū tollā. Magna ex amore audacia mulieris. Quid enim? ait Orige. Si positus fuisset in domo Cayphe: vel Anne inimicorum eius. Ego certe eum tollā: mortē non timēs: nec minas. Uocat autem iesus eam ex noīe dicēs. Maria: ac si diceret. Recognosce eum a quo recognosceris. Maria autē cōuersa ad eū: ait Rabboni. q̄ interpretatur magister: sed quō cōuersa est ad eum: quum ad eū versa esset qñ dixit. Dñe si tu sustulisti &c. Respondet Chrysos. Mihi videtur q̄ postq̄ maria dixerat illa verba hortulano subdito cōuersa est iterū facie sua ad angelos illos / vt interrogaret eos cur fuissent stupefacti. s. in apparitione hortulani. vel sm Augu. quia prius cōuersa corpore: q̄ non erat putauit: nūc conuersa corde / q̄ erat agnouit. licet aūt ab euangelista non dicat̄ qd tūc mulier egerit: ex eo tñ innuitur q̄ audiuit. Dixit essi ei iesus. Noli me tangere. Ex verbis ostenditur (ait Greg.) q̄ maria amplecti voluit eius vestigia quem recognouit. Sed cur tangi non permittitur / causa subinfertur. Nondum enim ascendi ad patrem meum. Chrys. volebat hec mulier esse cum xpo sicut & ante passionem: & pre gaudio mihi magnum excogitabat: quis caro xpi multo melior facta fuerit resurgendo. ab hac igit̄ itelligentia eam abducens / dixit. Noli me tangere: vt cum multa reuerentia ei loquatur. vnde nec discipulis apparens de reliquo cū eis conuersabat: sc̄z p̄tinue: vt reuerētius ei intēdant. Nondum enim ascendi ad patrē meum. ostendens qm̄ illuc properat et festinat: et ideo nō opꝰ eū eadē mēte videre sicut ante. vel sm Augu. hoc sic dictū est: vt in illa femina figuraretur ecclesia de gentib⁹: q̄ in christum non christū nō credidit: nisi postq̄ ascēdit ad patrem. Aut sic in se credi voluit iesus: hoc est sic spūaliter tāgi: q̄ ipse & pater vnū sint. eius quippe intimis sensib⁹ quodāmodo ascendit ad patrē: q̄ sic in eo profecerit: vt cognoscat patri equalem: quō hec mulier in eum non credebat: q̄ carnaliter sicut hoiem flebat. Tactus tanq̄ finem facit notionis. Ide oc̄ nolebat in ea esse finem intenti cordis in se: vt hoc qō videbatur tantūmodo putaretur: et subdit iesus. Uade ad fratres meos. s. discipulos et dic eis. Ascendo ad patrē meū et patrē vestrū: deū meū et deum vestrū. Hila. ix. de trini. Dñs in forma dei manens formam serui assumpsit. Et quū hec in forma serui ad omnes ie sus christus loquatur: ascēdo ad patrem meū &c. nō ambigitur q̄n pater sibi vt ceteris sit / ex ea parte qua hō est: & deus sibi vt cunctis sit / ex ea natura qua est seruus deniq̄ & hunc sermonem cepit dicēs. Uade ad fratres meos. fratres ex carne sunt deo: ceterum vnigenitus deus sine fratribus est. tūc maria egressa est de monumento. i. ab illo loco vbi erat horti spatium ante lapidem effossum: inueniēsq̄ alias marias / & factum narrans: ibat cum illis ad nūtiandum discipulis resurrectionē: ihs in via occurrit eis iesus se eis manifestās: vt narrat sol⁹ Mar. & salutās eas ait: auete. At ille accesserūt: et tenuerunt pedes eius: vt pie credi pōt: osculātes eos summa deuotione: & qz iā fidem sue resurrectionis resumpserāt: pmisit se xps tangi ab eis. Uenit ergo magdalena cum alijs nuntians discipulis qō sibi fuerat imperatum. Apparuit iesus tertia vice Petro: vt pts Luce vlt. vbi dicitur. Surrexit dñs vere & apparuit Simoni: et apls. s. ad Corint. xv. Uisus est & Cephe. Sed qñ apparuit: vbi: vel quō: non claret ex euāgelio. Creditur tamen hoc factū ipsa die petro solo existēte & forte accedēti iterum ad monumētū post nūtiationē factā a maria. Nam q̄ fuerit ante vltimā: pts ex euangelio diffuse hystoriam narrāte. Sed & Mar. refert in duob⁹ xpis dicēs: post hec. s. de apparitione quam fecerat iesus magdalene: et alijs duobus discipulis ex eis euntibus in villam in alia effigie ostensus est. Qui venientes nuntiauerunt alijs: et non crediderūt eis. Sed lucas clare exprimit. Et quod Lu. dicit castellum: marcus vocat villā: qz et castellū villa appellat a pluribus. Apparuit quarto duobus discipulis euntibus in emaus castrum prope hierlm: qō distabat ab ea stadijs. lx. Stadiū aūt erat spatiū octauū miliarij. de qua apparitione Lu. restatur Luce vlt. Unius illorum duox nomen ponit. s. Cleophas qui de. lxij. discipulis xpi fuisse perhibetur. Alterius reticetur. propter qō q̄dā dicunt fuisse ipm lucā: q̄ ex hūilitate noluit suum nomē exprimere. Quam opinionē tangit Greg. in prologo moralium. Sed hoc nō videt: qz lucas non fuit de discipulis xpi: sed discipulis apostolorum ab eis puersus. vñ & Amb. dicit aliuz fuisse. nomē eius ponēs. s. amaon. Et itinerātes loquebātur adinuicē de ijs oībus q̄ acciderāt circa iesum: non vere credentes sed admirātes sicut in reb⁹ extraneis. Et factum est dū fabularent: & secū q̄rerēt de ijs: ipse iesus appropinquans / ibat cum illis: sicut aliquis viator videns alios viatores ante se: sepe affociat se cum eis: qō quidem egit: secundū Bedā: & vt veritatē resurrectionis mē tib⁹ eoꝝ inserat: & qō facturū se mortalis existēs pmiserat impleat: quum ait. Ubi sunt duo vl tres congregati in noīe meo. s. ad loquendum de me: vel de salute sua: ibi sum in medio eoꝝ. Obtento autem iam spūali corpore. s. glorificato: ait Theophi. non obstat loci distantia: q̄n adesset qbus volebat. Nec vlterius naturalib⁹ legib⁹ corpus suū regebat: ꝛ spūaliter / & supra naturam. vñ et Mar. dicit q̄ sub alia forma videbatur: i qua impediebat eius cognitio: vñ & sequit. Oculi eoꝝ tenebantur ne eum agnoscerēt. vt. s. tota sua intentionē detegerent dubiā: et vulnꝰ reuelātes: medicinā reciperēt. Et vt cognoscerent q̄ q̄uis corpus ipsum qō passum fuerat / resurrexit: non tñ amplius tale erat / vt esset oībus visibile / sed tñ ijs a quibus vellet videri. Greg. Conuenienter etiam eis speciem quam recognoscerēt nō oñdit. hoc agēs fortis i oculis corpis: qō intus agebatur apō ipos in oculis cordis: ipsi essi apud semetipsos & amabant intus & dubitabant. De se ergo loquentibus ex amore p̄sentiā exhibuit: sed de se dubitātib⁹ cognitionis sue speciem abscōdit de hmōi. s. q. s. c. qō ādē. §. dñs. Dixit ergo ad eos. Qui sunt hi sermones quos cōfertis adinuicē: et estis tristes? Greg. Conferebant ādē inter se ḡsi nō ampli⁹ expectātes xpm viuentē: vt spoliatore: pempto saluatore suo. Cui cleophas: tu solus peregrinus es in hierlm et nō nosti q̄ facta sunt his diebus in ea? q. d. Tu solus es peregrinus habitās extra cōfinia hierlm: et expers eoꝝ que facta sunt in medio eius? Beda peregrinū essi eum putabant / cuius vultū non agnoscebāt. Sed re vera pegrinꝰ eis erat: a quoꝝ natura fragilitate / pcepta rōnis glia longe distabat: et a quoꝝ fide vt pote resurrectionis eiꝰ nescia manebat extraneus. Quum aūt christus habuit conditiones mortaliter peregrini. in quo oēs electi eum imitant: iscōm illud pl̄. Ego aduena sum & peregrinꝰ apud te: sicut omnes patres mei et ad qō hortatur petrus in prima epla canonica. ca. ij. oēs fide les dicens. Obsecro vos tanq̄ aduenas et peregrinos abstinere a carnalibus desiderijs q̄ militant aduersus animā. nō est p̄tis opis declarare. Rādit autē pegrinꝰ iesus cleophe. qui vtiq̄ cuncta sciebat: qz oīa in corpe suo ppessus fuerat: ꝛ tanq̄ ignorare: interrogat: ad inuendum q̄ tam ineffabilis est gloria et premium btōꝝ p̄ laboribꝰ hic toleratis: q̄ quasi oīm videbuntur oblīti pre maximo gaudio illiꝰ glorie: sm illud Greg. Exemplum, Sepe tristiū leti meminim⁹: Ad qō ait Esa. Obliuioni tradite sunt angustie priores: et non ascendent vltra in cor. Dicit ergo Cleophas. De iesu nazareno qui fuit vir propheta. Prophetā dicit non dei filium: vl qz nō cre-

Lu. xxiiij

matth. xviij.

Psalm. xxxviij.

esa lxv

debāt esse dei filiū: vel q̄ timebāt ne inciderent i manꝰ iudeorum persequētiū: quib nō cognoscerēt eū cui loquebant. Potens in opere ⁊ sermone. Theophi. Nullius doctrine sermo approbat: nisi prius is q̄ docet se ostendat auctorē: precedit enī opus aspectū. nā nisi mundaueris speculū intellect⁹ per opa: non emicat decor opatus. Ad idē symmachus papa ait. dis. lxxxv. nemo. Loquam deo et omni populo. Theophi. primo complacendū est deo. s. p̄ pura intentionē ad eum. Deinde curandū est quantum possibile est de innocentia apō hoīes: vt precedēte diuino cultu: viuam⁹ sine scādalo alioꝝ et de hoc xij. q. i. nolo. Deinde assignat causas tristitie. s. xp̄i traditionē et passionem dicens. Quō tradiderunt ⁊c. Et deinde desperationem eoꝝ dicēs. Nos sperabam⁹. q. d. nō amplius speramus q̄ ipse esset redēptutus isrl̄. i. saluatur⁹ ab ingruentib⁹ malis: ⁊ a salute romanoꝝ: ip̄m q̄ credebāt terrenū regem futurum. Et nūc super hec oia ⁊c. Quia ergo discipuli hi nimia dubietate laborabant: iesus redarguit eos/ di. O stulti. et tardi corde ad credendum in oibus q̄ locuti sunt pphete. Theophilus: nō sufficit credere q̄dā particulariter de xpō: sed vniuersaliter oia que p̄dixerūt pphete. Nō solum q̄ dicū
ps. xxi. ps. xv. tur de cruce ⁊ ignominia passionis: vt illud. foderunt manꝰ meas ⁊ pedes meos: sed et q̄ de resurrectione ⁊ aliis gloriis vt illud. Non dabis sanctum tuū videre corruptionē. Notas mihi feciſti vias vite. ex passione enī ei⁹ ingressus est in gloriam. vnde subdit. Nōne hec oportuit xp̄m patī: et ita intrare in gloriam suā? Bern̄. Si xp̄m oportuit sic patī: ita intrare in gloriam suam. quō nos miseri intrabimus in gloriam
cram terrā sanctā: solicitans dños hincinde p dictū Petrū eremitam ad opus ipsum. Multi em̄ catholici de Francia/ Hispania/Anglia/Alemānia/Italia/ꝛ alijs partib⁹ crucem suis humeris affixerūt vno aīo christianis in seruitute detentis in illis ptibus succurrere intendentes. Et sic iste ptimus angel⁹ Petrus eremita effudit phialā suā in aerē q⁹ verbis efficacibus terre sctē miseriā exposuit. Et exiuit vox magna ō tēplo. i. ecclia a throno. i. authoritate summi pontificis dicēs. Factū est. i. exaudita est petitio pp̄i christiani hierl'm habitātis. Et facta sunt fulgura visionū et signorū: voces ꝛ tonitrua p̄dicationū crucis: ꝛ terremot⁹ factus est magn⁹. i. cōmotio magna in pp̄is relinquētib⁹ terras ꝓprias in succursuz ad dictū locū. qualis nūq̄ fuit ꝛc. q⁹ sicut ō⁹ in chronicis Ualētini. Nūq̄ tot gētes in vnā cōuenerūt sententiā. Opinionē hoīm vincebat numerus: q̄uis existimarēt sexagesies centū milia. Et facta est ciuitas magna exercitus ille. Nā vno aīo ꝓgebant in tres partes. Nā ꝓpter hospitia ꝛ victualia reperiēda vna pars sequebatur Petrū eremitā. Alius exercitus secutus est principem precipuum Gotifredo duci se iungentes. Tertius iuit cum Boemundo duce Appulie per nauigiū. Et ciuitates gentiū i. saracenorū ceciderunt/q⁹ a Nicea Bithynie ꝛ Antiochie: que sunt in regno Persidis vsq̄ in Hierusalem ꝛ vsq̄ ad riuum egypti ciuitates detente ab infidelibus: per dictum exercitum subiugate fuerunt. Et Babylon magna. i. secta saracenorū plena cōfusione in suis legibus ꝛ ritibus venit in memoriā ante deū: scz ad puniendū eā. Et oēs insule fugerunt. i. habitantes in insulis ꝓpter saraceni fugerūt per mare. Et grando magna sicut talentū id est bellū importabile saracenis. Et venit vnus. Hic describitur septima plaga magis in specialit⁹ ꝑm tamē opinionē illorū qui dicūt q̄ tota ista litera ab isto vsq̄ ad illū textū. Quū consummati fuerint mille anni circa mediū. cxx. fit impletū de preterito ꝑm hoc exponetur litera vsq̄ ad dictū passum. postea dicaz quid mihi videatur super hoc. Scōm ergo opinionem illorum iste angelus nō fuit Alexius imperator vt quidam dicunt: neq̄ Petrus eremita: sed magis beatus Jacob⁹ apostolus qui in celis triumphans reuelauit Joanni dicēs. Veni ꝛ ostendam tibi dānationem meretricis magne. i. secte saracenorū: que sedet super aquas: ꝛ dñatur populis multis. Cū qua fornicati sunt reges terre. Quia multi reges ceperunt leges Machomeri. Et inebriati sunt ꝛc. Et abstulit me (ait Joannes) in desertū ad videndū scz statum saracenorū: ita deo ꝓpter peccata sua derelictū. Et vidi mulierē sedentem super bestiam sectā Turchorū ꝛ saracenorū bestialiter viuentiū ꝛ effeminate. Coccineam. i. sanguine christianorū rubricatā. Plenā nōibus blasphemie: q⁹ dicūt christū hominem purū: ꝛ virginē Mariā nō dei matrē esse. Habentem capita. vij. ꝛ cornua. x. expositū est. S. vel septem capita sunt vitia. ꝛ transgressionē decem preceptorū habentes huiusmodi gentes. Habēs poculū aureū. s. doctrinā suauē carni. Et q̄ sequunt⁹ in isto capl'o p totū exponuntur de saracenis ꝛ turchis vsurpantib⁹ iudeā ꝛ syriā vnus post aliū. Et postea ipsi a christianis inde electi tēpore Gotifredi. Pri⁹ enim a Syria ꝛ Judea possessa est per Egyptios sed a Turchis ablata est eis. ꝛ postea Egyptij recuperauerunt eas electis Turchis. ꝛ ista variatio regni notatur hic.

Diuus Jacob⁹

§. XV. Que habētur in seqūti

Abdamarus podiensis epūs.

capl. isto. xviij. quod incipit. Post hec vidi alīū angelum ꝛc. Exponunt⁹ a quibusdā de Abdamaro podiensi epō angelice mundicie viro: qui in exercitu principū occidentaliū christianorum suscepit legationis officiū ad directionē exercituum christianorū. Et in eo q̄ subdit. Descendentē de celo exponunt ꝓcedentē a sublimitate sedis apostolice. habentem potestatē magnā/in spiritualibus q⁹ legatus de latere. Et terra. i. exercit⁹ christianus illuminata est a gl'ia ei⁹ scz vita ꝛ doctrina. Et exclamauit voce magna/ predicando verbo ꝛ exemplo. Cecidit cecidit babylon magna s. gens saracena. Bis dicit ceciditq⁹ bis fuerunt per christianos debellati. primo per Carolum postea per Gotifredū. Et q̄ sequuntur in textu exponunt⁹ de debellatione gentis saracenorum. Post hec aūt voce magna dixit Alla. ¶ In. c. xix. ponit Joannes gratiarū actionē in militanti eccl'ia de saracenorum debellatione ꝛ christianorum exaltatione: ꝛ in ecclesia etiā triumphanti sancti de beneficijs collatis fidelibus in p̄senti gratias agunt deo. Et quum Joannes voluisset adorare angelū qui hec ei ostendebat: ꝓhibuit angelus dicens. Vide ne feceris ꝛc. q⁹ post incarnationē verbi/angeli reformidant se venerari a natura humana: quam vident in verbo vnitā super se eleuatā hic Deū adora. s. adoratiōe latrie. Et q̄ postea dicitur. Et vidi celū apertū q⁹. s. Joanni fuit reuelatum quod erat in dei p̄sentia nobis clausum.

Carol⁹ cognomento magn⁹.

Et ecce equus albus: exponunt de regno Hierosolymitano dealbato per sanctitatē christianorum: qui habitabant ibi post Gotifredus cepit illud primus rex ibi institutus. Et qui sedebat super eum ꝛc. Iste fuit Balduinus qui successit Gotifredo fratri eius in dicto regno Hierosolymorum. qui statim cepit dilatare regnum illud per expugnationem saracenorum anno dñi. M. c. O. Oculi eius ꝛc. describunt cōditiones eius. Et quod infra subdit. Vidi angelum vnum ꝛc. hic notat Joannes quandā magnā victoriā quam habuit Balduinus predictus quinto anno regni sui cōtra saracenos. Nam quum soldanus rex Egypti congregasset maximum exercitū ꝛ venisset contra christicolas ꝓ recuperanda terra sancta amissa: Balduinus cum paucis victoriā habuit magna strage facta de saracenis. Et vidi angelum ꝛc. que habentur in ca. isto. xx. vsq̄ ad locū istum. Et quum cōsummati fuerint mille anni ꝛc. exponunt aliqui de Calixto papa ꝛ de Hērico imperatore quinto huius nominis: q̄ cogente eum papa sub interminatione anathematis/ renūtiauit cōsuetudini qua vsi fuerant imperatores. i. inuestiendi episcopos ꝛ abbates per baculum ꝛ annulū p trecentos annos ꝛ amplius. s. a tēpore Caroli magni: q̄ potestas ei concessa fuerat sub Hadriano papa in cōcilio Rome habito. vt habetur in chron̄. Sigisb. vnde exponunt. Vidi angelum id est Calixtū papā habentē clauē abyssi. i. potestatem excommunicandi ꝛ catenā magnā. i. multitudinem cardinaliū ꝛ prelatorū/ ꝛ apprehendit draconē. i. Romanū imperatorez. et ligauit per censurā ecclesiasticā: ne amplius vterek tali potestate p mille annos. s. vsq̄ ad tēpus antichristi. Ponit enim numerus determinatus ꝓ indeterminato. Videtur tamē melior expositio ꝑm Nico. de Ly. eorū q̄ dicit hunc angelū esse Innocentiū papā tertium: q̄ approbauit ordines predicatorū ꝛ minorū anno dñi. M. cc. per quorū doctrinaz ꝛ exempla ecclesia est quodāmodo renouata: ꝛ potestas demonū restricta. Dicit ergo. Vidi angelū scz Innocentium papam: descendentē de celo. i. de apice pontificali condescendentem Dñico ꝛ Francisco/ habentē clauem abyssi. i. potestatem approbandi dictos ordines ad reprimendū potestatem demonū. ꝛ catenā magnā. i. fratrū dictorū ordinū multiplicationem. ꝛ apprehendit draconem q⁹ per eorū doctrinam ꝛ vitā potestas diaboli est repressa: ꝛ reprimetur vsq̄ ad tēpus antichristi: q̄ signat p mille annos. Sed tunc tēpore antichristi soluet: data sibi potestate magis seuiendi sed hoc modico tēpore. Et quod postea subditur. Et vidi sedes ꝛc. aliqui exponunt de psecutione Saladini. sed melius videt exponi de Tartaris q̄ anno dñi. M. ccxx. de terra sua exeuntes multos populos tam christianos q̄ paganos occiderūt. Sed dicit Nico. de Ly. q̄ ista expositio. s. a. c. xvij. vsq̄ ad istuz locū sibi videt impropria. i. extorta: et in pluribus improbat eā. vt q̄ dictū est in ea de gente saracenorum signata p Babylonē/ q̄ sit temporaliter destructa: quū magis nūc vigeat ꝛ Hierosolymā cū illis partib⁹ possideat. Itē q̄ intelligant de Balduino: q̄ cōiter a doctoribus exponunt de christo: et illud q⁹ habet scriptū nomen q̄ nemo nouit nisi ipse. Et illud nomē eius Verbum dei: ꝛ illud habet scriptum in femore suo rex regū. Item q⁹ ꝑm dictam expositionez scriptā in tribus dictis ca. ab annis ducentis ꝛ amplius sunt impleta: litera aūt sequēs immediate exponit cōiter ab oibus de tempore antichristi. Q⁹ aūt intāto tēpore cōtingentia de statu ecclesie: q⁹ aduentus antichristi nō appareat p̄pinquus: Jo. nihil. scripserit: nō videtur cōueniens: maxime quū dicat cōiter a doct. q̄ Jo. in hoc lib. scripserit notabilia circa ecclesiā cōtingentia vsq̄ ad mundi terminū. Propter hec ꝛ alia q̄ dici possum contra dictā expositionem mihi videt saluo meliori iudicio/ q̄ tota ista litera a ca. xvij. vsq̄ ad locū istū nondū sit impleta. Et q⁹ nō sum ꝓpheta neq̄ filius ꝓphete: nolo de futuris aliquid dicere: nisi q̄ a sacra scriptura vel a doctoribus sanctis ꝛ authenticis elici pōt. Potest etiā hoc addi ad dicta Nicolai/ q̄ expositio etiā facta de. vij. sigillis ꝛ. vij. angelis rubicinātibus. ꝛ. vij. angelis effundentibus phialas suas: cuius sit pura adaptatio: illa gesta descripta sint vere impleta: vtrū Jo. euangelista de illis intellexerit exposi tis an de alijs incertū est nobis. ꝛ de quacunq̄ alia literali expositione. vnde Hugo cardinalis oia exponit mozaliter potius q̄ literaliter. Et quū cōsummati fuerint mille anni ꝛc. Hic describit̄ ꝓsecutio antichristi: de qua sacra scriptura ꝛ sancti doc. loquunt⁹ in pluribus locis. Per Gog/ q⁹ interpretatur tectū intelligit̄ antichrist⁹: q̄ erit tectū. i. habitaculum sathane. Per Magog/ quod interpretatur detector: intelligūtur ad herentes antichristo sui sequaces. Et congregabit eos in preliū. i. ptra cetū fideliū. Et vidi thronum. Postq̄ Joannes descripsit generalē ecclesie persecutionem iudicijq̄ precedentē: hic ponit iudiciū ipsum deinde

Jmpatoriapotestas a Calixto immiuta.

Ordis minorū ꝛ fratrū ꝑdicatorum ap probatio.

in.c.seq.s.xxj. describit statū ecclesie triūphantis post iudicium dñi ait/Et vidi celū nouū t terrā nouā/q; post iudiciū omnia innouabuntur in melius nō mutata substantia: sed qualitate celoꝝ t elementoꝝ in claritate t huiusmodi: qō totum cedet ad gloriā beatoꝝ. Et vidi sanctā ciuitatē hierusalem. i. electoꝝ societatē perfecta charitate vnitā. Nouam quantū ad corpoꝝ glorificationē. Et q; hoc fiet per gloriā animarū ad corpora redūdantē ideo subditur/Descēdentem de celo. Nam anime descendent de celo vt corpora reassumant: t in iudicio appareant: que erunt impassibilia clara/agilia/t subtilia. A deo paratam/dotibus scilicet anime visione/tentione t fruitione: t corporis dotibus scilicet dictis. vnde subdit. Sicut sponsam ornatā viro suo. Et describens Joan. finalem consummationem quo ad electos dicit. Audiui vocē magnam de throno. s. diuine maiestatis/dicentem effectu. Ecce tabernaculū dei cū hominibus. i. habitatio dei cum hominibus beatis inseparabilis: q; semper eam habebunt presentem per apertā visionem. Et per hoc excluditur oē malū culpe t pene. Unde subditur. Et mors vltra nō erit ꝛc. nec anime nec corporis quo ad beatos. Nā quo ad reprobos erit mors sine morte. Et dixit q̄ sedebat i throno/scz per effectum operis/dixit deus trinus t vnus. Ecce nouā facio oīa scz celos elementa t corpora sanctoꝝ. Et dixit mihi scribe ad informationē scz ecclesie militātis. Factū est. i. consummatū est gaudiū beatoꝝ. Ego sum alpha t o. principiū t finis. Est enim deus principiū effectiuū omnium: q; omnia procedunt ab eo: t finis ad quē oīa ordinantur. Ego sitienti dabo de fonte aque viue. i. debito modo desideranti dabo participationē vite beate gratis: q; primā gratiā nullꝰ merek. Qui vicerit/scz carnē/mundū t diabolū/possidebit hec/scz hereditate ppetua. Et ego ero illi in deum: scilicet dans gloriā. Et ipse erit mihi in filiū: per assimilationē. Timidis autē scilicet timore mūdanoꝝ propter hoc ad mortalia declinātibus t in eis decedentibꝰ. Et incredulis/vt iudeis/saracenis/hereticis t ceteris infidelibus. Execratis. i. reuertētibus ad pctā enormia/veneficis. i. maleficis sortilegis. Et mendacibus scz mendacio pernicio sorte alijs vitijs mortalibus. Pars illoꝝ in stagnū ignis. i. retributio eoꝝ in gehenna infernali. Postea describit Joannes magis in particulari magnificentiā superne hierlm et noīa apostoloꝝ ibi descripta de quibus modo agetur.

¶ De ecclesia primitiua et gestis suis/vt dicit ex actibus apostolorum. Capitulum. ij.

Actus apl̄oꝝ. HIeronymus in prologo bibl̄ie sic ait. Actus apl̄oꝝ nudā quidem sonare videnꝫ hystoriā: t ecclesie nascentis infantiā tenere: sed si nouerimus scriptorē eoꝝ Lucam esse medicū cuius laus est/in euāgelio: aliaduertimus pariter oīa verba eiꝰ aie languētis esse medicinā. Tractat igit̄ in principio de christi ascēsione: qua peracta (vt ibidicit) reuersi sunt apl̄i in hierlm in cenaculū. xj. s. Nam iudas scarioth duodecimus post proditionē seipsum ex desperatiōe suspendens crepuerat medius ad inferna descendens. Hi autē oēs apostoli erant pseuerantes in oratione vnanimiter cū mulieribus t Maria matre Jesu: t fratribus eius. i. consanguineis christi ex parte matris nō quidē germanis: q; sicut christū peperit virgo primogenitū: sic t vnigenitū. Erat autē turba hominū simul fere centuꝝ viginti. In illis ergo diebus qui sunt inter ascensionē t pentecosten: Petrꝰ sciens se a christo summū pastorē institutū exurgēs in medio fratrū dixit. Viri fratres oportet impleri scripturā: quā predixit spūssanctus per os Dauid de Juda qui fuit dux eorum qui cōprehenderunt Jesum: qui connumeratus erat in nobis: scz in collegio duodecim apostoloꝝ/illud videlicet q̄ scriptū est per pſ. cviij. Fiat commoratio eius deserta: t episcopatū eius accipiat alter. Oēs enim apl̄i a christo fuerunt facti episcopi in vltima cena. Oportet ergo ex his viris qui nobiscū congregati sunt in omni tēpore quo intrauit t exiuit inter nos dñs Jesus incipiēs a baptismate Joannis vsq̄ in diem qua assumptus est a nobis: testez resurrectionis eius fieri nobiscum vnum ex istis. Et de communi consilio t assensu elegerūt duos ex septuagintaduobus discipulis christi fama sanctitatis celebriores t videlz Joseph qui vocabatur Barsabas qui cognominatus est iustus/germanum Jacobi minoris t matthiā in lege eruditissimum. Et statuentes eos in medio orauerunt dicentes. Tu dñe qui corda oīm nosti: ostende quem elegeris ex his duobꝰ/scz aliquo signo in locū apostolatus Jude/t dantibus eis sortes: cecidit sors sup Matthiā. De istis sortibus quales fuerint: est duplex opinio. Nam Dionysius ōt hanc sortem fuisse quendā radium splendoris q̄ apparuit super Matthiā. Ex quo signo insinuatū est omnibus videntibus ipsum a deo vocari in apostolatum pro Juda. Sed alia opinio cōmunior est q̄ fuerunt sortes cōes: sine dicanꝫ diuinatorie sine consultorie/quibus hoies frequenter vtunꝫ ad aliquid diuidendū vel cognoscendū de re dubia fīēda. Et nota q; q; vt dicit Jsiō. Matthias sorte est electꝰ: quē primū per apostolos legimus ordinatū: ideo ordinati in minoribꝰ vel maioribꝰ ordinibus dicūtur clerici. Cleros enim grece vnde clericus ōr: latine sors vel hereditas dicit. Ideo clerici dicuntur tales: q; de sorte sunt dñi: vel q; deū patrē habent. di. xxj. c. j. Item nota q̄ et si oēs Jesus elegerit apl̄os duodecim simplices t illiteratos ne scz cōuersio mūdi per p̄dicationem eoꝝ attribueret humane industrie t sapientie: sed virtuti diuine: voluit tū ab apl̄is assumi in coapostolum Matthiā eruditū in lege: ad insinuandū posteris rectoribꝰ ecclesiarum q̄ periti viri nō idiote sunt ad clerū et regimen animarū assumendi: sic et Paulū doctissimum in lege de celo vocauit ad apostolatum. Adnumeratus est ergo Matthias cū vndecim apl̄is vt esset duodecimus. Qui numerus sacer denotat t p̄fectionis eoꝝ plenitudinem: t officij sui effectum salutarem. Est enim numerus superabundans: q; partes eius aliquote in se multiplicate superabūdant ad ipm numerū. Sunt enim ptes eius aliquote/vnū/duo/tria/quatuor/sex: q̄ simul collecta constituūt sedecim. Signat etiam q̄ p ipsos apl̄os duodecim doctrina euāgelica christi quaternaria in quatuor ptibus mundi/oriētis/occidentis/austri: t aq̄lonis/erat ppagāda: ex qua susciperet mūdus noritiā trinitatis cū trib⁹ virtutib⁹ theologicis. Ab his dicit editū symbolū cōtinens totā substantiā credendoꝝ distinctam in duodecim articulos: vt q̄libet eoꝝ appositus esset parti suā: vt notat Host. in summa. Hi figurati sunt per. xij. patriarchas filios Jacob. p. xij. explozatores terre promissionis p. xij. lapides p̄ciosos insertos in ornamēto pōtificis. p. xij. fontes aquarum repertos in Helym in deserto.

Clerico rum no men vſ sumptū

§. I. Quuz autē cōplerētur dies

Act. c. ij. pētecostes: t̄ erat quinquagesimus dies a solēnitate pasce quā diē pentecostē solēnizabant iudei per hebdomadam: in memoriam beneficij eis a deo collati: scz legis mosayce in monte Sina. Ad quod festū cōcurrebant iudei de diuersis partibus mūdi sm preceptū legis ad Hierusalē. Jam enim per varias captiuitates eoꝝ erant iudei dispersi per orbē. Illa ergo die q̄quagesima christi resurrectione apostolis simul congregatis cum alijs discipulis christi vtriusq̄ sexꝰ: t Maria matre Jesu hora tertiarū ipsis orātibus factꝰ est de celo tanq̄ sonus aduenientis spūs vehemētis. i. acsi spiraret vehemēs ventus: t̄ t replevit domū totam illius cenaculi. Et in illo sonitu apparuerūt super oēs illos congregatos dispertite lingue tāq̄ ignis. in quo signo visibili missa est in eis iuisibiliter spiritussancti gratia in maxima plenitudine. Non ergo ille ignis visibilis q̄ apparuit sup eos erat persona spiritussancti: qui spūs inuisibilis est. Nec in vnitate pſone spūssanctus ignē illū assumpsit: sicut dei filiꝰ naturam humanā. sed ignis ille de nouo formatus est a deo t in preiacentē materiā postea redactus: ad ostendendū inuisibilē effectum quem in eis operabatur. vt scilicet legem igneam charitatis infusam in cordibus suis feruentib⁹ linguis ignitis per orbem promulgarent: corda auditoꝝ accendendo ad dei amorē t primitꝰ zelo ignito animarum salutem quererent. Quod per effectū subito patuit. Nam post posito omni timore quo prius clausi manebāt: domū egressi sunt ad predicandū publice oibus. Audito eīm per ciuitatem illo magno sonitu erga illud cenaculū: subito concurrit maxima multitudo diuersarum nationū que venerāt ad diez festum/ad scisciranduꝫ causam illius sonitus: Apostoli ergo visa multitudine ceperunt loqui varijs linguis magnalia dei. Aliqui intelligunt isto modo videlicet vt loquētibus apostolis in vno idiomate solo: puta hebraico: t oēs audientes aliorum idiomatū sub illo intelligerent suū vnusquisq̄ eoꝝ. Sed si hoc fuisset: potuisset hoc miraculū calumniari: t magis attribui virtuti auditoꝝ qui intelligerent idioma alienū q̄ virtuti loquētis. Et ideo dicit tho. in summa. q̄ loquebātur (vt dicit litera) varijs linguis ipsi apostoli in diuersis tēporibus: nunc hebraica quod intelligebant hebrei presentes: nunc greca q̄ percipiebant greci nunc italica q̄ sciebant romani. nūc arabica t sic de alijs. Propter quod admirati qui cōuenerant dicebant adinuicem. Nonne omnes isti Galilei sunt? t quomodo nos audiuimus vnusquisq̄ linguā nostrā in qua nati sumus? Parthi t Medi ꝛc. Alij vero irreligiosi t leues irridebant eos dicentes/Quia musto pleni sunt isti: putantes q̄ ex ebrietate sic varie loquerentur. Petrus astans cum alijs apostolis predicando reprobauit locutionem illoꝝ et opiniones qui dicebant eos ex ebrietate taliter loqui: quia hora erat diei tertia:

Spiritussti mio.

Apl̄os varijs linguis fuisse/locutos quō itel ligēdū.

Apl̄i facti sunt epi.

Sortes quales fuerint.

tertiā in qua ꝑ magno crimine habebant iudei ante illam horam bibere. Sed declarauit tunc in eis impletaz ꝓphetiam Johelis: qz predixit missionē copiosam ſpūſſancti dicens. c. ij. In nouissimis diebus effundā de ſpiritu meo ſuper oēm carnem. i. ſuper vtrūq; ſexum hoīm ꝛc. Effusio importat ſuperabundantiam. Exinde oſtendit Petrus predicando ꝓphetiam Dauid de xp̄i morte ꝛ reſurrectione impletamin eo qō ps. dicit. Non dabis ſanctū tuū. i. chriſtuz videre corruptionē. Notas mihi feciſti vias vite (ait chriſtꝰ ad patrem) quod fuit in reſurrectione: eque de Dauid oſtēdi non pōt intelligi: quū viderit corruptionē: quod patebat et ſepulchro eius. Inducit et illud. Dixit dominꝰ domino meo ꝛc. Quibus auditis cōpuncti ſunt corde. ꝛ petentibꝰ in quid deberent facere ꝑ ſui ſalute: reſpondit Petrus. vt peniterent ꝛ baptiſmū reciperent in noīe Jeſu chriſti. Quod ꝛ factū eſt: ꝛ ſuper eos baptizatos deſcendit ſpūſſanctus forma ignis: ꝛ loquebātur varijs linguis: et appoſiti ſunt ad eos numero tria milia baptizati. In illo aūt principio ex inſpiratione ꝛ diſpēſatione ſpūſſancti baptizabātur illa forma ſcz Baptizo te in noīe Jeſu chriſti. vt dulceſceret tale nomen: ꝛ ipſe Jeſus in cordib⁹ fidelium: per cuius inuocationem tantū donum videbāt ſe recipere: quod alijs erat infidelibus abominabile. Et dicit Lucas ꝙ erant perſeuerantes. ſ. conuerſi ad fidem in doctrina apl̄oꝝ ꝛ cōmunicatione fractionis panis. i. ſacre cōmunionis ꝛ oratonibus. Fiebat aūt omni aie timor: ꝛ multa miracula faciebāt apoſtoli in hieruſalem. Qui aūt conuertebātur: vēdebāt poſſeſſiōes ſuas: ꝛ precū rerū venditarum ponebant ante pedes apoſtoloꝝ: oia habētes in cōmuni: ꝛ diuidebant: ſingulis neceſſaria prout vnicuiq; opus erat. Et erant quotidie frangētes circa domos panē. quod cōiter exponitur de pane ſacramētali euchariſtie. Nā cōgregatis ſimul in domo aliqua: ꝓmiſſis oꝛonibus quibuſdā cerimonijs deuotis (vt vt pie credi pōt) ꝛ ſi nō per ſcripturā expreſſuz ſit oēs cōicabant etiā laici: qō ſacramentū cōficiebant ipſi apl̄i vel alij diſcipuli ordinati a chriſto vel apl̄is eius in ſacerdotes.

Act. iij.

§. II. Una autē dierū aſcēdentibus

in templū ad horā orationis nonā Petro ꝛ Joāne: qui dam infirmus claudus ex vtero matris ſue/qui mendicabat ad portam templi. i. atriū templi dictā ſpecioſam: petebat eleemoſynam ab ipſis Petro ꝛ Joanne introeuntibus in templū. Cui reſpicienti in eos ꝛ expectanti eleemoſynā ait Petrus: Argentum ꝛ aurum nō eſt mihi: quod aūt habeo hoc tibi do. In noīe ieſu chriſti nazareni ſurge et ambula. Qui ſtatim ſanatus ambulauit: intrās cum eis in tēplum ꝛ laudans deū. Quūq; oēs ſtuperent: ꝛ multi concurrerent ad intuendū miraculū: dixit Petrus ad pp̄lm. Viri iſraelite quid admiramini ꝛ intuemini in nos: quaſi noſtra virtute fecerimus hūc ambulare: Jeſus quē vos interfeciſtis: ſed deus eū ſuſcitauit a mortuis: ipſe eū ſanauit. Penitemini igitur ꝛ cōuertimini. ſ. ad fidē eius: vt deleant peccata veſtra. Hic enim Jeſus eſt ille de quo predixit Moyſes. Prophetam ſuſcitabit vobis dñs deus veſter de fratribus veſtris: ipſum tanq̄ me audietis iuxta oia quecunq; vobis locutus fuerit. Erit aūt ois anima que nō audierit ꝓphetam illū: exterminabitur de plebe. ſ. cetu ſanctoꝝ. Et oēs ꝓphete a Samuele ꝛ deinceps annuntiauerunt dies iſtos. Ad Abraā etiā dixit/ In ſemine tuo benedicētur oēs familie terre. Vobis igit primū deus ſuſcitans filiū ſuū miſit eū benedicentē vobis. ſ. hūc Jeſum: vt cōuertat ſe vnuſquiſq; a ſua nequitia. Multi aūt eoꝝ q̄ audierant verbuz crediderūt. Et factus eſt numerus eoꝝ quinq̄ milia. Nota ꝙ die pētecoſtes cōuerterat ad fidē tria milia. vt ſupra patuit. Hūc aūt facto miraculo hoc cōuertit q̄nq̄ milia. Et ſic ia eccleſia primitiua. Hieroſolymis hz octo milia, fideliuz. Sed loquētibus apl̄is ad pp̄lm ſuperuenerūt ſacerdotes ꝛ magiſtratus ꝛ ſaducei ꝛ dolentes ꝙ predicarent Jeſum et reſurrectionē a mortuis: ceperūt eos: ꝛ poſuerunt in carcerem. Sequenti aūt die cōuenientes in hierlm principes ſacerdotū ꝛ ſcribe ꝛ Anna ꝛ Cayphas ꝛ oēs de genere ſacerdotali: ſtatuentes apl̄os cora ſe in medio: interrogabāt in qua virtute fecerant illud miraculū. ſ. claudi ſanati. Reſpōdit Petrus ꝙ in virtute ꝛ noīe Jeſu nazareni quem crucifixerant: ſed deus eū ſuſcitauerat. Et qz hic eſt lapis reprobatus a vobis edificantibus qui factus eſt in caput anguli nec eſt aliud nomē ſub celo datū hoibus in quo oporteat ſaluos fieri. Videntes aūt petri ꝛ Joānis conſtantiam: cō perto ꝙ eſſent hoies ſine literis: ꝛ ſcientes qz cum Jeſu erant: admirabant: nec poterāt celare miraculū vel calumniari: quū eſſet ꝑſens ille ſanatus. Et facto inter eos concilio ꝙd agerent de eis: demū vocātes eos/mandauerunt ſub cōminationibus ne vltra loquerent: nec docerent vltra in noīe Jeſu. Quibus reſpōdentes Petrus ꝛ Joannes: ꝛ dixerunt. Si iuſtum eſt vos potius audire ꝙ deū: iudicate. Nō eſt poſſumus q̄ audiuimus ꝛ vidimus nō loqui. Qui dimiſſi cum comminatorijs mandatis: reuerſi ad ꝓfratres narrauerunt q̄ dixerāt eis principes ſacerdotū. Oēs aūt orantes dixerunt. Dñe qui feciſti celū ꝛ terrā/qui p os Dauid dixiſti/ Quare fremuerūt gētes ꝛc. reſpice in minas eoꝝ: ꝛ da ſeruis tuis cū omni fiducia loqui verbū tuū. Oratione completa motus eſt locus: ꝛ repleti ſunt ſpūſācto. loquētes cū fiducia verbū dei: ꝛ virtute magna reddebant apl̄i teſtimonium reſurrectionis Jeſu chriſti dñi noſtri. Multitudinis aūt credentiū erat cor vnū ꝛ aia vna. Nec quiſq̄ eoꝝ q̄ poſſidebat ſuū aliquid eſſe dicebat: ſed erāt illis oia cōmunia. Nec quiſq̄ egens erat inter illos. Preciū eſſ eoꝝ que vendebant poſſeſſionū ꝛ agroꝝ erat in diſpēſatione apoſtoloꝝ. Act. v.
Unde ꝛ Barnabas leuites genere cyprius/ſocius peregrinationis Pauli poſtea deputatus/quū haberet agrum: vēdidit: ꝛ precū apl̄is aſſignauit. Quidā aūt Ananias nomie cōuerſus ad fidē cū vxore Saphyra vendētes agrum ſuum partē precij attulerunt Petro: aſſerēdo nō pluri precio illū vēdidiſſe: partē ſibi retinuit cōſcia vxore. Qō Petrus i ſpū cognoſcens/dure redarguit eum de tali mendacio. Ad cui⁹ increpationem ſubito cecidit mortuus: inde delatus ad ſepulchrum. Et quū paulo poſt vxor Saphyra Petro ſe ꝑſentans/interrogata foret ab eo de quātitate precij: ꝛ ipſa mētirer: redarguta a Petro ſubito expirauit. In quo inſinuatum eſt ꝙ ſit dānabile ꝛ mortiferū vitiū ꝓprietatis in religione: vbi oia eſſe debent in cōi: ſicut primi chriſtice le degebāt hieroſolymis. ꝛ de hoc. xij. q. ſ. dilectiſſimis. ꝛ. c. futurā.
Per manus aūt apoſtoloꝝ fiebant ꝓdigia ꝛ ſigna magna in populo. Magis aūt augebatur multitudo virorū ac mulierū credentiū dñorita vt in plateis eiicerēt infirmos: ꝛ ponerēt in lectulis: vt veniēte Petro ſaltē vmbra eius obumbraret quēq; illoꝝ. Currebat aūt ꝛ multitudo vicinarū ciuitatū afferētes egros ꝛ vexatos a ſpiritib⁹ immūdis: qui oēs curabant. Principes aūt ſacerdotū cū illis qui erāt de ſecta ſaduceoꝝ repleti zelo inuidie: qz magis ac magis augebat numerus fideliū ꝛ doctrina ꝛ fama ſanctitatis: ceperunt apl̄os: ꝛ miſerūt in carcerē. Sed nocte illa angel⁹ dñi ſoluit illos ꝛ mandauit vt mane pp̄lo predicarent. Quod et factū eſt. Mane aūt cōgregato concilio mandarunt miniſtris ſuis vt eductos de carcere eos cora ſe ſiſterēt. Qui eūtes ad carcerē/retulerūt illis ſe carcerē inueniſſe ſup quo quū ambigerent q̄d de eis factū eſſet: aduenit quidā dicens illos eſſe in tēplo populū docentes. Tunc abijt magiſtratus adducēs eos ſine vlla vi: qz timebant vim eis inferre ꝓpter populum ne lapidaret eos. In medio autē cōcilij poſiti redarguti ſunt: quare nō ſeruaſſent precepta eoꝝ: ſcz de non predicando vltrius Jeſum: ſed totā ciuitatē replenerant doctrina illa. Quibus Petrus: Obedire oportet deo magis ꝙ hominibus. addens reſurrectionē Jeſu factā a deo quem illi crucifixerāt. Que quū audiſſent: diſſecabant ꝛ cogitabant interficere illos. Surgēs aūt quidā in cōcilio phariſeꝰ nomine Gamaliel legis doctor ꝛ honorabilis vniuerſe plebi/ iuſſit foras ad breui fieri hoies. i. apl̄os: ꝛ dixit ad cōgregatos in cōcilio. Viri iſraelite attēdite vobis ſup hoib⁹ iſtis q̄d acturi ſitis. Et poſuit exemplū duoꝝ qui ſua ꝑſumptione fecerūt ſe capita mltoꝝ: nouitates interādo. ſ. Theodas quidā dicens ſe aliq̄d magnū: ꝛ multitudini cōgregate ad eius doctrinā ꝓmiſit ꝑ iordanē ducēdā. Qui cū ſuis. ſ. cccc. viris occiſus eſt. Deinde Judas quidā galileus qui congregatione facta aſſerebat tributa nō danda Romanis: ꝛ occiſus ad nihilum redactus eſt cū ſuis. Et his cōcluſis ſic. Diſcedite ab hoibus iſtis: ꝛ ſinite illos. qm̄ ſi eſt ex hominib⁹ conſiliū hoc: diſſoluet. ſi vero ex deo nō poteritis diſſolue re eos: ne forte ꝛ deo videamini repugnare. Et placuit omnibus cōſiliū ei⁹. Vñ conuocantes apl̄os eis ceſis demandauerūt ne amplius loquerent in noīe Jeſu. Qui dimiſſi ab eis ibant gaudētes a cōſpectu concilij: qm̄ digni habiti ſūt ꝓ noīe Jeſu cōtumelia pati. Hic Gamaliel fuit magiſter Pauli: vt ipſe ait, demū chriſtian⁹ effectus cum filio: cuius corpus repertū eſt cū corpore ſcti Stephani eo reuelante.

Petri ꝛ Joānes ob claudi ſanati cū invincula cōiecti.

Gamaliel ꝓcerum.

§. III. Creſcēte autē numero diſcipulorum

factū eſt murmur Grecoꝝ aduerſus Hebreos eo quo eo ꝙ deſpicerentur in miniſterio quotidiano vidue eoꝝ: vel qz nimis grauabātur in exercitijs manualibus plus ꝙ mulieres Hebreoꝝ: vel quia nō admittebantur ſicut ille. Solent eſſ mulieres etiā bone emulari adinuicez: q̄ plus requirunt obſequia ab alijs ꝙ ab eis: reputātes ſe contēni. Qō murmur ſtatim apl̄i duodecim ſedauerunt. Nam cōgregata multitudine dixerūt nō eſſe equū eos derelinque-

Act. vj. c.

re verbū deit⁊ ministrare mensis.i.dispēsationi rēporaliū. Considerate ergo (aiunt) fractres ex vobis viros boni testi monij septē plenos spūsancto ⁊ sapientia: quos constituamus super hoc opus: nos orationi ⁊ predicationi vacabimus. Placuit hoc omni multitudini. ⁊ elegerūt septem ex eis q̄ magis idonei sunt existimati optime fame. s. Stephanum / Philippū Prochorū / Nicanorē / Timonē / Parmenaz / et Nicolaum aduenā antichenum: ⁊ imposuerūt apl̄i eis manus diacones instituentes eos. vñ Gratia. dist. xx. §. f. in fi. dicit Leuitas ab apl̄is ordinatos legimus: quorū maximus fuit btūs Stephan⁹. Subdiaconos autē accholytos procedente tpe eccl̄ia sibi cōstituit. hec ibi. Oō intelligendum est ſm Tho. in. iij. quantū ad explicationē ⁊ manifestam distinctionē ordinū in officijs suis. Nā quantū ad primam institutionē christus oēs ordines instituit: sicut ⁊ oia sacramēta. sed vltimus supradictorū fuit hereſiarcha. Uñ dicti sunt nicolaite de quo ferē q̄ habuerit vxorē pulcherrimā. Et q̄ suspicio orta est contra eūq̄ zelotypus esset de eā ad tollendā suspicionē dixit ipsam ⁊ alias vxores debere esse cōes oībus: scz in cognoscēdo eas. ij. q. vij. non ois.

Prima diaconum instituio

§. III. Stephanus autem plenus gr̄a spūssancti ⁊ fortitudine, vltra officiū administationis rerū / viduis predicabat: ⁊ faciebat p̄digia ⁊ signa magna in populo. Quadā aūt die surrexerūt quidā ex iudeis Alexādrinis Cyrenēsibus ⁊ Asianis ad disputandum cum Stephano: vt puta de scripturis circa aduētū messie. ⁊ quū nō possent resistere sapiētie ei⁹: submiserūt falsos testes q̄ accusarent eū / se audisse verba blasphemie ab eo in deū et Moysen. Et capientes eū duxerūt in cōcilio: dicētibus testibus falsis / Iste nō cessat loqui aduersus locū sanctum ⁊ legē. Audiuim⁹ enī eū dicentē q̄ Jesus nazaren⁹ destruet locū istū: ⁊ mutabit traditiones Moysi. Et intuētes in eū qui erant in cōcilio viderūt faciē eius tanq̄ faciam angeli. Interrogauit aūt princeps sacerdotū si hec ita se haberēt. Stephanus aūt respōdens fecit prolixū sermonem: refellens falsitatē testium cōtra eū de blasphemia. Nam cōmendat deū z dicens. Deus glorie. s. autor dator ⁊ contentor. i. cōtinens oēm gloriā cōmēdat multipliciter patres eorū: maxime Abraam Isaac Jacob ⁊ Joseph: Moysen magistr Dauid quoq̄ ⁊ Salomonē. ⁊ ipm templū ⁊ benefica plurima eis collata a deo. Demum increpans duritiā eorū dixit. Dura ceruice ⁊ incircūcisi cordibus et auribus vos semp spūi sctō restitis: sicut patres vestri: ita ⁊ vos. Quem eūm pphetar⁹ nō sunt p̄secuti p̄res vr̄i? Et occiderūt eos q̄ annuntiabāt de aduētu iusti cui⁹ vos nūc p̄ditores ⁊ homicide fuistis. Audiētes aūt hec stridebant dētib⁹ in eū. Intē dens aūt Stephanus in celū vidit gloriā dei: ⁊ ait. Ecce video celos apt̄os: ⁊ filiū hois stantem a dextris dei. Exclamātes aūt voce magna cōtinuerūt aures suas scz in. detestationē reputātes eū blasphemasse: q̄ se dixerat Jesum vidisse a dextris dei. Et ejicientes eū extra ciuitatē lapidabant inuocantē ⁊ dicētē. Dñe Jesu accipe spm̄ meū. Et positis genibus p̄ inimicis orabat dicēs. Ne statuas illis hoc peccatū. Quo dicto obdormiuit in dño. Ut aūt expediti⁹ possent in eū lapides iacere: exuentes vestimēta sua deposuerunt ea secus pedes adolescētis Sauli q̄ postea conuersus factus est Paulus dict⁹. ¶ In illa aūt die facta est magna p̄secutio in eccl̄ia primitiua Hierosolymis: ita vt oēs disp gerēt p regiones Judee ⁊ Samarie preter apl̄os. Sepelierunt aūt Stephanū lapidatū viri timorati ⁊ fecerūt planctum magnū sup eū. Fuit aūt lapidat⁹ Stephanus eodem anno quo ⁊ christ⁹ crucifixus scz mēse augusto sequēti tertia die. Sed corpus ei⁹ inuentū fuit anno dñi. cccc vij. et imperij Honorij anno. vij. Que inuētio facta est ſm Bedam in chron̄. hoc modo. Nā cuidā Plybytero Luciano morant in territorio Hierosolymitano ⁊ in stratu suo q̄escenti sed vigilāti / apparuit sctūs Gamaliel magister Pauli doctor eximius tribus vicibus in diuersis noctib⁹: ostēdēs ei corpora eorū sub specie quatuor calathorū: triū aureorū habētium rosas ⁊ quartū erat argenteū plenū croceis ⁊ locū vbi iacerēt: declarās ei illa esse sctōr Stephani lapidati a iudeis ⁊ Nicodemi q̄ christū sepeliuit: ⁊ q̄ fuerūt christiani ⁊ filij sui q̄ etiā fuerat fidelis ⁊ hoc intimaret Joāni Hierosolymitano archiepo. Oō ⁊ fecit ⁊ inuēta corpora ipso loco designato trāstulit in sion cū magna veneratiōe. In cuius inuentiōe narrat Aug. in. xxij. de ciui. dei. sex mortuos suscitatos: ⁊. lxx. hoies a varijs ifirmitatib⁹ liberatos. e quibus alīq̄ in hipponēsi diocesi sanati sunt. Postea trāslatum est corpus ei⁹ sequēti die post natalē dñi. Sed q̄ magis deposteā transtulit ecclesia festa: vt scilz de martyrio ei⁹ agatur post natalem immediate ⁊ de inuentiōe eius tertio augusti quādo fuit lapidatus.

Bti Stephani martyrium.

Actuum ca. vj. ⁊. vij

Actuum ca. vij.

Corporū diui stephani ⁊ Inuentio.

§. V. Qui autē dispersi erant ſi deles ⁊ recesserāt ab Hierl'm: p̄trāsibant p ciuitates euāgelizantes verbū dei. Philippus aūt non quidē apl's: ſz vnus ex septē diaconib⁹. descēdens in ciuitatē Samarie predicabat illis christū. Intēdebāt aūt turbe verbis ei⁹: videntes signa q̄ faciebat in ejectiōe demones ab obsessis ⁊ sanando infirmos. Uir aūt quidā noīe Simon qui fuerat in ciuitate magus: seducēs gentē Samarie / dicēs se esse aliquid magnū: cui assentiebāt oēs dicētes / Hic est virt⁹ dei magna ⁊ multo tpe sic infatuauerat eos. Quū autē hoies illi crediderunt Philippo euāgelizanti de regno dei et noīe Jesu et baptismū reciperēt: credidit vel potius simulauit se credere ⁊ baptizat⁹ est ⁊ adhesit q̄ Philippo admirās sup miraculis maximis q̄ fiebāt a Philippo. Quū autē audissent apl̄i q̄ erant Hierosolymis: q̄ recepit Samaria verbū dei. s. credendo ⁊ baptismū suscipiēdo: de quo cōsilio miserūt ad eos Petrū ⁊ Joānē vt principaliores: vt darēt eis sacramentū cōfirmationis. Erāt enī tm̄ baptizati in noīe Jesu: sed nondum christmati. Hui⁹ enī sacramēti collatio semp fuit epis reseruata. Petrus igit ⁊ Joānes q̄ epi erāt: p̄missa oratione imposuerūt man⁹ sup illos baptizatos: ⁊ immediate accipiebāt spm̄ sanctū: scz in signo ignis visibili. de quo sacramento habes in tertia pte. Quū aūt vidisset Simon q̄ per impositionē man⁹ apl̄or⁹ accipiebāt hoies spm̄ sanctū: obtulit apl̄is magnā pecuniā summā vt darēt ei illā p̄tem: scz dādi spm̄ sanctū. Cui Petrus maledixit dicēs in detestatione criminis / Pecunia tua tecū sit in p̄ditionē: quū existimasti donum dei pecunia possideri ⁊c. Et ille. Precamini vos p me ad deū vt nihil eor⁹ q̄ dixistis veniat super me. Quia igit iste fuit prim⁹ i nouo testamēto: q̄. cōmisit simoniā: et cōpletet q̄ ideo voluit emere spūalem illā gratiā vt alijs postea ipse venderet: in quo cōsistit vitiū simonie: scilz emendo vel vendendo spūalia: ideo ab eo denominant⁹ tale vitium perpetrantes: scz simoniaci. s. q. s. q̄ studet. Et in detestationem tāti criminis etiā pecunia ipsa maledicta est. Sed de hac materia simonie vide. ij. parte diffuse. tit. s. c. s. Erinde angelus dñi dixit Philippo vt iret in viā qua descenditur ab Hierl'm in Gazam cōtra meridiē. Qui pergēs inuenit illic quēdā eunuchū ethiopē potentē: q̄ erat super oēs gazas regine ethiopū. Lādacis: qui venerat adorare in Hierl'm: ⁊ inde reuertebatur in patriā: sedēsq̄ in curru suo legebat Esaiam pphetā. Appropians aūt Philippus currui ⁊ audiens eū legentem Esaiam: dixit eunucho. Putas ne intelligis que legis? Qui respondit. Quomodo possum intelligere nisi quis mihi ostenderit. Rogauit Philippum vt ascenderet in currum suū. Erat aūt locus scripture quē legebat: illud: Tanquā agnus ad occisionem ductus est ⁊c. Generationē eius quis enarrabit? Interrogabat ergo Philippum an pphetā illud loquebatur de se an alio: ⁊ de quo quod Philippus exposuit. quia de christo Jesu intelligebatur. annuntians ei mysteria christi et viam salutis scz p baptismum. Et ambulando simul applicuerunt ad locum vbi erant aque. Quisq̄ eunuchus affirmaret se omnia credere q̄ Philipp⁹ ei p̄dicauerat: baptizat⁹ est ab eo: ⁊ reuersus cū gaudio in terrā suā. ⁊ Philipp⁹ inuent⁹ est in Azoto. Interea Saul⁹ deuastabat ecclesiaz vt lup⁹ rapax domos intrās cōuersoū ad fidē: ⁊ trahēs eos vtriusq̄ sexus in custodiam

Sacrm cōfirmationis.

Philippus diaconus.

Actuum ca. ix.

§. VI. Saulus igitur ipse spirans minarū ⁊ cedis in discipl'os dñi: abijt ad p̄cipes sacerdotum petens epistolas potestatis: vt quos inueniret in via pergēs damasci fideles: vinctos: p̄duceret in Hierusalē. Quū autem iter faciēs appropinquaret Damasco circunfulsit eum lux de celo et cadens in terraz ex terrore audiuit vocem dicentem sibi. Saule saule quid me persequeris? Et q̄ persequebatur vtique christum: quia persequebatur fideles membra ecclesie: cuius ipse caput erat. Cui saulus. Quis es dñe? Et ille. Ego sum Jesus nazarenus quē tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Cui Saulus tremens ait. Dñe quid me vis facere? Cui respondit. Ingredere ciuitatem: ⁊ ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Uiri aūt qui comitabantur eum stabant stupefacti: audiētes vocem: ⁊ neminē videntes. Qui trahentes eum ad manus q̄ nihil videbat: introduxerūt in ciuitatē vbi in domo cuiusdā qui dicebatur Judas mansit tribus diebus nō videns neq̄ manducans nec bibens. Apparuit interea dominus cuidam discipulo noīe Ananias simplici viro: mandans ei vt accederet ad Saulum in domo Jude. Et quum ille timeret eum dicens. Dñe audiui de hoīe isto quāta mala fecerit

Saul⁹ post ea Paulus.

la fecerit cõtra fideles in Hierusalem ꝛc. Dñs confortauit eu dicens. Vade ad eũ quoniã vas electionis est mihi iste vt portet nomen meũ coram gẽtibus ꝛ regibus ꝛ filijs isrl; ego ostendam illi quanta oporteat eũ pati p nomine meo. Accessit ad eum Ananias ei dicẽs q dñs Jesus qui sibi apparuerat in via/miserat eum. Et posita manu super eum: cciderunt tanq squã me ab oculis eius: ꝛ visum recepit. Baptizatusq accipiens cibum confortatus est. Ingressusq synagogas que erant Damasci/predicabat Jesum: quoniaꝫ hic est filius dei: ꝛ per scripturas cõuincebat iudeos: diſputãs cũ eis. Stupebãtq magis eo q pri9 psequebat discipulos christi. Ubi nota sm Aug. q vbi ptãs datur iniqua malo prohibendi sunt: ꝛ ad bonum cogẽdi exẽplo hoc. Nã si volũtas mala semp sue pmittẽda esset libertati: ꝛre paulus nõ est permissus in persecutione ecclesie: Sꝫ pstratus vt cecaretur: excecatus vt mutaret: mutatus vt mitteretur missus est vt qualia fecerat in errore talia pro veritate pateret. xxiij. q. iiij. quis nõ potest. ¶ Quũq iudei facto consilio quererẽt mortẽ eius: ꝛ custodiri facerẽt portas ciuitatis vt caperent: hoc scito submissus est nocte in sporta p muros ciuitatis a discipulis: ꝛ sic euasit. Quũq inde venisset Hierl'm: tentabat iungere se discipulis sed oẽs timebãt eum: nõ credẽtes verũ esse discipulũ/sed simulatuꝫ ad nocẽdum. Barnabas aũt duxit eum ad apl'os: insinuans quõ in via vidisset dñm: ꝛ vere esset cõuersus: ac Damasci fiducialiter predicasset in noie Jesu. Eratq cũ illis intrãs ꝛ exiẽs in hierusalem disputabatq cũ grecis ꝛ loqbatur cum gentibus. Et q: reuincebat eos: querebant eum occidere. Qõ quum cognouissent fratres: deduxerunt eũ Cesaream: ꝛ dimiserunt Tarsum. Ecclesia autẽ per totam Judeam et Samariam habebat pacem: ꝛ edificabatur ambulans in timore dñi: ꝛ consolatione spiritussancti replebatur. Actuꝫ ca. ix.

§. VII. Petrus autẽ discurrens

venit Lyddã: ibiq in noie Jesu sanauit paralyticuꝫ nomie Eneam. In Joppe quoq que ppe Lyddam erat quã mozetur dieb9 illis: quedã discipula noie Thabita plena eleemosynis ꝛ opibus bonis: missum fuit p Petro rogãdo ne pigritaret venire illuc. Qui quũ venisset ꝛ mortuã inuenisset motus lachrymis ꝛ precibus viduarũ ꝛ aliorũ quibus Thabita faciebat vestes ꝛ alias eleemosynas: resuscitauit eã. Quo diuulgato miraculo multi crediderunt in Jesum. ¶ Erat aũt in Cesarea quidã gentilis noie Cornelius centurio cohortis q dicit italica: vir religiosus timẽs deũ cũ omni domo sua: faciẽs eleemosynas ꝛ deprecans deũ semper. Hic hora nona vidit angelũ dei manifeste: scz in forma humana sibi dicentẽ q orationes sue ꝛ eleemosyne ascenderant in cõspectũ dei. Orabat essi p salute sua. Et q mitteret p Petro qui tũc erat in Joppe in domo Simonis coriarij. Et hic sibi diceret q̃d eũ oporteret facere p salute cõsequẽda. Qui quũ misisset duos ex domesticis suis appropinquantibus illis ciuitati Joppe: Petro hora sexta orãti in superiori parte domus quũ esuiret: ꝛ interim sibi pararetur cibus: factꝰ est sup eũ excessus mentis: ꝛ vidit celum apertũ ꝛ vas quoddã velut linteum submitti de celo quatuor initijs in quo erant oĩa quadrupedia serpentia ꝛ volatilia. Et facta est vox de celo dicens. Surge Petre. occide ꝛ manduca. Et petrus. Absit a me dñe: quoniã nũq manducaui cõmune ꝛ immundũ. Et vox scõo ad eum. Qõ deus purificauit tu ne cõmune direris. Et factũ est hoc pariter tertio. Et vas demũ receptum est in celum. Quũq Petrus cogitaret super visionem quid significaret: mutiq Cornelij pulsauerunt ostiũ domus illius: querẽtes Petrum. Cui dixit spiritus. Surge: vade cum illis qui petunt te nihil dubitans/quia ego misi illos. Per illam aũt visionem debabatur intelligi q Petrus cũ ceteris apostolis nõ solũ iudeos sed ꝛ gentiles immũdos per ritus idololatrie deberent occidere a vitijs: ꝛ comedere: id est in corpozare cõuersos ad fidem ecclesie: quod factum est tunc in Cornelio cũ familia sua: postea in toto orbe. Applicante ergo Petro Cesareaꝫ/Cornelius conuocatis cognatis ꝛ amicis obuius fuit Petro ꝛ procidens adorauit eũ. Sed Petrus subito leuauit eum dicens. Surge: ego homo sum sicut tu. Intransq domum interrogauit a Cornelio causam sue vocatiõis. Qui explicauit sibi apparitionem angeli hoc dicentis. Unde et parati erant facere quecũq mandaret eis. Et Petrus. In veritate cõperi: quia nõ personaruꝫ acceptor est deus: sed in omni gẽte q timet deũ ꝛ operat iustitiã/acceptus est illi. Et pdicabat illis Jesu passionẽ resurrectionẽ miracula ꝛ sanctitatẽ: cui oẽs pphete testimoniũ perhibẽt accipere remissionem pctoꝝ per nomẽ eius. Hec petro loquẽte: cecidit spũssanctus super oẽs q audiebant verbum. s. in specie ignis. Et obstupuerũt ex circũcisione fideles q venerãt cũ Petro: q: ꝛ in nationes. i. gẽtiles gra spũssancti diffusa est. Audiebant eñ ꝛ illos loquẽtes varijs linguis ꝛ magnificãtes deum. Quos oẽs Petrus fecit baptizari in noie Jesu christi. ¶ Reuertente aũt Petro Hierosolymam post aliquot dies: quidã ex iudeis conuersis ad fidem zelanter p lege disceptabant aduersus Petruꝫ quare introisset ad viros gentiles ꝛ manducasset cum eis scz cum Cornelio ꝛ familia sua. At Petrus retulit eis visionẽ suam super his et Cornelij vocantis eum ꝛ mãdatum dñi cõcludens. Ego q̃s eram qui possem prohibere deũ? His auditis tacuerũt glorificaueruntq deum dicentes quia ꝛ deus gentibus penitentiam ad vitam dedit. Ex quo innuitur q prelatiꝰ si nõ teneantur ex debito: tamen debent aliquando rationẽ assignare subditis in rebus obscuris: que disponunt ad reprimendum querelas: vt habeꝯ. ij. q. vij. petrus. et. §. seq. Qui autem dispersi erant in lapidatione Stephani: discurrebãt predicando per Phenicẽ/Cyprum/Antiochiam: iudeis tantum loquentes. Jn Antiochia autẽ loquentibus ipsis ad grecos: magna multitudo ibi conuersa est. Quo audito misserunt apostoli ex hierosolymis Barnabã plenum fide et spiritusancto ad confirmandum illos in fide et doctrina. Qui Barnabas pergens Tarsum vbi erat Paulus: duxit eum Antiochiã: ꝛ per annum ibi conuersati sunt in ecclesia docentes turbã multã ibi cõuersam. Et primum ibi. s. Antiochie discipuli christi nuncupati sunt christiani: quod nomen omnes fideles retinent semper. Superuenientib9 autem quibusdã pphetis ab Hierosolymis Antiochiã. Agabus propheta prenuntiauit famem magnã futuram in vniuerso orbe: que facta est sub Claudio imperatore. Discipuli autem prout quisq habebat: ppposuerunt in ministerium mittere habitãtibus in iudea fratribus: qõ ꝛ fecerũt mittentes ad seniores: qui. s. habebant prouidere conuersis vicinis per manus Barnabe ꝛ Pauli. Thabite suscitatio. Act. c. x. Christi sectatores q̃ christiani nuncupati sunt.

§. VIII. Eo tpe misit herodes

rex manus: vt affligeret quosdã de ecclesia. Et quum occidisset iam Jacobũ apostolũ fratrẽ Joannis decapitando in festo azymorum: apposuit apprehendere ꝛ Petrum. Qõ et fecit ponens eum in carcerẽ sub magna custodia vinctũ duabus catenis. Nocte autẽ precedente diem qua erat eum occisurus: ecclesia quidem interea sine intermissione orante pro eo: angelus ei adstitit cum lumine: ꝛ excitans eum dixit. Surge velociter. Et subito ceciderunt cathene de manibus eius. Et dixit sibi q se precingeret: ꝛ calciaret: et vestimentum sumeret sequendo eũ. Et portis reseratis miraculose/prima scõa ꝛ tertia que erat ferrea: egressus est cuz angelo disparente. Petrus ad se reuersus qui prius existimabat se somniare: ait. Nunc scio vere quia misit dñs angelum suũ qui eripuit me de manu herodis: ꝛc. Accessit inde Petr9 ad domum Marie matris Marci: vbi multi erant congregati orantes pro liberatione Petri. ꝛ pulsante ostium Petro: accessit puella ad ostium vt sciret quis esset. Et quũ cognouisset vocẽ Petri: pre gaudio nõ subito aperuit: sꝫ iuit nuntiare q Petrus erat. Cui dixerunt. Insanis. Quũ autẽ illa affirmaret: dixerunt. Angelus eius est. Quumq Petr9 perseueraret pulsans: aperientes ostiũ viderũt vere eẽ Petrum: ꝛ obstupuerũt. Et narrauit quomodo liberatus eẽt. Et significarunt Jacobo ꝛ fratribus. Et egressus abijt Petrus ad alium locum tutiorem. Herodes autẽ frustrat9 est de malignitate sua in Petrũ. Sed ꝛ punitus est. Nã descendens a Judea in Cesareã: ibi cõmoratus est. Erat autẽ iratus Tyrijs ꝛ Sydonijs: ꝛ psuaso Blasto cubiculario regis: postulabant pacẽ eo q alerentur regiones eoꝝ ab eo. Statuta autẽ die Herodes vestitus veste regia sedebat pro tribunali ꝛ concionabatur ad eos. Populus acclamabat voces dei ꝛ nõ hois: adozãs eũ pro deo. Nã veste sua auro et argento mirabiliter intexta ꝛ ornata: sedentecq in loco vbi sol radiabat mirabilis splendor in eo apparebat: ppter qõ populus adorabat. Et q: nõ dedit gloriã deo: sed sibi cõplacuit in illo cultu ꝛ veneratione dei sibi exhibita: angelus domini percussit eum: ꝛ consumptus vermibus expirauit. Act. ca. xij. Libera tio petri a vinculis. Mors herodis turpissima.

§. IX. Quum aũt essent in eccle

sia Antiochie plures pphete ꝛ doctores ꝛ inter quos erat Paulus ꝛ Barnabas: ministrantib9 illis dño ꝛ ieiunantib9 dixit spiritussctũs. Segregate mihi Barnabã ꝛ Saulum in opus ad qõ assumpsi eos: scz ad pdicandũ gẽtib9 discurrendo per orbẽ. Qui ieiunãtes ꝛ orãtes imposuerũt eis manũ dimittẽtes eos: q̃ venerũt Seleuciã ꝛ inde Cyprum. et quũ perambulassent Paulus ꝛ Barnabas vniuersam insulam vsq Paphũ: inuenerũt quendã iudeũ magũ pseudo prophetã nomine Bariẽ seu Elymã cũ procõsule Sergio Paulo viro prudente: q̃ procõsul vocari fecit Paulũ ꝛ Barnabam

desiderans audire verbū dei ab eis. Sed ille magus Barien resistebat: querēs auertere pconsulē a fide. Sed Paulus increpans eū dure de sua malitia ⁊ falsitate vocās eū filiū diaboli: pcussit eū cecitate solo verbo. qō cernēs pconsul admirans sup doctrina dñi credidit. Exīde pfecti sunt Pergen Pāphylie: vbi ioānes q̄ ⁊ Marcus cōsobrin⁹ Barnabe recessit ab eis pergēs Hierosolymā videre suos. Ipsi autē Paulus ⁊ Barnabas venerūt Antiochiā: ⁊ ingressi synagogam iudeorū: ad requisitionē eor⁹ Paulus surgēs fecit sermonem: referēs quō deus elegisset pres eorū: ducensq; de Egypto dederat terrā pmissionis post pegrinationē eorū p desertū quadraginta annis: ⁊ qua terra eiectis ⁊ exterminatis septē nationibus Chananeorū/dedit eis iudices vsq; ad Samuelē: ⁊ post eū reges pcipue Dauid: de cuius semine Jesus christus erat: quē Joānes baptista predicauerat pplo esse saluatorē: quē quum pcurassent a Pilato vt crucifigeret sine vlla causa: deus suscitauerat a mortuis die tertia ⁊ visus fuerat a multis q̄ tūc hec pdicabant. qō totū predixerat Dauid in ps̄. ibi. Filius me⁹ es tu ⁊c. Et alibi. Nō dabis scīm tuū videre corruptionem. qō de Dauid nō poterat intelligi. Et p Jesum ois q̄ credit iustificatur: nō per opa legis mosayce: exhortando eos ad fidē Jesu: et ne in duritia remanerēt: ⁊ multi iudeorū ⁊ aduenarum secuti sunt Paulū ⁊ Barnabā. Sequēti sabbato quum pene vniuersa ciuitas cōueniret audire verbū dñi: iudei repleti zelo multa die cōtradicebant ijs q̄ a Paulo dicebant blasphemātes. Quib⁹ Paul⁹ ⁊ Barnabas cōstanter dixerunt. Vobis quidē. s. iudeis oportebat primū loqui verbū dei: Sed q̄m illud repellitis ⁊ indignos vos iudicatis eterne vite: ecce cōuertimur ad gētes. Audiētes aūt gētes gauise sunt ⁊ glorificabāt verbū dei: ⁊ crediderūt oēs quotquot ꝓordinati erāt ad vitā eternā. Judei aūt cōcitauerūt religiosas mulieres ⁊ honestas ⁊ primos ciuitatis: ⁊ excitauerūt pse cutionem in Paulū ⁊ Barnabā: ⁊ eiecerūt de finibus suis. At illi excusso puluere pedum in eos: venerunt Jconium.

Actuus ca. xiij. ¶ In Jconio pdicantib⁹ in synagoga iudeorū: multi crediderunt iudeor⁹ ⁊ grecor⁹. Qui aūt nō crediderunt ex iudeis: suscitauerūt psecutionē: ⁊ ad iracundiā concitauerūt alias gentiū aduersus fratres. sed dñs dedit cito pacem. et multa signa fiebāt p eos. Diuisa est multitudo ciuitatis: ⁊ quidā erāt cū iudeis: q̄dā cū apl̄is. Factoq; gentilium ⁊ iudeorū cū pncipib⁹ suis magno tumultu: vt cōtumelijs afficerent ⁊ lapidarēt eos. Intelligētes hoc fugerūt ad ciuitates Lycaonie Lystram ⁊ Derben. Predicabāt aūt Paulus ⁊ Barnabas lystris: ibiq; Paulus quēdam claudū nō valentem ambulare/q̄nū credidisset doctrine eius: sanauit. Qō vidētes turbe clamauerunt dicentes. Dij similes facti hoibus descenderūt ad nos. vocātes Barnabam Jouem: et Paulū Mercuriū: q̄ ipse erat dux verbi. Quibus etiā sacerdos Jouis volebat cū turbis tauros in sacrificium offerre sed Paulus ⁊ Barnabas cōscissis vestib⁹ phibuerunt clamantes ⁊ dicentes. Quid facitis ⁊ nos mortales sumus similes vobis hoīes: ⁊ annuntiamus vobis cōuerti a dijs vanis ad deū viuū creatorem oīm. q̄ vix sedauerūt eos ne immolarent. Superuenerūt aūt quidā de Jconio ⁊ Antiochia iudei: qui persuaserunt turbis: ⁊ lapidātes Paulū traxerūt extra ciuitatē existimātes mortuū. Circūdantibus autē eū discipulis surgēs ingressus est ciuitatē. Et exīde profecti sunt in Derben: ⁊ euāgelizantes vbiq; ⁊ narrātes quāta p eos fecisset deus ⁊ de cōuersione gentium.

Actuus ca. xv. **§. X. Quidam aūt descēdentes** de iudea ex cōuersis ex iudaismo: docebāt fratres q̄m nisi circūcidamini ſm morē moysi. nō potestis salui fieri. Quibus cōtradicentib⁹ Paulo ⁊ Barnaba facta est seditio non modica inter discipulos Antiochie ex ista cōtrarietate opinionū. Statuerūt aūt mittere Hierosolymā ad apl̄os p decisione huius q̄stionis. Missi sunt aūt ex vna parte Barnabas ⁊ Paulus: ⁊ alij p prte contrariū sentientium. q̄ applicantes Hierosolymā suscepti sunt honorifice ab apl̄is ⁊ ecclesia: ⁊ conuenerunt apl̄i ⁊ seniores videre de verbo hoc. Ubi nota hoc fuisse primū concilij ecclie. Quū q̄stio pposita esset: surgēs Petrus q̄ vt summus pōtifex habebat ōter minare q̄stionē: in qua q̄stione negotiū fidei versabatur. s. de obseruatiōe legaliū. dixit. Viri fratres vos scitis quia a diebus antiquis elegit de⁹ p os meū audire gētes verbum euāgelij ⁊ credere: fide purificās corda eor⁹ ⁊c. Cōclusit ōter

Primus ecclesie cōciliū.

minando nō esse gētiles cōuersos grauādos in obseruatione legaliū/circūcisione/⁊ aliorū cerimonialium. Exinde locutus est in concilio Jacobus minor archiepūs Hierosolymis factus ab apl̄is: nō tāq; maior Petro vel determinās questionē: quū hoc ad eū nō pertineret: sed pro parte cōcilij seu aliorum de cōcilio approbās ⁊ confirmans determinationem Petri: sicut patres in cōcilio respondere solēt p Placet. Quod quū placuisset oībus desti narunt apl̄i ⁊ seniores nuncios Antiochiam ad Paulū ⁊ Barnabā ⁊ alios cū literis hec ꝓtinentib⁹. Apl̄i ⁊ seniores fratres ijs q̄ sunt Antiochie. ⁊ Syrie ⁊ Cilitie fratribus ex gentibus salutē. Qm̄ audiuimus q⁹ quidā ex nobis exeuntes turbauerunt vos verbis: euertētes aias vestras: quib⁹ nō mādauimus ⁊c. Cōcludentes/Visum est spūisancto ⁊ nobis nihil vltra oneris vobis ponere q̄ hec necessaria: vt abstineatis vos ab immolatis simulachror⁹ ⁊ sanguine ⁊ suffocato ⁊ fornicatione. Valete. Primū phibuerūt vt tolleret suspitio occasio ydololatrie. Secōm ⁊ tertiū nec cōuersantes cū iudeis cōuersis qui ab his ⁊ obseruantia legis abstinebāt: redderentur abominabiles hmōi vtētes: ⁊ inde oriretur indignatio ⁊ cōtentio inter eos. Quartū phibuerunt vt per se malum. Sed quia gentiles existimabant illud licere: scz soluti cum solutat: ideo phibuerūt: ſm Tho. in summa. Uenerunt ergo nuntij Antiochiam. lectisq; literis gauisi sunt omnes ⁊ consolati in his. Post aliquot dies dicēte Paulo ad barnabam vt discurrerent p ciuitates q̄bus pdicauerat ad cō firmandos conuersos in fide: Barnabas volebat iter itinere vt cū eis duceret Joannes q̄ ⁊ Marcus cōsobrinus eius: Paulus aūt cōtradicebat. nō essi iudicabat eū idoneum ad tale ministeriū: ex eo q⁹ vt timidus recessisset ab eorū societate. Uel q⁹ vt nimis affectus ad ꝓpinquos iussset ad eos videndū Hierosolymā. Barnabas cōpatiēs infirmitati ei affectus oīno volebat secum illuz ꝓficisci. factaq; est inter illos dissentio: ita vt abinuicē discederent. Qō totū dispensauit deus: vt diuisi ad diuersas partes accederent magisq; fructificarent pluribus nationibus predicando. Necsin illa dissensione peccauerunt: q⁹ vterq; bono zelo mouebat vt dicit Uincen. in spe. histo. Barnabas ergo cum Joanne seu Marco nauigauit Cyprum: Paulus autem cum Syla perambulauit Syriam ⁊ Cyliciam confirmans ecclesias: ⁊ precipiens custodire precepta apl̄orum ⁊ seniorum.

§. XI. Peruenīes aūt Paulus

cū Syla Lystrā: inuenit ibi quēdam discipulū. s. cōuersum ad fidē noie Timotheū filiū vidue fidelis: patre tñ gētili. Hic est cui Apl̄s descripsit epl̄as duas q̄ habentur in canone. Et quū ꝓcepisset hūc paulus optime fame: decreuit secum ducere: ⁊ qz incircūcisus erat: ne iudei conuersi in illis partibus zelātes p obseruatione legaliū scandalizarentur ducēdo secū incircūcisum: circūcidit eū secū ducēs. Quum aūt trāsirent Phrygiā ⁊ Galatiā: vetiti sunt a spūisancto loqui verbū dei in asia. s. p reuelationē. Et quū tentarēt ire Bithyniā: nō pmisit spūs̄ctus: forsitan ꝓstans aliqō impedimētum. In Troade autem morando in visione apparuit Paulo vir macedo deprecās eum ⁊ dicens. Trāsi in Macedoniam ⁊ adiuua nos. Intelligēs ex hoc Paulus deo placere vt in Macedonia pdicaret: illuc accessit. Permanentes aut aliquo tpe Philippis q̄ est pars Macedonie: euntes foras portā Paulus cum socijs ad certū locū orationis obtauerūt cuidā puelle habēti spm̄ phytonicū: q̄ magnū questū pstabat dñis suis in diuinando. Clamabat aūt ista post eos dicēs. Hi hoīes sunt serui dei excelsi q̄ annūtiant vobis viā salutis. Et quū hoc ageret pluribus diebus: dolens sup hoc Paul⁹ vna die rū dixit spiritui illi diabolico. Precipio tibi in noie Jesu christi exire ab ea. Qui statiz dimisit eā. Qō vidētes dñi eius quoniā questum illum perdidissent: indignati cōtra Paulum ⁊ socios p duxerunt eos ad principes in forū: ⁊ offerentes magistratibus/dixerunt: Hi hoīes conturbant ciuitatē nr̄ā q̄ sunt iudei: ⁊ annuntiant morē quē nō licet nobis tenere q̄ sumus romani. Plebs ergo accurrens ⁊ magistratus sciss̄is tunicis eos iusserunt virgis cedi acriter: ⁊ in carcerē arctū miserunt: ligno strīgentes pedes eor⁹ ⁊ sub diligēti custodia. Media aūt nocte paulo ⁊ Syla laudantibus deū terremotus factus est magnus: ⁊ carceris ostia aperta ac vincula dissoluta. Exp gefactus aūt custos carceris vidēs eū apertū: existimauit illos fugisse ꝓpter quod euaginato gladio suo volebat se occidere. Sed clamauit paulus dicēs. Nil mali tibi feceris: hic enim oēs sumus. Qui assumpto lumine introiens pcidit ad pedes Syle ⁊ Pauli: ⁊ credens in Jesum ad doctrinam eor⁹ baptizatus est cum familia sua. Facta die magistratus iussit custodi vt dimitteret eos liberos. Paulus autem dixit. Cesos nos publice ⁊ indemnatos hoīes Ro-

Actuū ca. xvj.

manos

manos miserunt ⁊ in carcerē ⁊ nunc occulte ejiciunt: Non ita erit: sed veniant ipsi nos ejiciāt. Qō audiētes magistratus. s. q̄ essent Romani: timuerunt. Unde veniētes deprecati sunt eos vt exirent ciuitatē. Dicit Augu. contra Petilianum hereticū. Si in adiutoriū vestrū terreni imperij leges assumendas putatis: nō reprehendimus. Nā fecit hoc Paulus: quū aduersus iniuriosos Romanū ciuem se esse testat vt hic ⁊ infra ca. xxij. ¶ Recedētes ergo venerunt Thessalonicā in qua p tria sabbata Paulus in synagoga iudeoꝝ disserebat de scripturis: insinuans q̄ oportuit christum pati ⁊ resurgere: ⁊ q̄ hic est christus quē annuncio vobis: et multi crediderunt ex iudeis ⁊ gētilibus. Alij iudei repleto zelo de vulgo quosdam malos cōcitauerunt ⁊ turbam ciuitatis cōtra Paulū ⁊ socios: ⁊ venientes ad domuz Jasonis non inuenientes ibi: traxerunt ipsum Jasonē fidelē et aliquos alios ad principes ciuitatis: clamātes q̄ turbarēt ciuitatem contra decreta Cesaris facientes: dicentes alium regem esse Jesum. Sed accepta satisfactione ab Jasone et socijs dimiserunt eos. Paulus autē occulte per noctem dimissus est: ⁊ venit in Beroen: qui susceperunt cū auiditate verbum dei quotidie scrutantes scripturas in synagoga: si hec ita se haberēt. Et multi crediderunt ex iudeis ac gentilibus vtriusq̄ sexus. Suscitataq̄ turbatione a quibusdā contra Paulum: fratres dimiserunt Paulum. Indeq̄ deductus fuit Athenas: ⁊ ibi disputabat cum iudeis in synagoga: ⁊ cum colentibus idola in foro per omnes dies. Quidaz aūt epicurei ⁊ stoici philosophi disserebant cum eo. Et q̄dā dicebāt. Quid vult seminiuerbius hic dicere? Alij dicebant Nouorum demoniorum videtur hic annuntiator esse. quia predicabat resurrectionem mortuorum. Et apprehensum eū duxerunt ad areopagum dicentes. Possumus scire que hec est noua doctrina tua? Uolumꝰ scire quenā hec sunt. Areopagus est quedam villa seu ciuitas vbi colebatur mars: in qua erat precipuum studiorū philosophorum. Et dicit in textu: Athenienses oēs ⁊ aduene hospites ad nil aliud vacabant: nisi audire aut dicere aliquid noui. Stans ergo paulus in medio areopagi: ait. Uiri athenienses. per oia quasi superstitiosos vos video. Preteriens enim ⁊ videns simulacra vestra/ inueni ⁊ aram in qua scriptum erat. s. p titulo/ Ignoto deo. Qō ergo vos ignorantes colitis: hoc ego annuntio vobis. Ex his igitur sumpsit materiā predicandi: dicens q̄ deus creator celi ⁊ terre quū det omnibus vitam ⁊ inspirationē: fecitq̄ ex vno oē hominum genus inhabitare super terrā: definiens statuta tēpora ⁊ terminos habitationis eorum: querere deū si forte attrectēt eū aut inueniāt: quis nō longe sit ab vno quoq̄ nostrū. In ipso enī viuimꝰ mouemur ⁊ sumus. sicut quidā vestrorū poetarū dixerunt ipsius enī ⁊ genꝰ sumus. Ex hoc p̄bat Beda licere doctoribus seu predicatoribꝰ inducere auctoritates gentiliū. dis. cxxvij. turbat. Raro tamē hoc egit apl's. Quū ergo audissent verba apli p̄dicantis futurā resurrectionē quidā irridebant eū: alij dixerūt. Audiamus te de hoc iterū. ⁊ aliqui inherētes doctrine Pauli crediderūt: inter q̄s fuit Dionysius areopagita supradictus maximus philosophus cū Damari vroze suo. ¶ Egressus Paulꝰ ab Athenis venit Corinthū. ⁊ inueniens quēdam iudeū nomine Aquilam Ponticum genere/ ⁊ Priscillam vrozē suā: q̄ venerāt ab Italia: eo q̄ precepisset Claudiꝰ imperator abscedere oēs iudeos a Roma: accessit ad eos. Et q̄ eiusdē erāt artis. s. scenofactorie: manebat apō eos ⁊ operabatur. Sicq̄ de labore manuum suarū pudebat sibi ⁊ socijs Timotheo ⁊ Syle qui secū erāt. Cōtradicentibꝰ autē iudeis ⁊ blasphemātibꝰ doctrinam Pauli ait ad eos. Sāguis vester sup caput vestrū. Mundꝰ ego ex hoc ad gētes vadā. Et inde migrans venit in domum Titi iusti ⁊ colētis deum. Crispus autē archisynagogus credidit cum oī domo suā: ⁊ multi Corinthiorum baptizati sunt. Per noctē autē dñs in visione confortauit eū ne timeret q̄ secū erat: ⁊ cōstanter p̄dicaret q̄ pplserat sibi in ciuitate illa. s. cōuertendus ad fidem. Unde ⁊ ibi permansit p annū cū dimidio docens verbū dei. Gallione autē pconsule Achaie existente: insurrexerunt iudei pno aio in Paulum: ⁊ duxerūt ante tribunal accusantes: q̄ ptra legē hic suadet colere deū. Incipiente paulo rādere dixit Gallio ad iudeos. Si esset iniquū aut pessimū facinus o iudei: audirem vos. Si vero questiones sunt de verbo ⁊ nominibus legis vestre vos ipsi videritis: iudex ego horum esse nolo. et remouit eos a tribunali. ¶ Demum valefaciens Paulus fratribus perrexit in Syriā: ⁊ postea in Ephesum: exinde in Galatiam ⁊ Phrygiā confirmās oēs discipulos. Ephesi aūt quum esset deuenit illuc quidā iudeꝰ noie Apollo Alexandrinus vir eloquens potēs in scripturis. Hic edoctus viam dñi feruēs spū loquebat ⁊ docebat diligēter q̄ erant Jesum sciens tm̄ baptisma Joānis. Hunc quū audissent Priscilla ⁊ Aquila qui illuc venerāt cū Paulo assumpserunt eū ⁊ diligentius docuerūt eū viā dñi. Uenientq̄ paulus Achaiam multū cōtulit his qui crediderant. Uehemēter enim iudeos reuincebat publice ostendens per scripturas esse Jesum christum quē. s. p̄dicabat. Quū aūt paulus iterum venisset Ephesum: inuenit quosdā discipulos. i. christianos: quos interrogauit an recepissent spiritū sanctū: scz visibiliter i specie ignis. Qui quū respōdissent se nescire si est spiritus sanctꝰ: ⁊ tm̄ se baptizatos baptismo Joānis. Qui fecit eos baptizari in noie dñi iesu christi. Quo facto Paulo imponēte manus vt eōs christmatis venit spūs sanctus sup eos: et loquebātur linguis pphetātes. Erāt aūt numero. xij. Quotidie autē disputabat suadēs de regno dei. qō factum est per bienniū: ita vt oēs qui habitabāt in Asia audirent verbum dei iudei ⁊ gētiles. Uirtutesq̄ dei faciebat p manꝰ Pauli: ita vt ēt sup lāguidos deferrent a corpe eiꝰ sudaria vel semicinctia: ⁊ recedebāt ab eis lāguores: ⁊ spūs imūdi egrediebāt. Tētauerūt aūt q̄dā ex iudeis exorciste inuocare nomē Jesu sup demoniacos vt expellerēt demones: dicentes. Adiuro vos p Jesum quē p̄dicat Paulus. Erāt aūt cuiusdā Scene p̄ncipis sacerdotū. vij. filij hoc faciētes. Rūdēs autē spūs nequā ait. Jesum nouiꝰ ⁊ paulū scioꝰ vos āt qui estis? Et insiliēs hō in quo erat demoniū pessimū in eos / invaluit ꝫ ipsos: ita vt nudi ⁊ vulnerati effugerēt de domo illa. Et diuulgatū est hoc oībus iudeis ⁊ gētilibꝰ habitantibus Ephesi: ⁊ magnificabat nomē dñi Jesu. Multiq̄ credentiū veniebāt cōfitētes actus suos. Multi aūt ex his q̄ fuerant curiosa sectati cōtulerunt libros: scz artis magice: et combusserunt eos coram omnibus. Et computatis precijs eorum inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta milium.

Actuz cap. xvij

Actuz ca. xviij

Actuz ca. xix.

§. XII. His expletis disposuit

Paulus in spū trāsita Macedonia ⁊ Achaia ire Hierosolymam dicēs/ q̄m̄ postq̄ fuero ibi: oportet me videre Romā. Et mittens in Macedoniam Timotheum ⁊ Erastum / ipse remansit ad tēpus in asia. Eo aūt tpe facta est turbatio nō minima de via dñi. Nā q̄dā Demetrius noie argentarius q̄ faciebat edes Diane argēteas: vū p̄stabat questū non modi cum artificibꝰ ex illo artificio: cōcitauit opifices ptra Paulum: dicēs/ q̄ quū p̄dicet ptra deos asserēs q̄m̄ nō sunt dij q̄ fiūt manibꝰ hoim: euacuabit cultꝰ Diane nō solū Ephesi sed etiam in tota Asia: ⁊ destruet maiestas eiꝰ quaz colit tota Asia ⁊ orbis. His auditis repleti ira clamauerunt dicētes. Magna Diana Ephesiorum. Et implata ē ciuitas confusione. Et impetū fecerunt ynanimiter in theatruz rapto Gaio ⁊ Aristarcho macedonibꝰ comitibꝰ Pauli. Ipso autē Paulo volente intrare in populū: nō permiserūt discipuli: ne sz occideret. Sed ⁊ q̄dā amici eiꝰ rogauerūt vt nō se daret in theatrū. Alij aliud clamabant. Eratq̄ eccl'ia confusa: ⁊ plures nesciebāt qua ex causa cōuenissent. De turba autē detraxerunt Alexandrū propellentibus eum iudeis. Alexāder aūt silētio manu postulato: quū vellet reddere rationē cognoscētes eum iudeū esse: quasi p duas horas clamauerūt. Magna Diana Ephesiorum. Et quū sedasset scriba turbā: dixit. Uiri ephesij ⁊ quis est q̄ nesciat Ephesiorum ciuitatē cultricē esse magne Diane Jouisq̄ prolis? Quum ergo his cōtradici nō possit: vos sedatos esse ⁊ nil temere agere oportet. Adduxistis hostes istos neq̄ sacrilegos neq̄ blasphemantes deā vestrā. Qō si Demetrius ⁊ q̄ cū eo sunt artifices habēt aduersus eos aliquā cāz: quētus fore fes agūtur ⁊ pconsules sunt: accusent inuicē. Nam ⁊ periclitamur argui seditionis hodierne: quū nullus obnoxius sit de quo possumꝰ reddere rōnē cōcursus hui?. His dictis dimisit ecclesiā. ¶ Postq̄ aūt cessauit tumultus: vocatis Paulꝰ discipulis ⁊ exhortatꝰ eos valedixit: ⁊ venit i Greciā. vbi quū fecisset mēses tres facte sunt illi insidie a iudeis navigaturo in Syriā: habuitq̄ cōsiliū vt reuerteret p Macedoniā. Et comitati sunt eū Timotheus / Scōs / ⁊ Gaius ⁊ alij ex Asia ⁊ Thessalonica. Uenientesq̄ Troadē ibi morati sunt dieb'. vij. vna aūt dierū quū cōuenissent ad frangendū panē Paulꝰ disputabat cū eis ptraxitq̄ sermonē vsq̄ in mediā noctē. Erāt aūt lāpades copiose in cenaculo vbi erant pgregati. Quidā aūt adolescēs noie Eutychus sedens sup fenestrā ad audiendū: quū mergeretur somno graui disputāte diu Paulo: cecidit de tertio cenaculo deorsum: ⁊ sublatus est mortuꝰ. Ad quē: quū discēdisset Paulꝰ incubuit super eū: ⁊ cōplexus dixit. Nolite turbari. Aia em̄ eiꝰ i eo est. Ascēdensq̄ in domū frāgēsq̄ panē ⁊ gustās ptraxit sermonē vsq̄ in lucē. Adduxerūtq̄ puerū viuentē: ⁊ consolati sunt valde. Ascēdēteq̄ nauē Paulꝰ cū discipulis applicuerūt in Asson: ⁊ inde navigarūt cōtra chion: postea applicuerūt Samon: ⁊ die sequēti Miletū. Festinabat autē si possibile

ac. c. xix

act. c. xx

sibi foret diē pētecostē facere Hierosolymis. A Mileto aūt mittens Ephesum vocauit maiores natu eccl'ie: qui quum venissent ad eū: dixit illis. Vos scitis a pma die qua ingressus sum' in Asiā: qualiter vobiscū p oē tēp̄s fuerim seruiēs deo cū oi humilitate ⁊ lachrymis multis ⁊ tētationib⁹ que mihi acciderūt ex insidijs iudeoꝝ: quō nihil vobis subtraxerim vtiliū quo minus annūciarē vobis ⁊ docerē vos publice ⁊ p domos: testificās iudeis atq; gētilib⁹ in deū penitentiā: ⁊ fidē in dn̄m nostrū Jesum christū. Et nūc ecce ego alligatus spū vado in Hierl'm: q̄ in ea mihi vētura sūt ignorās: nisi q̄ spūsc̄tus per oēs ciuitates protestat mihi dicens: q̄m vincula ⁊ tribulationes me manent Hierosolymis. Sed nihil horū vereor: nec facio animā meam pretiosiorē q̄ me: dūmodo cōsummē cursum meū ⁊ ministerium v̄bi. Et nūc scio q̄ facie meā ampli⁹ nō videbitis. Quapro ptercontestor vos hodierna die: q̄ mūdus sum a sanguine omniū. Nō em̄ subterfugi quo minus annūtiarē vobis oē consilium dei. Et de hoc nota. di. xliij. epheſijs. Attēdite ergo (ait) vobis ⁊ vniuerso gregi in quo posuit vos spūssanctus epos regere ecclesiaz dei quā acquisiuit sanguine suo Ego scio q̄ post discessum meum in vos venient lupi: graues non parcentes gregi. s. heretici ⁊ pseudo predicatores. Et nūc commendo vos deo ⁊ verbo gratie eius: ⁊ vigilate mente retinentes q̄ dixi. Argentū ⁊ aurū aut vestem cuius q̄ nō concupiui. Vos scitis q̄m ad ea que mihi opus erāt ⁊ iis qui mecum sunt/ ministrauerūt manus mee. Oia ostendi vobis: q̄m sic laborātes oportet suscipe infirmos: ac meminisse verbi dn̄i Jesu: q̄m ipse dixit. Beati⁹ est magis dare q̄ accipere. Istud nō reperitur in euangelijs dictum: nec tū dubitandū q̄n dixerit: quū apl's cui a christo reuelatum est euangelium referat. Multa em̄ christus ⁊ fecit ⁊ dixit q̄ euangeliste retinuerunt. vt extra de cele. mis. cum marthe de hoc etiam. xvj. q. j. predicator. Demū positis gentib⁹ ora uit cum illis: magnusq; fletus fact⁹ est oīm: osculabāturq; eum dolentes maxime quia dixit non eum visuros ampli⁹ et deduxerunt eum ad nauem.

§. XIII. Nauigantes venimus

Act. ca. xxj. Cyprū sequenti die Rhodū: inde Patarā. Et nota q̄ Lu. auctor libri hic ⁊ alijs locis loquit̄ de huius peregrinatione in persona prima. s. venim⁹: q: socius fuit itineris ⁊ comes indiuiduus. Exinde Syriā ⁊ Tirū: A Tiro in Ptolemaidaz: et alia die venerūt Cesaream: ibiq; intrauerunt in domuz Philippi q̄ vnus erat ex. vij. diaconibus de quo supra cui erant quatuor filie virgines prophetātes. Et quū morarem̄ur in domo eius per dies aliquot supuenit quidā a iudea pphēta noīe Agabus intrans in domum vbi erat Paulus cum socijs: tulit zonā Pauli ea ligans manus et pedes sibiipsi et ait. Hec dicit spūsc̄tus: Unum cuius est zona hec sic alligabunt in Hierl'm iudei: et tradent in manus gentiū. Oō quū audītū esset: rogabant sui ⁊ alij illius loci ne ascenderet in Hierusalē. Tunc Paulus ait. Quid facitis flentes et affligentes coz meū? Ego em̄ nō solū alligari sed etiam mori paratus sum in Hierusalē pp̄ter nomen dn̄i Jesu. Et quum ei suadere nō possemus (ait Lu.) quieuimus dicentes: Dn̄i voluntas fiat. Post dies igit̄ illos ascenderunt Hierusalē: qui libēter recepti sunt a fratrib⁹ et sequēti die introiuit Paulus cū socijs ad Jacobū scz minorē: vbi erant ⁊ seniores ecclesie congregati. Quos quū salutasset: narrabat Paulus per singula quāta per eū fecisset in gentibus dn̄s p ministeriū eius: sup q̄b⁹ magnificabāt deū. Dixerunt aūt Paulo/ Vides frater quot milia sunt in iudeis q̄ credi derunt et oēs emulatores sunt legis? Audierunt autem de te: q: discessionē doceas a Moyse eoz̄ q̄ sunt per gentes iudeoz̄: ⁊ q̄ non debent circūcidere filios et alia cerimōialia seruare. Cōsuluerūt ergo ei ad tollendū scandalū et huiusmodi opinionē a iudeis q̄ cū quatuor ex iudeis p̄uersis q̄ habebāt sup se votū/ vt sanctificaret se cū eis in tēplo fm morē legis: ⁊ pp̄ter hoc reputarēt iudei zelatorē legis ⁊ iudicarent falsa esse q̄ audierāt de Paulo: ex quo ⁊ ipse seruabat legē in hmōi votis explēdis cū alijs. Oō fecit Paulus die sequēti intrās in tēplū cū illis q̄tuor ad oblationē faciē dā. Jn̄ aūt q̄ de Asia venerāt iudei vidētes Paulū in tēplo/ cōcitauerūt oēm ppl'm aduersus eū: ⁊ eiciētes man⁹ in eū clamabāt. Viri israelite adiuuate: hic est hō qui aduersus ppl'm ⁊ legē ⁊ hūc locū oēs vbiq; docet. Jnsup ⁊ gētiles induxit in tēplū. Cōmota est igitur tota ciuitas. ⁊ appzehēdentes Paulū trahebāt extra tēplū. i. atria tēpli. Et quū quererēt occidere Paulū: audiēs tribun⁹ q: tota p̄fundit̄ ciuitas: cucurrit ad locū cū militib⁹: quē vidētes iudei cessauerūt p̄cutere Paulū. Tribun⁹ aūt appḥendēs Paulū ligauit duabus catenis: interrogās q̄s esset. Alij aliō clamabāt. Et quū nō posset certū discerni p̄ tumultu: iussit duci i castra. Et quū venisset ad grad⁹: cōtigit vt portaret̄ a militib⁹ ppter vim ppli clamātis/ Tolle eū. Dixit aūt Paulus tribuno. Si liceret mihi etiā loq̄ aliq̄d ad te. Qui dixit Paulo. Nōne tu es egypti⁹ ille qui añ hos dies tumultū concitasti: et eduxisti in desertū quatuor milia sicariorum virorum? Cui paulus. Ego sum Judeus non ignote ciuitatis municeps. Rogo te permitte loqui ad populū. Oō quū cōcessisset: stans Paul⁹ in gradibus ⁊ manu silētio facto vt audiretur: locutus est hebraice dicēs. ¶ Viri fratres ⁊ patres audite quā ad vos reddo rationē. Ego sum vir iudeus a Tarso Liliciez eruditus ad pedes Gamalielis ⁊ nutritus in ciuitate ista: emulator legis sicut et vos nunc estis. Prosecutusq; est rez circa se gestam: quomodo euntē Damascum ad persequendum ⁊ capiēdū christianos circūfulsit eum lux ppe Damascū: quā quidē viderūt socij: sed vocē nō audierūt sibi dicentē/ Saule Saule ⁊c. put habet̄. s. c. ix. Factū est aūt reuertēti mihi in Hierl'm ⁊ orāti in tēplo: me fieri in stupore mētis ⁊ videre illū dicentē mihi/ Festina ⁊ exi velociter de hierusalē: q: nō recipiēt testimoniū tuum de me. Vade: q̄m in nationes longe mittā te. Audierūt ergo eū vsq; ad hoc verbū: ⁊ tūc leuauerūt vocē dicētes. Tolle de terra hmōi hominem: nō em̄ fas est eū viuere. Vociferātib⁹ aūt eis: ⁊ proiicientibus vestimēta ⁊ puluerē in aerē iactātibus: iussit tribunus eū in castra induci ⁊ flagellis cedi ⁊ torqueri: vt sciret cām propter quam sic acclamarent ei. Et quum adstrinxissent eū loris: dixit Paulus cēturioni. Si hoiez romanū ⁊ indēmnatum licet vobis flagellare? Oō quū centurio nūtiasset tribuno. Tribunus aūt interrogasset an romanus esset: ⁊ ille affirmasset: dixit tribunus. Ego multa summa scz pecunie hāc ciuitatem cōsecutus sum. Et Paulus. Ego aūt in ea natus sum. Ex hoc recesserūt ab eo q̄ erāt eū torturi cōperto q̄ esset romanus: et tribunus timuit. Postera die volens scire diligentius qua ex causa accusaret̄ a iudeis soluit eū: ⁊ iussit sacerdotes cōuenire ⁊ oē cōciliū. Et producens Paulū statuit inter eos. ¶ Intendēs aūt Paulus in cōciliū ait. Viri fratres: ego oī cōscientia bona cōuersatus sum ante deū vsq; in hodiernū die. Princeps autē sacerdotū Ananias p̄cepit adstātib⁹ sibi p̄cutere os ei⁹. Tūc Paul⁹ dixit ad eū. Percutiet te deus paries dealbate. Et tu sedēs iudicas me fm legē: ⁊ cōtra legē iubes me p̄cuti. Jn quo apl's nō maledixit: sz pphētādo dixit sacerdotum illō vetus quasi dealbatū p hypocrisim destruendū. Et quū dicerēt adstātes. Sūmū sacerdotē dei maledicis? Rndit. Nescieba fratres q: p̄nceps est sacerdotū. Nec in hoc dixit mē daciū: scz q: nō reputabat illū summū sacerdotē: q̄m reuera nō erat sed cessauerat figura. Hec Aug. xxiij. q. j. parat⁹. Sciēs autē Paulus q: vna pars p̄gregatoꝝ in cōcilio erat phariseoꝝ: altera saduceoꝝ: exclamauit in cōcilio. Viri fratres: ego phariseus sum filius phariseoꝝ. De spe ⁊ resurrectione mortuoꝝ ego iudicoz̄. Et ex hoc facta est dissensio inter eos: ⁊ soluta est multitudo. Saducei em̄ dicūt nō eē resurrectionē neq; angelū neq; spm̄: pharisei vtrūq; cōfitent: ⁊ bñ. Fact⁹ est ergo clamor magn⁹: ⁊ surgētes q̄dā phariseo rū pugnabāt p eo ex quo erat de secta sua dicentes. Nihil mali inuenim⁹ in hoie isto. Quid si spūs locut⁹ est ei aut angelus ⁊c. Quū ergo magna dissentio facta esset iter eos: timēs tribun⁹ ne Paul⁹ discerperet̄ ab eis: iussit milites rapere eū de medio ⁊ deduci in castra. Sequēti āt nocte adstens ei dn̄s ait. Constans esto Paule: sicut em̄ testificatus es de me in Hierl'm: sic te oportet ⁊ Rome testificari. Facta aūt die collegerūt se q̄dā votum facientes se nil comedere vel bibere nisi p̄ius occiderēt Paulū: qui erāt plus q̄ quadraginta viri. Oō votum insinuarūt p̄ncipib⁹ sacerdotū dicētes q̄ peterent a tribuno Paulū iterum mitti ad eos tāq; aliq̄d certi⁹ de eo cognituros: quo facto in via occiderēt eū. Audiuit āt hoc filius sororis Pauli adolescēs: ⁊ itrās castra nuntiauit insidias Paulo. Qui cēturionē vnum rogauit vt duceret eum ad tribunū habētē ei secreta reuelare. Ad quē accedēs explicauit insidias patas Paulo ad occidēdum. Tribun⁹ autē timēs ne iudei vi raperēt eū: p̄pter hoc ipse calumniā patereturꝝ quasi huic rei acq̄uisset p pecuniā quū Romanus esset: fecit pare. cc. milites et eq̄tes. lxx. ⁊ lācearios. cc. q̄ sc̄da hora noctis ducerēt Paulū sanū ad Felicē p̄sidē cū epl'a cōtinēte causam huius missionis ad eū: q: s. quū esset Roman⁹ ⁊ nil dignum morte patrasset: sed a iudeis de q̄nibus legis accusaret̄: ⁊ iudei insidias mortis ei parassent: vt diligentius iudicaretur ab eo. Oō totū factum est. Quū autē Felix p̄ses recepisset epistolam: audito a Paulo q̄ esset de Lilicia: dixit. Audiam te quū accusatores tui venerint: iussitq; custodiri eum. Ubi nota fm Aug. q̄ Paul⁹ nō vite sue trāsitoꝝ sz ecclesie dei cōsuluit: q̄n cōtra illos qui occidere eū conspirauerant/ cōsilium eoꝝ vt tribuno p̄derēt effecit: sz mittēs ad eū nepotem suū.

Actuz ca. xxij.

Act. ca. xxiij.

rē fusi. Uñ factū est vt ad locū quo fuerat producendus de ducerer miles armat⁹ ne illorū pareret insidijs. xxiij. q.iij. maximianus. Et si in illa deductione aliquis deducentium ab emulis Pauli fuisset occisus i rixa vel ecōtrario: nō imputaretur Paulo. xxiij. q.v. de occidendis.

§.XIIII. Post quinq; dies de-

scēdit p̄nceps sacerdotum Ananias cū quibusdā senioribus ⁊ Tertullo quodam oratore Cesareā: ⁊ adierunt presidem Felicem aduersus Paulū. Et Citato Paulo cepit accusare dicens verba ad captandā benevolentiā. Inuenimus hūc hoiez pestiferū excitantē seditionē oībus iudeis in vniuerso orbe: ⁊ eriā templū violare conat⁹ est: quē voluimus ſm legem nostram iudicare: sed superueniēs tribunus Lysias vi rapuit eum de manib⁹ nostris. Et affirmauerūt ceteri iudei cum eo hec ita se habere. Respondit autē Paulus annuente p̄side. Et dixit. ℣ nec̄ in templo me inuenerūt iudei cum aliquo disputantē: aut concursum facientē turbam: nec̄ in synagogis: nec̄ in ciuitate: nec̄ ꝓbare possunt tibi de quib⁹ accusant me. Confiteor autē tibi quia deo meo seruio ſm secta quē dicitur phariseorum: sperem habens in deum ⁊ in resurrectionē mortuorū: quam ⁊ ipsi expectant. Post annos autē plures eleemosynas facturus in gentem meam veni: ⁊ oblatione ⁊ voto inuenerunt me purificatum in templo nec̄ cū turba nec̄ tumultu. Ipsi dicant q̄d in me inuenerunt iniquitatis quū starē in cōcilio: nisi de hac vna solūmodo voce qua clamaui inter eos stans: q̄m de resurrectione mortuoꝝ ego iudicor hodie a vobis. Dixit autem Felix. Quū tribun⁹ Lysias descēderit: audiā vos. Iussitq; centurioni custodiri Paulū ⁊ habere requiē. Post aliquot autem dies veniens Felix cum Drusilla uxore sua que erat Judea: vocauit Paulum ⁊ audiuit fidē Jesu ab eo. Disputante autē Paulo de iustitia ⁊ castitate ⁊ de iudicio futuro tremefactus Felix respondit. Q̄ nunc attinet vade: tempore opportuno audiam te. Simul: ⁊ sperans quia ⁊ pecunia el daretur a Paulo: propter q̄ ⁊ frequēter accersiens eum loquebatur cum eo. Biennio autē expleto accepit successorem Felix Porciū Festum. Felix autem volens gratiā parare iudeis reliquit Paulum vinctum. ¶ Festus autē quū Actuuz ca.xxv. venisset in puinciā ascēdit de Cesarea Hierm. Adierūtq; eū principes sacerdotum aduersus Paulum rogantes gratiam vt iuberet Paulū perduci Hierm: insidias tendētes in via vt occiderēt eū. Festus aūt rūdit⁹q; ex q̄ seruabatur in Cesarea quo ipse cito erat accessurus: illuc irent q̄ de aliquo accusare vellent eū. Et post dies octo Festus descendēs Cesareā p tribunali sedēs iussit Paulū adduci. Quūq; iudei multas ⁊ graues causas obiicerēt quas probare nō poterāt. Paulo aūt rōnem reddēte q̄m nec̄ ℣ legē iudeoꝝ nec̄ ꝓtra templū nec̄ in Cesarē quicq; peccaui. Festus gratiā volens parare iudeis interrogauit an vellet iudicari de his ab eo Hierosolymis. Rūdit Paulus. Ad tribunal Cesaris sto: vbi oportet me iudicari. Judeis nō nocui: sicut tu melius nosti. Si nocui vel aliq̄d morte dignū fecim̄ recuso mori. Si vero nihil eoꝝ in q̄bus isti me accusant fecim̄ mo pōt me illis donare. Cesarē appello. Tunc Festus cum cōsilio locutus: ait. Cesarē appellasti: ad Cesarē ibis. Transactis aūt aliquot diebus Agrippa rex ⁊ Berenice descenderūt Cesareā ad Festū salutādum. Quūq; plures dies ibi morarent: dixit Festus regi de Paulo quō iudei quū ascendissent Hierm postulabāt eius dānationem. Quib⁹ rūderat quia nō esset cōsuetudo Romanis aliquē hoiem dānare: priusq; is q̄ accusat⁹ presentes habeat accusatores: locūq; defendendi accipiat ad abluēda crimina. Quū aūt huc venissem: sedente me p tribunali: iudei aduersus Paulū accusantes nullā causam deferebant malis: sed q̄stiones quasdam de sua superstitione habebant aduersus eū: ⁊ de quodam Jesu defuncto quē Paulus affirmabat viuere. Hesitans ergo de hmōi q̄stione dicebā Paulo: si vellet ire Hierusalē et ibi iudicari. Appellauit ad Cesarē. Unde iussi eū seruari donec mittā ad Cesarem. Agrippa autē dixit Festo ℣ vellet Paulū audire. Die ergo sequēti quum intrassent auditoriū rex Agrippa ⁊ Berenice cum multa ambitione: iussit Festus adduci Paulū: referēs q̄d actuz erat cuz eo: et quō appellauerat: propter q̄ intēdebat mittere eū ad Cesarem: sed nō habebat q̄d certum de eo scriberet. Et p̄terea Actuuz c.xxvj. ipse eum interrogaret: vt exinde rex informaret Festus q̄d scriberet. Nec̄ eū videbat rationabile vinctum mittere: ⁊ causam non significare. ¶ Agrippa vero ad Paulum ait: Permittit tibi loqui p temetipso. Tunc Paul⁹ extēta manu cepit rationē reddere dicens. De oībus quibus accusor a iudeis rex Agrippa existimo me beatū apud te: quia sim defensurus me hodie: maxime te sciente omnia que apō iudeos sunt consuetudines et questiones: propter q̄ obsecro me patienter audias. Et quidem vitā meā a iuuentute nouerunt omnes iudei: q̄m ſm certissimā sectā nostre religionis vixi phariseus resurrectionē mortuorum credens de qua spe accusor a iudeis o rex. Et ego quidem existimaueram me aduersum nomē Jesu debere multa aduersa facere: quod ⁊ feci i Hierm. Et multos sctoꝝ incarceras inseniens psequebar vsq; in exteras ciuitates. Et adiecit visiones ⁊ locutionē sibi factam a Jesu quū appropinquaret Damasco ad capiendū quosdam ad fidem Jesu. Cōcludens. Unde rex Agrippa nō fui incredulus visioni: sed iudeis et gentibus nunciabam vt penitentiaz agerēt: ⁊ cōuerterent ad deum. Hac ex causa iudei quū essez in templo ⁊ comprehensum tentabant me occidere. Hec Paulo dicēte Festus magna voce dixit. Insanis Paule: litere te ad insaniam cōuertunt. Cui Paulus. Non insanio optime Feste: sed sobrietatis ⁊ veritatis verba loquor. Credis rex Agrippa prophetis? Scio quia credis. Agrippa autem ad Paulum. In modico suades me fieri christianum. Et Paulus. Opto apud deum ⁊ in modico ⁊ in magno nō tm̄ te sed ⁊ oēs qui audiunt fieri tales qualis ego sum exceptis his vinculis. Et surgens Agrippa ⁊ preses ⁊ Berenice dicebāt ad inuicē: nil morte dignum iste fecit. Et Agrippa ait Festo. Dimitti poterat homo iste: si Cesarem non appellasset.

§.XV. At autē iudicatum est Actuuz c.xxvij.

eum ire in Italiā ⁊ tradi Paulum cū reliquis custodijs centurioni noie Juliotas cendentes naues in loca Asie sustulimus. Exinde applicuimus Sidonē: vbi centurio concessit Paulo ad amicos ire ⁊ curā sui agere. Deide applicuerunt Lystrā que est pars Lycie: ⁊ ibi cēturio trāsposuit Paulū in aliam nauim alexandrinā nauigantē in Italiam. Nauigantesq; applicuerūt ad quēdam locum qui dicebatur Bonoportus. Et quū iam nō esset tuta nauigatio: Paul⁹ hortabatur ad permanendū ꝓpter pericula imminētia maris Centurio autē magis credens nauclero ⁊ gubernatori nauis ℣ Paulo: voluit inde nauigare ad remanendū in loco cōmodiori. Ualida aūt tēpestate iactatis: sequēti die iactū fecerūt: ⁊ tertia die suis manibus armamēta nauis proiecerūt. Nec̄ sole aūt nec̄ luna apparētib⁹ per plures dies et tēpestate nō exigua imminēte: iam erat ablata spes oīs nostre salutis. Et quū multa ieiunatio fuisset: stans Paulus in medio dixit. Oportebat o viri audire me: nō tollere a creta: lucriq; facere hanc iacturam: ⁊ nunc suadeo vobis bono animo esse: amissio enim nullius anime erit ex nobis: sed tm̄ nauis. Adstitit enim hac nocte mihi ā gelus dei cui deseruio dicēs. Ne timeas Paule: Cesari te opz adsistere /⁊ donauit tibi deus oēs qui tecū nauigāt. Propter q̄ bono animo estote viri. Quartadecima nocte supueniēte appropinquantes ad quādam insulam media nocte timebant in aspera loca devenire ⁊ nauim frangi. Nautis autem querentibus fugere de nau: quum misissent scapham in mare sub obtentū q̄si inciperēt anchoras extēdere: dixit Paulus centurioni ⁊ militibus. Nisi hi in naui māserint: vos salui fieri non potestis. Tūc abscider⁹ milites funes scaphe: ⁊ quā lux incipere fieri: rogabat Paulus omnes cibū sumere dicēs. Quartadecima die hodie expectantes ieiuni permanentes nihil accipientes: propter quod rogo vos accipite cibum pro salute vestra: q̄z nulli⁹ vestrum capillus de capite peribit. Et quū hec dixisset: sumēs panē gratias egit deo in conspectu oim: ⁊ quū fregisset cepit manducare. Animē q̄dez autem facti oēs ⁊ ipsi sumpserunt cibū. Eramus aūt in naui oēs anime nō minus. ccl xxvj. Et satiati cibo alleuiabant naues iactantes triticū in mare. Et puppis quidem soluebatur a vi maris: prora immobilis fixa manebat. Militum aūt cō silium fuit: vt custodias occiderēt: ne quis quum enatasset effugeret. Sed cēturio volēs seruare Paulū prohibuit hoc fieri. Jussitq; eos qui possent natare mittere se in mare primos ⁊ euadere ad terrā: ⁊ ceteros alios tabulis ferebant: ⁊ quosdam super ea que de naui essent. ⁊ sic oēs euaserunt ad terrā. ¶ Et quū euasissem⁹ tūc cognouimus q̄z Myte lene insula vocabat. Barbari aūt ꝓstabant nō modicaz hu Actuuz manitatem. Accensa aūt pyra reficiebant oēs nos propter c.xxviij imbrē q̄ imminebat ⁊ frigus. Quū aūt congregasset Paulus sarmentoꝝ nō modicā multitudinē: ⁊ posuisset super ignē: vipera a caloze quū processisset invasit manum eius. Barbari vero vt viderunt bestiam a manu pendentem dicebāt ad inuicē: vtiq; homicida est homo hic: qui quū euasit de mari: vltio nō sinit eū videre. At Paulus excutiēs bestiā in ignem nihil mali passus est quē illi existimabāt i tumorē cōuertēdi ⁊ morituꝝ. Et quum diu expectantes nil mali viderent in eo: cōuersi dicebant eum esse deuz. Publius autem princeps insule triduo excepit eos benigne. Patrem autē Publij febribus ⁊ dyssenteria vexatum Paulus

ingressus ad eū orans sanauit. Sed et omnes qui in insula illa habebāt infirmos: ducebāt ad Paulū: et curabat eos. Deinde post tres mēses venimus Syracusam. Et post triduum inde nauigātes applicuimus Rhegium. Die autem sequenti Puteolos: vbi inuentis fratribus rogati sum⁹ manere apud eos diebus .vij. Et sic deinde venimus Romā. Et inde cū audissent fratres: occurrerūt nobis vsq; ad Appij forū et tres tabernas. Quos quū vidisset Paulus: gratias agēs deo accepit fiduciā. Quū venissemus aūt Romā: permissum est Paulo manere sibimet cum custodiente se milite. Post tertiū die cōuocauit primos iudeorū et dixit eis. Viri fres ego nihil aduersus plebem faciens aut more paternū vinctus ab Hierosolymis traditus sum in manus Romanorū. Qui quū interrogationem de me habuissent: voluerūt me dimittere eo q; nulla causa mortis esset in me. Contradicētibus iudeis coactus sum appellare Cesarem: quasi gētem meā hās aliquid accusare. Propter hāc ergo causam rogauit vos videre et alloq. Cui dixerūt. Nos neq; lras accepim⁹ de te a iudea: neq; aduenies aliqs fratrū aliquid nobis nūtiauit aut locut⁹ est de te malū. Rogam⁹ aūt te audire q̄ sentis. Nam de secta hac notū est nobis: q; vbiq; ei cōtradicit. Quū aūt cōstituissent ei diē: venerūt ad eū plures in hospitiū: quib⁹ exponebat testificans regnū dei suadensq; eis de Jesu ex lege Moysi et ppetis a mane vsq; ad vesperā. Et q̄dā credebāt: Paulo: alij nō crediderāt. Cumq; inuicē nō essent cōsentientes: discedebāt dicente Paulo vnū verbum: q; bñ spiritus sanctus locutus est per Esa. Vade ad pp̄m istū: et dic ad eos. Auditu audietis et nō intelligetis. Incrassatū est enim cor pp̄li huius etc. Notum ergo sit vobis q̄m gētibus missus est hoc saluare dei. Exierunt ergo iudei multa inter se de hoc verbo habentes cōsiliū. Mansit aūt Paulus biennio toto in suo cōductu. et hospitio: et suscipiebat oēs q̄ ingrediebant ad eū predicās regnū dei et docēs q̄ sunt de dño Jesu iudeos et grecos. Et hic est finis actuū apl̄oꝝ q̄ sunt descripti a Luca euāgelista approbati ab ecclesia. Nā alij q̄ reperiunt act⁹ descripti a diuersis sunt apocryphi: vt pt3 di. xv. sancta romana. Et paucis exceptis gesta in eis continētur principū apostoloꝝ Petri et Pauli. primo Petri vsq; ad .xiij. c. excepta cōuersiōe Pauli. Residuum solius Pauli. Nunc de gestis eorundē q̄ habent ex diuersis libris et martyrio sc̄i prius et breuissime de Maria matre Jesu.

¶ De conuersatione beate Marie virginis post Christi ascensionem. Capitulum .iij.

Queritur post ascensionē dñi: inquit Hiero. in sermone de assumptiōe eius: q̄d egerit bta virgo. Certū est q; virgo sancta permāsit: quā sane angelus Gabriel vt celestis paranymphus intactā custodiuit: et Joannes euangelista virgo virginē seruauit eiusq; deseruiuit obsequijs. Non q; chorus apostolorū eā deseruerit: in quos intrās et exiēs familiarius cōrulit de christi incarnatiōe: et tāto veri⁹ quanto plenius ab initio p spūm sc̄m cuncta didicerat: et pspexerat oculis vniuersa. Quā sane et si oēs venerati sunt discipuli: eiq; famulabant. Joannes tñ amplius et specialius in hāc vite. Ceterum ad exemplum humane vite conuersatio eius cum apl̄is fuit quousq; dispergerent: sicut Lucas meminit dicēs. Hi oēs erant cū Maria matre Jesu et fratrib⁹. Ecce Jesu ascendente cū quibus vacat in schola virtutum et medirat in lege mandatoꝝ dei: vt et ipsa sit forma discipline christi et exēplū pfectiōis virginib⁹: cōuersat cum testibus resurrectionis/et ipsa testis: cōuersat cū senatoribus celi infra curiam paradisi sub spiritu sancti disciplina et magisterio totius diuine maiestatis: inuenit pma inter pmas summi regis cohortes: quaꝝ vita iā nō erat de terris sz de celis. Puto q; quicqd cordis est: quicqd mētis: quicqd virtutis humane: si totū adhibeas: nō sufficiet vt cogitare valeat quāto ideffinēter cremabat ardore pij amoris: quantis mouebat repleta spūs cō celestiū secretoꝝ incitamētis: dū reuolueret alo cuncta q̄ audierat: q̄ viderat: q̄ cognouerat. Nouis quotidie inflāmabat desideriorū affectib⁹: tota incēderat diuin⁹ amor: vt in ea nihil esset mūdani affect⁹: sz ardor cōtinu⁹ et ebrietas pfusi amoris. Fortassis ergo p nimio amore in loco quo sepult⁹ fr eius filius interdū eam habitasse credim⁹: quatin⁹ pijs nasceret intern⁹ ei⁹ amor obtutib⁹. Sic nāq; loc⁹ est hincinde medi⁹ cōstitut⁹: vt adire posset passiōis vestigia et locū sepulture et ascēsionis seu oia in quib⁹ passus est loca inuisere. Quāuis essi in spiritu esset: tñ dū in carne viueret/carneis mouebat sensib⁹ et iō locorū recreabatur visitationibus. Hec oia Hiero.

Btē virginis assūptio.

§. I. De transitu eius dicit idem

Hiero. in eo sermone. Nihil aliud expiri pōt pro certo: nisi q; hodierna die. s. .xv. augusti migrauit a corpore. Mō strat sepulchrū ei⁹ in vallis Josaphat mediaq; vallis est iter mōtē syō et montē oliueti politam qua fabricata est ecclia qua sepulta fuisse ab oīb⁹ pdicat. sz nūc vacuū esse mausoleū cernentib⁹ ostēdit. Quō aūt vel quo rpe aut a quib⁹ personis sacratissimū corp⁹ ei⁹ ablatū inde fuerit: vel vbi trās positū vtrū ve surrexerit/nescit: cuius nō nulli adstruere velit eā ia resuscitatā et brās cū xp̄o imortalitate vestiri. Quid autē hoc veri⁹ ambigim⁹. Adeli⁹ tñ deo totū cōmittimus q; nra authoritate andeam⁹ aliquid temere definire qđ non pbamus. hec ille. Cōiter tñ pie tenet eā resuscitatā: in aia et corpe glorificatā cū xp̄o in celo regnare. Hoc sentit Ber. i sermone: ex eo q; si nō fuisset corp⁹ ei⁹ in celo sz in terris re mānisset: videret xp̄s matrē nō honorasse decēter et minus alijs sanctis cōcelisse. Nā corpa apostoloꝝ et aliorū q; reperiunt sctōꝝ qz scitur locus reliquiaꝝ eoꝝ/visitant frequenter cū magna veneratiōe: vt pt3 de corporib⁹ Petri et Pauli/Jacobi/Antonij/Nicolai et hmōi. Si ergo corp⁹ virginis remānisset in terris: reuelasset de⁹ vt ab oīb⁹ visitaretur. sz qz in celis dicit glorificatū: iō nō reperit in terris. Jacm sentire videtur Aug. in sermone dicens inter cetera. Putredo et vermis opprobriū sunt humane conditionis: ab hoc opprobrio quū Jesus sit alienus: matura Marie excipitur quā Jesus de ea assumpsisse probat. ¶ Quoto autē anno vite sue migrauerit a corpore nō est clarū. Nā triplex repitur opinio. Epiphanius asserit eā fuisse. lxij. annorū quuz migrauit a corpe. Dicit essi. xiij. anno etatis sue christū cōcepisse: et in .xv. peperisse. xxxiij. annis cū filio suo fuisse: quibus ille vixit. Et post ascensionē filij. xxiij. supuixisse. Qui numerissimul iuncti constituūt. lxij. Bta aūt Elizabeth in suis reuelationibus asserit ab angelo sibi insinuatū beatā virginem post annum et menses quatuor vel circa migrasse a corpe. Et inde. xl. die resuscitatā in corpore et glorificatam celum ascendisse. Cōmunior opinio est. q; xij. annis superuixit post ascensionem: et sic septuagenariā obisse: a dolore mortis alienā sicut et a corruptiōe corporis: et tertia die sue mortis in corpore suscitatā et glorificatā cū christo sibi obuiāte ascendisse. Multa habentur de modo obitus eius et sepultura in libro q̄ dr de translitu beate Marie. sed quia liber iste inter apocryphos cōputat. i. dubios de veritate eorum vt pt3 di. xv. sctā romana. ideo illa omittant. Q̄ aūt apl̄i inter fuerint in trāsitu ei⁹ et sepultura: et cū summa deuotione et veneratione officiū illud peregrine: testatur Dionysi⁹. De honore autem sibi exhibito a curia celesti et filio in trāsitu suo: ait Hiero. in sermone vbi s. Ad hui⁹ exequias angeli famulabantur quantum fas est credere et vniuerse celorū famulabantur curie. Nec mirum q; honor maternus eius est qui natus est ex eaquem oīs celorū ordo venerat. Legimus q; sepe ad funera quorūlibet sanctoꝝ angelos ad uenisse: obsequia pstitisse: necnō et alias electorum ad celos cum laudibus et hymnis deduxisse/insuper et adhuc viuētes ibidē miri odoris fragrantiā diutius psensisse: quantomagis credēdū est hodierna die militiā celoꝝ cum suis agminibus festiue obuiā aduenisse genitrici dei: eāq; ingenti lumine circūfulsisse: et vsq; ad thronū sibi ante mundi cōstitutionem paratū cū laudib⁹ et cāticis spūalibus perduxisse. Nulli dubiū oēm illā celestē milit̄m tūc exultasse ineffabili letitia: nec immerito. Credit essi q; saluator p se tot⁹ festinus occurrerit: et cuz gaudio matrē in throno collocauerit: als quō implesset pceptū ab eo in lege pmulgatū. Honora patrē tuū et matrē hec ille. Bern. quoq; in sermone de assumptione ait. Quis explicare qat q̄bus ad thronū gl̄ie cāticis sit deducta: q; placido vultu: q; serena facie: q; letis amplexibus suscepta a filio: et sup oēm creaturā exaltata: cūq; eo honore quo tāta mater digna fuit: cū ea gl̄ia qua tm filiū decuit? Hec est dies (inq̄t Hier.) in qua vsq; ad thronī celsitudinē intemerata mr et virgo pcessit: atq; in regni solio sublimata post xp̄m gloriosa resedit. Sic vbiq; sctā canit eccl̄ia: q̄d de nullo alio sctōꝝ fas est credere: vt vltra angelorum merita vel archangelorū trāscenderit. Hec ille. Et nota q; hic archāgeli nō accipiunt stricte. s. p scō ordine angelorū: quē ordinē multi sctōꝝ trāscendūt: sed large p principaliorib⁹ in quolibet ordine. Exaltata siquidē fuit virgo Maria sup oēs choros angelorū. De miraculis eius viuentis non legitur erga alios: licet tota vita ei⁹ fuerit miraculosa: quum in nullo peccauerit: sz et miracula sanitatū et huiusmodi nō faciunt homines sanctioꝝ vel deo acceptioꝝ. Vñ nec Joānes baptista miraculis effulsit in vita: quo inter natos mulierum maior nō surrexit dño attestante. Sed post mortem suā beatissima virgo innumeris claruit et claret miraculis de quibus nunc tomittimus. Ipsa aduocata est hominum: vnde canit ecclesia. Mediatrix hominū ablutrixq; criminū peccatorum venia. q̄ intelligitur procuratiue non causati

uē et hoc

uez: hoc meritis ⁊ precibus suis. Et alibi. Spes reorum est Maria ⁊c. spes. s. suffragij ꝯ debeat nos iuuare.

¶ De conuersatione ⁊ martyrio beati Petri apostoli. Capitulum.iiij.

QOst ea que dicta sunt de beato Petro apostolo ⁊ Paulo cōtenta in actibus apostolorū alia notabilia opera eorū que habenf in alijs libris explicare congruum est: quū ipsi dicātur p̄ncipes apostolorum: vnde de

Petrus ⁊ Paulus apostoli.

his Amb. ij. q. vij. beati Petrus ⁊ Paulus eminent inter vniuersos apostolos: ⁊ peculiari quadam p̄rogatiua p̄celluntur. Uerū inter ipsos quis cui p̄roponatur incertum est. Puto essi illos equales esse meritis q̄ equales sunt passiōe ⁊ simili eos fidei deuotione viriſſe quos simul videm⁹ vna die ad martyriū gloriā p̄uenisse. Nō essi sine cā factum putamus ꝯ vna die vno in loco sub vno p̄secutore passi sunt. Una die: vt ad christū pariter peruenirent. Uno in loco: ne alteri Roma deesset. Sub vno p̄secutore: vt equalis crudelitas vtrūq; cōstringeret. Dies ergo p̄ meritō: locus p̄ gloria: p̄secutor decretus est p̄ virtute. Et in quo loco ĩdē tādē martyriuꝫ p̄tulerūt. In vrbe Roma q̄ p̄ncipatū ⁊ caput obtinet nationū. s. vt ibi erat caput superstitionis: illic caput quiesceret sanctitatis: ⁊ vbi gentiliū p̄ncipes habitabant: illic ecclesiarū p̄rincipes morerentur. hec ibi. Itē Pelagius papa dist. xxx. Quis. sic ait. Quāuis vniuersę p orbē catholice eccl'ie vnus thalamus christi sit: tū sctā Romana ecclesia catholica ⁊ ap'lica nullis synodicis statutis ceteris eccl'iis p̄lata est: ꝛ euāgelica voce dñi ⁊ saluatoris nr̄i primatuꝫ obtinuit. Tu es (inquit) Petrus: et sup hanc petram edificabo ecclesiā meā. Cui data est societas btissimi Pauli vasis electionis: q̄ non diuerso sicut hereticī garriunt: ꝛ vno tēpore vna eadēq; gloriosa morte cū Petro in vrbe Roma sub cesare Nerone agonizās coronatus est. Et supradictaꝫ pariter romanā ecclesiā xp̄o dño cōsecrarūt: eāq; oībus vrbibus vniuerso mūdo sua p̄sentia ac venerādo triumpho p̄tulerūt. Itē Anacletus papa dist. ea. In nouo. sic ait. Leteri apostoli cū Petro pari cōsortio honorē ⁊ potestatem ac ceperūt: ipmq; p̄ncipē eorū esse voluerūt. Qui etiā iubente dño in toto orbe terrarū diſperſi euāgeliū p̄dicauerūt. Ipſis quoq; decedētib⁹ in loco eor̄ surrexerūt ep̄i: quos q̄ recipit ⁊ verba eorū: dñm recipit ⁊ q̄ eos spernit dñm spnit. Uidētib⁹ aūt ap'lis messez ē multā: ab eis sunt electi. lxxij. discipuli quorū typū gerūt p̄sbyteri. hec ibi. Bran⁹ tū dic. §. s. eos dicit electos a christo: qō etiā habef in euangelio Luc. x. c. Unde dici pōt ꝯ christus elegit in discipulos: ⁊ apostoli vt ipſi essent simplices sacerdotes. Qō autē ōr in. c. in nouo. ap'los oēs habuisse parem potestatē: intelligēdū est vt dicit glo. ibi. quo ad potestatem ordinis epalis. Nā quo ad administrationē seu iurisditionē. Petrus maior fuit oībus. Itez quū dicit specialiter de Petro ⁊ Paulo ꝯ sunt pares: intelligendū est vel quo ad meritū ⁊ premium: vt videtur sentire Amb. ⁊ Leo papa: vel quo ad potestatem ordinis: quia vterq; episcopus. Nā quo ad potestatem faciendi miracula/ Petrus maior fuit Paulo: quū ad vmbram eius sanarentur infirmi. Quo ad sapientiam ⁊ officium p̄dicandi Paulus maior Petro: quantum autem ad iurisditionem Petrus maior Paulo ⁊ omnibus alijs.

§. I. De Petro igitur p̄mo sciē

epistolas. Hi audierunt ab apl'o verbum veritatis ab eo conuersi ad fidem qui prius erant gẽtiles: sz post recessum apostoli ab eis seducti sunt z subuersi a pseudo apl'is: quidam ad philosophie verbosam eloquentiam: alij ad fectã iudaicã ducti. Sed p epam̃ missam ab eo ab Epheso reuocat ad viaz salutis z euangelicã sapientiam: de multis arguens eos et instruens. Et in principio quidem epl'e eos vngit vt postea pungendo patientius ferant. Collaudat em̃ primo valde dicens. In omnibus diuites facti estis in christo: ita vt nil vobis desit in vlla gratia: quod quidẽ sm̃ Grego. verũ fuit quo ad perfectos z si paucos: qui inter illos erant. Exinde incipit arguere de diuisionibus z contentionibus que erant inter illos: z multis alijs vitijs vt patebit: z hoc quo ad imperfectos vel malos fideles. Contendebant enim adinuicem de baptistis suis: existimantes: vt qui a sanctiori vel famosiori in doctrina esset baptizatus: melius esset baptizatus: maiorem gratiam inde recipiendo. Quod falsum est. Unde dicit in. ij. c. Neq̃ qui plantat: sz predicãdo: neq̃ qui rigat sz baptizando: est aliquid. s. in efficiendo seu dando virtutem sacramentis: sed qui incrementum dat deus prestans virtutẽ verbo et sacramento. j. q. j. sicut christus. Item gloriabantur in doctrina pseudo apl'orum quasi sapientius z eloquentius predicarent quam apostoli. Sed ostendit apostolus hoc ideo se feciſſe sz non predicasse sublimia/propter incapacitatem eorum: qz em̃ rudes erant: vt parulis lac/simplicis et clare eis dederat nõ escã difficilis z alte doctrine. Tunc etiam simpliciter predicauerat crucem christi: vt non attribueretur sapientie humane z eloquentie conuersio eorum ad fidem: sed virtuti dei. Sapientiam autem. i. sublimia de diuinis loquimur inter perfectos horum capaces. Sapientiam non humanam sed incarnatam quã nemo principum: huius seculi cognouit. i. doctorum legis mosaice vel philosophorum gentilium vel demonum: qz si deum (subdit) cognouissent nunq̃ gl'ie dñm crucifixissent. Demones quidẽ nõ cognouerũt per certitudinem christum esse deũ vsq̃ ad crucẽ: licet aliqñ cõiecturarent: propter quod clamabant: qz tu es fili⁹ dei. Luc. iij. Crucifixisse aũt christũ ipsi dicuntur inquantum instigarunt iudeos ad crucifigendum. Doctores autem legis nõ cognouerunt hecercecati malitia propria. ¶ Et in. iij. ca. dicit. Fundamentum aliud nemo põt ponere: sz in edificio spũali operum conducentiũ ad beatitudinem: preter id quod positum est a deo qđ est dñs ihesus: in fide viua christi iesu. Superedificatur aũt sz docendo vel operando. Si quis autem superedificauerit aurum/argentũ/lapides pretiosos: id est recta docendo z debito fine aurum sapientie philosophice: argentum humane eloquentie: lapides pretiosos sententias morales z dicta moralia etiam ethnicorum edificium quidẽ permanebit mercedem inde recipiens. Si quis autem edificauerit sup. i. iuxta id fundamentum lignuz/fenũ/stipulã id est doctrinas dederit friuolas z inutiles: vt fabulas z huiusmodi: ipse quidem saluus erit: ex quo fundamentũ in eo nõ deficit: sic tñ quasi per ignẽ. s. purgatoriuz. vnde Quasi est expressiuum veritatis: non nota similitudinis. Quantum vero ad opera que fiunt: edificat directe sup fundamentum Jesu. i. suam viuam fidem Aurum: qui operibus contemplatiõis insistit. Argentum: qui actiue in operibus misericordie deseruit. Lapides pretiosos: qui concilia perfectionis obseruat z hoc edificium stabile erit in merito cum mercede premij. Edificat autem sup: id est iuxta z nõ directe lignuz/fenũ/stipulam: qui sz permanẽte in eo fide viua perpetrat venialia grauiora vel leuiora. Est em̃ z in eis gradus. Edificium quidem hoc. i. conuersatio: quia supra fidem viuam: ad meritum remanebit: sed quod iuxta. i. cum eo est auditum de venialibus destruetur. Saluabitur quidẽ: scilicet per ignem purgatorium transibit: vbi purgentur si illa secum portabit hic non penitens. De hoc Augu. distin. xxv. §. alias ea. Insuper ostendit sapientiam huius mundi stultitiam esse apud deum quia nõ hoc est qđ ipsi cogitant sm̃ rationem propriam z iudicium suum. ¶ In. c. iiij. ostendit q̃ debent prelati z doctores vt non authores existimari: sed vt ministri z dispensatores christi z sacramentorum eius. Ad quod opus est difficile reperire fidelem. Nec ramen de facili debet iudicari infidelis seu nõ idoneus in eo ministerio: quum non manifeste apparet. Nam si ipse Paulus nec seipsum iudicat certitudinaliter existimando esse iustificandum: multominus alij. Et in alijs oibus non debet quis iudicare de occultis alieni cordis/quum nec seipsum valeat iudicare. ij. q. j. multi. ¶ In. v. c. reprehendit dure ipsos eo q̃ tolerabant quendam ex eis conuersum ad fidem publicum incestuosum cum nouerca sua non corrigentes. Unde ipse excommunicat eus tradens eum sathane in interitum carnis. i. ad vexandũ corpus. Hũc enim effectum habuit excommunicatio in primitiua ecclesia/de hoc. xj. q. iij. audi. z. xxiij. q. j. §. finautem. vbi dicit Gratianus hic traditã formam excõmunicandi: z non nisi fidelẽ a fideli notari. s. excommunicatione. Insuper declarat quod scripserat eis in alia epistola (quam tamen non habemus) sz q̃ non cõmiscerentur/id est conuersarentur cum fornicarijs rapacibus auaris z hmõi. Qđ illi intelligebant simpliciter de omnibus fidelibus z infidelibus indistincte: qđ erat eis quasi impossibile obseruare. Dicit ergo apl'us q̃ non de oibus intellexit indistincte: qz non de infidelibus qui foris sunt: de quibus ecclesia non iudicat. Neque etiam de fidelibus

Excõica tionis effectus

bus prauis qui tolerant: sed de ijs fidelibus q̄ nominantur id est excōicantur propter tales excessus. De hmōi ergo mā dauit cū eis nec cibū sumere: sz eos vitandos vt excōicntos ab eccl'ia. Uocat ergo excōicationem nominationem: vt ait Augu. ij. q. f. multi. ¶ In. cap. vf. reprehendit eos q̄ in negotijs trahebant alios fideles ad iudicium apud infideles: r q̄ fraudulenter in iudiciū alios vocabāt: de hmōi. xiij. q. f. §. f. Item qz quedam crimina nō reputabant esse pcā vel leuia: ostendit esse ita grauia q̄ excludunt a regno dei: dicens. Neq; fornicarij/neq; idolis seruientes: neq; adulteri: neq; molles. id est seipsos polluentes voluntarie: neq; masculorum concubitores: neq; fures: neq; auari neq; ebriosi: neq; rapaces: neq; maledici scilicet ex odio regnum dei possidebunt. Et inter oia illa minus sibi faciebant conscientiam de fornicatione scilicet soluti cum soluta: ideo magis insistit ad dete stationē ei⁹. Nā p ipsaz quū corpus suū sit factū mēbrū chri sti: qz de corpore eccl'ie: aufert illud a christo r facit membrū meretricis: Per alia pcā peccat in aiam maculando eā: per istud maculat r corpus. r sic dicit peccare in corpus suū: qz illud indebite resoluit. Peccare etiā dr p fornicationē in corpus suū: qz se nō solū ipse vt in alijs pctis/sed etiā alios cum q̄bus peccat trahit ad perditionē: r sic peccat in corp⁹ eccl'ie etiā quo ad alios. Itē p eā efficit tēplū diaboli qui pri⁹ erat tēplū spūssancti. Fugite ergo (ait) fornicationē. f. vitando occasiones r detestando cogitationes hmōi qñ occurūt: nō in eis immorando ad vincendū eas rōne sicut in alijs vitijs: qz p hoc concupiscētia excitatur. ¶ In. c. vij. agit de matrimonio r plenius q̄ in quouis alio loco sacre pagine. Quesierāt ab eo aliqua sup hoc. Dicit ergo primo. Bonum est in se mulierem non tangere. f. carnaliter cognoscēdo etiam per viam coniugij. Sed qz nō oēs sunt apti continentiā virginalē vel vidualē: ideo ppter fornicationē sez vitandā a talibus vnusq̄sq; habebat ppriā vxorē: r vxor virum. de hoc. xxxij. q. ij. his ita. al's est. §. sub. c. sicut non omnis. r. ca. seq. Quo contracto sez matrimonio/vxori vir debitum reddat r vxor viro: sez exactus vel exacta' exp̄sse vt' interpretatiue: seruatis. f. debitis circunstantijs loci tpis r cōseruatiōis subiecti. de hoc. xxxij. q. v. si dicat. r cap. fm verba. Nolite (inquit ap'lus) fraudare inuicem. f. denegando debitum nisi ex consensu. Comparando ante statum coniugalē ad vidualē vel virginalem: perfectior ē vidualis r magis adhuc virginalis. Eamē quia vnusquisq; habet a deo proprium donum: vnus quidem sic. f. vt contineat: qō vtiq; donum dei est. Alius aūt nō hoc sz aliud donū habet. Qui non sentit se habere talē cōstantiā: melius est nubere q̄ vri. i. incidere in illicitas corruptelas non ptrahendo matrimoniū. Non essi peccat virgo nubendo: nec pater eius nuptui eam tradendo: nec vidua mortuo viro cum alio contrahendo: meli⁹ tamen faceret nō ptrahēdo r in virginitate manendo: qō r de paulo creditur. vnde dicit. Uolo oēs esse sicut ego (exponit) idest virgines. Nam vir coniunctus vxori vel mulier viro cogitat que mundi sunt: r vt placeat alter alteri. Qui vero sine ea ē/magis aptitudinem habet ad cogitādum de deo: r vt placeat ei. Sed quum alter ex coniugibus infidelibus conuertitur ad fidem r non alter: si infidelis consentit habitare cū fideli coniuge. f. sine contumelia creatoris: r non retrahendo a fide percepta: docet ap'ls fidelem non dimittere infidelem: vt. f. sumat alteram vel aliā: qz in processu tpis infidelis poterit cōuerti ad fidem r sic ratificatur matrimoniū: r ille vel illa saluabit. Si autē infidelis non vult cohabitare cū fideli: vel non nisi cū contumelia christi: vel pertrahendo ad infidelitatē: tūc cōuersus vel cōuersa ad fidē potest cum alijs cōtrahere. de hoc. xxviij. q. f. si infidelis. cum ca. seq. ¶ In. c. viij. de idolothytis dicit abstinendum in cōspectu infirmorū in fine: ne. f. videndo peritos aliquid horū manducare scādalizent: putando illos hoc indebito facere. f. in veneratione idoli: quum tū hoc non intendant: r inde prouocentur ad similia in veneratione idoli.

¶ In. c. ix. ostdit q̄ quū potuisset ab eis exigere temporalia: i. sustentationem vite: quū eis seminasset spūalia. f. predicādo q̄ dr̄at ius diuinum r naturale: vt laboranti pro aliquo ei merces detur. Et de hoc. xij. q. f. capi. vnico. tū voluit vti hac ptāte: sed sibi procurabat r suis victū labore manuū. Quod ideo fecit ne ipsi Corinthij dediti auaritie existimarent ip'm eis predicare ppter emolumētum tpale: r ideo magis retraherentur a doctrina. Et etiam hoc egit ne exemplo sui pseudo predicatores magis auderent tēporalia exigere: qō principaliter querebant ex sua predicatione: exēplo Pauli si hoc fecisset. Unde concludit oia hec agere r conformare se omnibus in ijs que mala non erant: iudeis r gentibus omnibus factus oia vt omnes saluaret. Exinde ostendit exemplo materiali q̄ oportet laborare vsq; in finem: r abstinere a vitijs: r delicijs: vt consequatur quis brauium glorie r victoriā tētationū: se exponens in exemplū castigādo corpus suū r subijciendo rationi. De hoc. xxxij. q. v. si Paulus. ¶ In. c. x. insinuat q̄ oia gesta ppl'i israel erant in figurā ppl'i christiani. Uñ r sacramēta eorū signabāt sacramēta noue legis. Propter qō dicit oēs illos baptizatos: sez in figura: qñ sez transierunt aquā maris rubri pharaone submerso. Ubi figura fuit baptismi quo ad materiam r effectum: sez extinctionis vitiorū: nube signāte gratiā spūssancti. Acceperūt r cōmunionē in signo. f. mānę r aque de petra emanantis. Et sic dicit. Oēs eandē escam spiritualem māducauerūt. Admonet exinde ne imitentur illos in eorū vitijs: ne puniātur vt ipsi non intrantes in terrā promissionis. f. in gloriam supernam. Aliqui essi dederunt se idololatrie adorantes vitulū aureū in deserto. Alij in fornicationem inciderunt: sez in Moabitis. Alij tentauerūt Deum. Alij murmurauerunt propter tedium laboris: r oēs ij puniti sunt etiā tpaliter. Hec scripta dicit ad correctionē nostram. Et ideo si tentatio superueniat de aliquo vitio. Tentatio (ait) nō vos apprehendat nisi humana. f. vt si incitet ad petitū vsq; ad delectationē sensualē: saltē nō sequatur consensus: qz tunc apprehenderet r caperet tentatio diabolica: de hoc de peñ. distinct. ij. inter hec. Et subdit apostolus. Fidelis Deus qui nō patietur vos tentari super id qō potestis: sed faciet etiā cū tētatiōe prouētum. i. auxilium ad viuendū vt possitis sustinere. Mortal' insuper dicēs. Oia in gloriam Dei facite: siue manducatis r.c. Sine offensione. i. scādalo estote iudeis r gentibus r ecclesie: sicut ego per oia oibus placeo. f. in licitis: non querēs quod mihi vtile est: sed quod multis: vt salui fiant. Et pius docuerat abstinendum ab esu idolothytorū quū adessent qui de hoc scandalizarentur propter ignorantiam eorum. Omnia enim (ait) mihi licent: q. f. nulla lege phibētur. xij. q. ij. §. precedā. sed nō oia expediunt qō quasi declarans subdit. Oia mihi licent: sed non oia edificant: sed aliqñ scandalizant alios: r talia non expediunt/extra de vo. r vo. re. c. magne. ¶ In. c. xj. post declarationē cuiusdā obseruātie. f. q̄ mulier debet nutrire comā capillorū: qz sunt in signum subiecte: r ozare velato capite. Uir aūt non debet nutrire comā r ozare nudato capite: que exponuntur moraliter de sensualitate r ratione vtra sensum literalem. Inuehit cōtra Corinthios de irreuerentia sumptionis eucharistie: r exprimēs institutionē ip'si⁹ sacramenti sibi a christo reuelatam quo ad materiam r formā r causam. f. in memoriā sue passionis. Et ideo quum in eo sit corpus christi verū: probet inquit vnusquisq; seipsum. i. bene examinet conscientiam suam si est idoneus vt qz extra mortale/r sic de panē illo edat. Naz qui māducat indigne iudiciū sibi manducat r bibit. f. ad sui damnationem: nō discernens dicens corpus domini: ab alijs cibis: sed sicut cōes cibos in considerate sumens. de hoc de conse. di. ij. Qui scelerate/r.c. timorem. ¶ In. c. xij. ponit in ecclesia oēs diuisiones gratiarum quarum vnus habet vnā alius aliam. r loquit de gratijs gratis datis. Nam gratiā gratum facientē que est cū charitate oēs iusti habēt r non mali. Gratiā aūt gratis datā et boni r mali habere possunt. de hoc. f. q. f. multe operationes. Numerat aūt nouē species huius gratie gratis date que dātur principaliter ad utilitatē ecclesie. Sunt aūt he sermo sapientie: sermo scientie: fides: operatio virtutū: gratia sanitatum: prophetia: discretio spirituum: gratia linguarum: r interpretatio sermonū. Et de his in. iij. par. in tit. de gra. Quū autem oēs fideles sint vnū corpus mysticū: cuius caput est christus. Sicut in corpore humano multa membra sunt habentia diuersos actus: ita in ecclesia multi sunt habentes diuersas gratias r officia. Et licet in corpore vnum membrum sit nobilius altero: oia tñ necessaria sunt corpori: et vnus deseruit alteri: congaudet in bonis alterū alteri: r compatitur in malis: vnum non cōtemnit aliud: sed ignobiliora mēbra abundantiorē honorem habent. Ita in ecclesia debet esse in qua (ait ap'ls) posuit deus quosdam quidē primū ap'los: secundo pp̄has: tertio doctores: deinde virtutes: postea gratias curationū: opitulationes/gubernatiōes: genera linguarū: interpretationem sermonū. Nec oēs hñt simul ista officia r gras: sed diuersi diuersa. Emulamini aūt (subdit) charisma ta meliora. Et adhuc excellentiorē viam vobis demonstro. f. charitatis. Quare charitas dicatur via. de pe. di. ij. hec est. ¶ In. c. xiij. cōmendatur charitas magis quam in quouis alio loco sacrorum eloquiorum. Ostēdit essi eius necessitatem: qz alia dona sapientie/eloquentie/q̄ dicuntur lingue angelorū: thoū/fides cū miraculis/eleemosynarū largitio/martyrium/sine ipsa nihil prosunt: sez ad vitā eternam consequēdam: de pe. dist. ij. si quis aūt. Secūdo exprimit eius fructuositatem seu vtilitatē: qz imperat cunctis virtutibus: r informat actus earū vt sint meritorij: qz charitas patiens est: benigna r.c. Tertio describit eius diuturnitatem: qz nunq̄ excidit. de pe. dist. ij. charitas. quum tū donū linguarum prophetia r scientia r fides destruentur in futuro. f. quantū ad mo-

In corpus peccare.

In laudabile sit nubere.

Spūalia seminātibus licz metere tpalia.

Baptismi figura.

Gre gratis date species nouem.

Charitatis commendatio.

dum qui nſic eſt. Ultimo q; inter theologicas.ſ.fidē ſpem et charitatem:que perfectione oēs alias excellunt:ipſa maior exiſtat. ¶ In capi.xiiij. Quia contendebant aliqui inter ſe qō eſſet maius donum:prophetia an genus linguarum exiſtimantibus multis maius eſſe donū linguarum. Apoſtolus declarat contrarium.ſ.maius eſſe prophetiā:q; inde maior vtilitas prouenire poteſt eccleſie. Nam niſi quis interpretet qō quis loquitur in aliena lingua: auditoribus nulla vtilitas inde prouenit. Concludens q; nō debent in hmōi cōtendere:ſed oia honeſte t ſcōm ordinem fiant in vobis. Et ignorans ignorabitur.i.reprobabit a deo: t intelligitur de ignorātia iuris diuini et naturalis quo ad neceſſaria ſalutis. de hoc diſti.xxxvij.§.vlti.t plenius.ſ.q.iiij.§.vlti.in glo. ¶ In ca.xv. manifeſtat q; chriſtus mortuus eſt t reſurrexit apparens diſcipulis pluribus vicibus. Et q; reſurrectio eius eſt cauſa noſtre reſurrectionis:ex hac arguit noſtram reſurrectionem futuram corpoꝝ:quā quidam negabant ex conſideratione incinerationis corpoꝝ. Sed ab illa falſa opinione cautos reddit dicens. Nolite ſeduci. Corrūpunt bonos mores colloquia mala. Eam probat futuram multipliciter. Et precipue exemplo grani quod ſeminatur:q; illud mortificatum in terra reſurgit quodāmodo quū oritur. Ubi etiā ponit quatuor dotes corpoꝝ glorificatoꝝ dicens. Seminat in corruptione.i.corruptibile:ſurget in corruptione:id eſt:impaſſibile. Seminatur in ignobilitate:id eſt obſcurum:ſurget in gloria ſcilicet maxima claritate. Seminatur in infirmitate.ſ.graue:ſurget in virtute ſcilicet agilitate. Seminat animale.i.groſſum:ſurget ſpirituale.ideſt in ſubtilitate. Et ſicut ſtella differt a ſtella ī claritate:quia vna lucidior alia ſic erit t reſurrectio mortuorum t; vnus glorioſior altero in anima t corpore. Et ſubdit q; etſi omnes ſint reſurrecturi boni t mali:tū nō omnes immutabuntur.ſ.de miſeria preſenti ad predictā gloriā:q; caro t ſanguis regnum dei non poſſidebant.i.carnaliter viuentes. Iſta aūt reſurrectio erit in fine mūdi in momento.i.in ictu oculi. Canet enim tuba: q; erit virtus diuina:ſe in hoc manifeſtans:et mortui tunc ſimul reſurgent. ¶ In vlti.c.ſollicitat eos ad collectas faciēdas ſcilicet eleemoſynarum pro fidelibus:ſcz qui cōgregati erant in Hieruſalem viuētibus in cōmuni:vt quum venerit ad eos:non tunc habeant parare:ſed paratas mittet in Hieruſalem vel ipſe portabit. Demum confirmat eos dicens. Vigilate:ſtate in fide:viriliter agite: t confortamini t; t omnia veſtra in charitate fiant. Cōmendat eis Timotheum ſi venerit ad eos vt humane tractent. Salutes plurimorum ponit.

Paul⁹ ad heb. Salutate inuicem ait in oſculo ſancto.

§. III. Ad Hebreos ſcribit vnā

epiſtolam:que vltima ponitur:de qua antiquitus dubitatū eſt an ſua foret: Aliqui eſſi alteri attribuebant ꝓpter diuerſum modum ab aliis:quum in principio nō ponatur nomen eius vt in aliis/ſed nunc pro certo aſſerit ab eccl'ia eſſe Pauli. Et ratio aſſignatur quare nomē ſuū in pncipio tacuit:q; exoſum erat nomen eius hebreis: t ideo ne audito in principio noie ſuo horrori haberent talē doctrinā:nomē ſuum reticuit. In ipſa aūt oſtēdit dignitatem chriſti q; t deus t homo Diuinitatē:dum ait. Nouiſſime locut⁹ eſt nobis in filio per quem fecit t ſeculaq; quū ſit ſplēdor glie t figura ſubſtātie eius portans oia.i.ſuſtētans verbo virtutis ſue. Excellentia humanitatis eius deitati vnite demonſtrat dicens. Quē fecit heredē vniuerſoꝝ.i.dñm. Purgationē pctōrum faciens: ſcz humani generis per paſſionem ſuā. Sedet ad dexteram maieſtatis in excelſis: ſcz reſurgens t aſcendens ad ſublimiorē gradū glorie. Tāto angelis melior effectus:quāto differentius pre illis nomen hereditauit. Et q; angelos antecellat inquantum homo probat:q; nulli angeloꝝ dictum eſt aliquando quod chriſto in pſ. Filius meus es tu:ego hodie genui te. Neq; alicui angelorum dictum eſt. Sede a dextris meis. Neq; illud de chriſto dicit. Minuiſti eum ſcz chriſtus inquantum eſt homo/paulominus ab angelis:per aſſumptā ſcz mortalitatē. Gloria reſurrectionis t honore aſcenſionis coronaſti eū: t conſtituſti eum ſuper opera manuū tuarum. Omnia t. Non eſſi angelis deus ſubiicit mundū. Quinimmo dicit de angelis. Adorent eū.ſ.chriſtus oēs angeli ei⁹. Et de firmitate regni eius in pſ. Thronus tuus deus in ſeculum ſeculi. Quum aūt ij qui nō audierūt t obedierūt angelo.i.legi date per angelum:puniti ſint:multomagis punientur non audientes vocem doctrine euangelice. Que ſcz lex euangelica quū acceppiſſet initiū enarrandi per dñm Jeſum ab eis qui audierunt in nos cōfirmata eſt: teſtāte deo ſignis t portentis t variis virtutibus t ſpiritus ſancti diſtributionibus. Et q; non angelos ſed ſemē Abrae apprehendit.i.naturā humanā ad eam liberandā: t ideo ait ap'ls in ca.ij. Debuit eum p omnia fratribꝰ aſſimilari.ſ.ſumere penalitates; ſz ſine peccato/vt miſericors inueniret. In eo eſſi in quo paſſus eſt ipſe t tētatus:poteſt auxiliari eis qui tentantur. in.c.ij. ¶ Exinde in.c.iij. oſtdit q; xps amplioris glorie fuit q; Moyſes:de quo tñi gloriantur. Nam Moyſes vt famul⁹ dei fidelis in domo dei conuerſatus eſt.i.in ſynagoga. Chriſtus autem vt filius in domo dei conuerſatus eſt.i.in eccleſia. Attendum ergo dicit eis eſſe quod ait pſ. Hodie ſi vocem eius audieritis:nolite t. Nam ſicut illi in deſerto qui obdurati ſunt non obedientes voci dñi/nō intrarunt in terraꝫ promiſſionis:vt iurauit eis:ita t nunc qui nō audient vocē doctrine chriſti:excludentur a regno t a requie. Habētes ergo pontificē magnū qui penetrauit celos/Jeſum filium dei teneamus confeſſionem.ſ.fidei. Non enim habemus pōtificem qui nō poſſit cōpati infirmitatib⁹ noſtris:tētatū p oia p ſimilitudine abſq; pctō. ¶ In.c.v. probat Jeſum vere magnū pontificē:quū habeat cōditiones eius:dicit eſſi. Omis pontifex ex hoibus aſſumptus p hoibus conſtituitur in ijs q; ſunt ad deū:vt offerat dona.ſ.oblationū t ſacrificia p peccatis: qui poſſit condolere pro ijs qui ignorant t errāt:q; ipſe circundatus eſt:ſcz infirmitate. Nec quiſq; ſumit ſibi honorez, ſ.pōtificū:ſed qui vocatur a deo tanq; aaron. Hec omnia in chriſto reperiuntur. Et inchoando ab vltima conditiōe:xps non ſeipſum clarificauit vt pontifex fieret:ſed deus pater dicens ad eum. Filius meus es tu t. Et tu es ſacerdos in eternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Ex hominibus fuit aſſumptus:q; natus ex virgine. Obtulit autem preces t ſacrificiū/qū.ſ.in diebus carnis ſue.i.mortalitatis obtulit ſe in ſacrificiū in cruce orans pro ſalute generis humani cum lachrymis:dicens. Sitio.ſ.ſalutē hoim. Exauditus eſt pro ſua reuerentia ſaluatione inde ſequuta. Nouit etiam condolere alijs. Naz didicit ex ijs que paſſus eſt obedientiam t factus eſt omnib⁹ obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis eterne. ¶ In vſ.c.non permanentibus in gratia ſed recidiuantibus dicit. Impoſſibile eſt.i.valde difficile:eos qui ſemel illuminati ſunt:guſtauerunt etiaz donū celeſte: t participes facti ſunt ſpūſſancti: t plapſi ſunt:rurſus renouari ad penitentiā:rurſum crucifigentes ſibimetipſis filiū dei t oſtentui habētes. ¶ In.c.vij. oſtendit quomodo chriſtus ſit ſacerdos ſecundū ordinez Melchiſedech.i.ſimilis ei. Dicitur eſſi ſcz Geñ xiiij. q; erat ſacerdos dei ſummi/rex Salē.i.rex iuſtitie et pacis. Sine patre t ſine matre legit inquantū.ſ.nō reperit genealogia eius:nō reperit initiū ei⁹ neq; finis. Que omnia pueniunt xpo. Rex eſſi eſt iuſtitie t pacis: ſine patre in terris:ſine matre in celis:nō habens principiū nec finē.ſ.ſecūdū diuinitatē. Probat aūt ſacerdotiū chriſti qō eſt ſm ordinem Melchiſedech.i.ſimile illi:eſſe dignius t perfectius ſacerdotio leuitico veteris legis:ex hoc videlz q; Abraā reuertens a cede regū:obuians Melchiſedech dedit ei decimas omniū t ipſe Melchiſedech benedixit Abrae. Tunc autem Leui vnde et ſacerdotium leuiticum quod erat tantum de illa tribu/erat in lumbis Abrae:ſcilicet ſm virtutem t rationem ſeminalez deriuatum ab eo. Unde offerens Abraam decimas Melchiſedech t recipiens ab eo benedictionem: obtulit in virtute Leui t ſacerdotium leuiticum. Maior autem t dignior qui recipit decimas t qui benedicit eo a quo recipit:ſcz qui benedicitur. Minor autem cedit maiori: t in perfectum perfecto: t ideo adueniente chriſti ſacerdotio ceſſat leuiticū. Exin de ſequitur quod ſubdit apoſtolus. Tranſlato ſacerdotio/neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat. Nam precipuum in lege illa t quacunq; alia t dignius eſt ſacerdotium: quod pertinet ad cultum diuinum t religionem quod eſt maximum vt fundamentum in quacunque lege. Sed ſacerdotium leuiticum tranſfertur et deficit propter ſacerdotium chriſti ſuperueniens ergo t lex illa debet deficere/ſcilz quo ad cerimonialia/ adueniēte lege euangelica: t merito: quia nihil ad perfectū adduxit lex illa: erat eſſi figuralis legis euāgelice: t ideo ceſſare debet impleta figura. Et imperfecto illius legis et ſacerdotij oſtendit ex eo q; nullū ſacrificiū illius legis ſufficiebat ad purgationem pctōrum:ſed quotidie alia faciebant. Sacerdotes etiam illi peccatores erant:pro pctis ſuis etiam habentes offerre: t deficiebant:ſed xps vna hoſtia.ſ. paſſionis ſue populū ſuum a delictis purgauit: qui q; ſctūs innocens impollutus/pontifex ſegregat⁹ a pctōribus:non eguit pro ſe offerre:vt viuit in eternū. ¶ In ca.viij. declarat per authoritatem ꝓphete.ſ.Hieremie legē euangelicā t teſtamentum nouum poſt vetus illud eſſe futurū dicēs. Oſſi ipſi non permanſerunt in teſtamento meo.ſ.veteri lege ipſum obſeruando t: ego neglexi eos dixit dñs: q; hoc eſt teſtamentum quod diſponam domui iſrael poſt dies illos: dando leges meas in mente eorum t in corde eorū: ſupple ſcribā eas.ſ. precepta euangelica t. ¶ In.c.ix. oſtendit q; illud qō erat preceptū in veteri lege figuratiuum ſcz tabernaculum: t poſtea templum Salomonis diſtinctum in ſancta t ſanctaſanctorum

Chriſt⁹ ꝓbatur fuiſſe ſō tifex.

cum

Leg' veteris fi/gurefūt in noua cōlpere.

cū ptentis in eis: r precipuū officiuz seu solēnioz actus exercitus a summo sacerdote qui erat hic videlicet ingressus in sancta sanctorū semel in anno cum sanguine hircoz r vitulorum q̄ offerebant in sacrificium. Oia hec completa sunt per christum r p ecclīam signatā in tabernaculo distinctā in militantē r triūphantē. Nā christus (ait apls) adsistēs pontifex futurozū bonozū introiuit in sancta sanctozum: aperiens regnum celozum p sanguinē nō alium sed p ppriū sanguinē eterna redēptione inuenta. Oō sacrificium. s. sue passionis fuit ita perfectū q̄ suffecit vna vice oblatū: r ipz nō ad emūdationē carnis valet tm̄ vt illud antique legis. i. a quibusdā impedimētis quibus p̄hibebat eis ingressus tēpli r quedā alia: sed emundat pscīētias hoīm ab operibus mortuis id est pctis: qō fit in debita susceptione sacramentoz noue legis in quibus remansit virtus passionis. ¶ In. ca. x. ostēdit q̄ lex antiqua erat vmbra noue legis r figura: r p sacrificia illa impossibile erat auferri pctā sed per christum r passionem eius sunt ablata: iuxta illud p̄s. Hostiam r oblationem noluisti veteris legis: corpus aūt aptasti mihi. s. ad passionē tolerandam r c. Cessare ergo debet lex illa vetus. s. quo ad cerimonialia adducta lege euangelica fidei christi. Habentes ergo fratres (ait) fiduciam in introitu sanctoz in sanguine christi: quam initiauit nobis viam nouam r viuētem accedam' cū vero corde in plenitudine fidei asperſi corda a' cō scientia mala. Irritā quis facies legē Moysi sine vlla miseratiōe moriſ duob' vel trib' testib': quātomagis deteriora putatis mereri supplicia: qui filiū dei cōculcauerit r sanguinem testamenti pollutum duxerit: scilicet male viuendo.

Fidei de finitio.

¶ In. c. xi. definit fidem r commendat eā mirabiliter: ostendens ab initio ab abel r per oēs patres veteris testamenti oia magnifica opera facta per fidem. Definit aūt dicens. Fides est sperandarū substantia rerū: argumentū non apparentium. i. quedam virtutis seu quoddam lumen infusum a deo quo habet substantia. i. principiū rerū sperandarū. s. future btitudinis quā debem' sperare: argumentū conuincēs mentem. i. quoddam mediū quo cōclusio inferſ ad assentiendum ijs que nō apparēt nobis sensu nec ratione naturali necessaria. ¶ In. c. xij. dicit. Tantam habentes impositā nubem testium de quibus supra dixerat testimonio fidei probatis: deponentes omne pondus et circundans nos peccatum: per patientiam curramus ad propositum nobis certamen: aspicientes in authozem fidei r consummatozē iesum qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta atq̄ in dextera sedis dei sedet. Rocogitate ergo eum qui talez sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum cōtradictionem: vt ne fatigemini animis vestris deficientes. Nondū em̄ vsq̄ ad sanguinem restitistis aduersus pctm̄ repugnantes. Et ad ipsam patientiam multiplici authozitate r ratione inducit. ¶ In. xiij. r vlti. c. hortatur eos ad charitatem fraternitatis: ad hospitalitatem exemplo patrū: ad honestatē coniugalem: ad virtandā auaritiā: ad obedientiā p̄sidētiū: r q̄ doctrinis varijs et peregrinis non abducantur a veritate. Optimum est em̄ gr̄a stabilire cor: non cerimonijs legalib' Nō em̄ habem' hic ciuitatē manentē: sz futurā inquirimus. Per ipm ergo. s. Jesum offeram' hostiā laudis semper deo.

¶ De cōuersatione beati Joannis euangeliste. Cap. vj.

Ioannes germanus Jacobi maioris ex patre zebedeo piscatore: r matre Maria salome/ sororeex parte matris virginis gloriose: euangelista apostolus r ppheta fuit. Propheta q̄dē in libro apocal'. i quo describit statū futurū ecclesie: sed ita obscure vt nullus ad literā inueniatur certus exponere/ sed potius diuinare. Apostolus vnus ex duodecim. s. a christo deputatus. In epistolis suis tribus frequentius cōmēdās fraternā dilectionē q̄ q̄cunq̄ alius. Euangelistam vero in euangelij descriptiōe quartus in ordine. In aquila designatus propter altitudinem materie ipsius euangelij. Unde r a christo ipse cum Jacobo dicti sunt filij tonitrui scōm Mar. q̄ (vt ait Orige.) ita alte intonuit principium sui euāgelij: q̄ si altius intonasset: tot' mūdus eum capere non potuisset. Hic est (inquit petrus daſi. i sermone) quē saluator noster ad insinuandum sue diuinitatis essentiā quasi quoddā organū fecit: r q̄ ipse ad tempus dispensatiue suppresserat suū vicariū dereliquit. Interpretatur aūt Joannes in quo est gratia: q̄ apte ei cōgruit per quandā excellentiā. Nā gr̄a. s. benevolentie christi ad eū precipua fuit: vñ quum in euāgelio de se loquit/ ait: discipulus ille quem diligebat Jesus: nō (vt ait Beda) q̄ exclusis ceteris hunc solū dilegeret: sed q̄ familiarius ceteris priuilegio amoris Joannē dilexit ap'm. Quā quidē gratiā benevolentie ad eū christus precipuā habuit propter tria in eo concurrentia ſm Tho. sup Jo. circa finē. Primo propter intellectus eius perspicacitatem. Solent em̄ magistri illos discipulos plus diligere quos capaciozes inuenerint. Hiero. in prolo. biblie. c. iij. Joannes piscator indoctus: r vnde obsecro illa vox In principio erat verbum r c. Hoc doctus Plato nescīuit: hoc Demosthenes eloquens ignorauit. Secūdo propter munditie puritatē. Virgo em̄ est electus a dño (canit ecclesia) q̄ in nuptijs suis conuersa aqua in vinū dimittens spōsam intactā secutus est christū: r ideo prerogatiua castitatis ampliori dilectione eū fecerat dignū. Tertio propter etatis teneritatē. Familiarius em̄ diligūtur a parentibus iuuēculi: in minori aūt etate Joānes ad discipulatū adscitus est. In quo etiā innuitur q̄ qui a puericia se deo tradunt deuote: familiarius cū deo quersantur. Ex his videtur inferri q̄ Joannes ex quo plus dilect' a xp̄o/ plus r ipse ceteris christum dilexit: q̄z sapiens ait Prouer. viij. Ego diligentes me diligo: r quantū diligit tantū diligit. Sed in contrarium videtur quod ipse Jesus ait Petro. Simo Joānis diligis me plus his? Cuius signū videt: q̄ ei cōmisit ecclesiā. Circa hoc igit sciendum ſm Tho. vbi. s. q̄ merita horum ponderare solius est dei/ vnde in Prouer. c. xvj. Spirituz ponderator est dñs non potest ergo dici tute q̄ Petrus plus dilexerit christum: quia tunc fuisset maioris meriti r premij: nec q̄ Joānes simpliciter sit melioz Petro. nam christus non asserendo sed interrogando ait si plus diligeret: ostendens ex hoc quandam congruitate p̄sidentē in dilectione subditos debere precellere: sed nō ex necessitate. Nec Petrus p̄sumpsit hoc asserere: sed tantū q̄ diligebat. Dicunt igitur aliqui q̄ xp̄s plus diligebat Petrū quantum ad hoc vt ei conferret intellectum magis perspicacem. Sed quum charitas superemineat scīētie dei secundum apostolum ex hoc videtur quod maioz in perfectione sit Petrus: nisi forte quis dicat Petrum magis dilectozē quantū ad feruozem exteriozem charitatis. Alij dicunt r melius: q̄ Petrus dilexit christum magis in mēbris r sic etiā a christo fuit magis dilectus. s. in membris: vnde et ei cōmisit curā ecclesie. Joānes aūt plus dilexit eū in seipso: r sic magis fuit dilectus ab eo: vnde r ei matrē commendauit: de qua subſtantiā carnis acceperat. Uel dicendū q̄ Petrus magis dilexit quantū ad promptitudinem r feruozem. Joannes aūt magis dilectus quantū ad quedam familiaritatis inditia: que christus sibi magis q̄ alijs ostendit propter puritatē. Unde r ei soli proditozem manifestauit: r super pectus in cena vltima recubuit: r in signū q̄z de fonte diuine sapientie maximā verbi profunditatē debebat haurire. Uel quātum ad mysteriū: q̄z in his duobus figuratur duplex vita/ actiua r cōtēplatiua. Actiua signata per Petrū plus diligit deū: q̄z magis sentit p̄sentis vite angustias: et estuantius ab eis liberari desiderat: r ad deū ire. Cōtēplatiua vere figurata in Joanne plus diligit a deo: q̄z deus magis eā conseruat. Non em̄ deficit hinc migrans: sed perficitur.

propter tria xp̄s p̄ceteris apl̄is dilexit ioannem.

Uter xp̄o fuerit acceptior petrus an ioannes

℣. I. Beda. Joannes que de hereticis r schismaticis deuitādis edocuit (dicēs in epistola si quis venit ad vos r hanc doctrinā. s. quam predicamus non affert: nolite eum recipere in domum: neq̄ aue ei dixeritis) hoc factis exhibuit. Narrat em̄ de illo auditor eius sanctissimus vir r martyr fortissimus Policarpus Smyrneorum epūs: q̄z quodam tempore quum apud Ephesum balneas lauādi gratia fuisset ingressus: r vidisset ibi Cherinthum hereticum: erit continuo r discessit non lotus: dicens. Fugiamus hinc: ne balnee ipse corruant in quibus Cherinthus lauatur inimicus veritatis. xxiij. q. j. omnis qui. ¶ Quum quedam auicula que perdix dicitur beato Joanni viua fuisset oblata: et ille contrectando eam demulceret r sepe tangeret: quidam adolescens videns despexit eum: sochs dicens. Uidete quomodo ille senex vt puer cum auicula ludit. Quod Joannes perpendens eum vocans iussit vt arcum quem tenebat in manu: tenderet. Quod quum feciſſet: nil ei dicente apostolo arcum remisit. Cui apostolus. Quare non tensum diu tenuisti: sed dimisisti? Respondit. Quia si diu tensus teneretur: ad iacienda iacula infirmior redderetur. Cui Joannes. Sic et humanus animus ad contēplendum minus validus fieret: si semper in suo rigore speculationis persisteret: r humāe fragilitatis non q̄q̄ cōdescenderet recreatio. Nam r aquila q̄ altius ceteris volatilibus scandit r solem intuetur: necessitate ducta ad ima descendit. ¶ Refert quoq̄ Clemens vt habet in hystoria schola. q̄ quū Joannes quendam iuuenē pulchrum ferocem conuertisset ad fidē Ephesi: inde recedens ad predicandū in alijs ciuitatibus: illum iuuenem episcopo loci subdepositio commendauit. Sed eps nimis confidens de eius bonitate parū conuersationi eius attendit. Ille ex mala societate illectus facinorib' se tradidit: r ad peiora p̄gressus demum relicta ciuitate factus est in quodam nemore princeps latronum. Post aliquandiu Joannes Ephe-

sum remeans ⁊ epiſcopū illum viſitās requiſiuit ab eo depositum ſibi traditū. Qđ quū ille non intelligeret cogitans de deposito pecuniario: Joannes ait. Illum dico iuuenē quē tibi commendaui attētius. At ille cū lachrymis inquit. Mortuus eſt in ala pater: ⁊ in tali loco cum multis latrocinatur: Joannes autem pre dolore de perditione iuuenis veſtem ſcidit: pugnis ſe cedebat dicens. Bonum cuſtodem te reliqui anime fratris: morq; parari ſibi equū iubet: ⁊ locum educeri vbi ille morabat. Illucq; eqſter acceſſit: appropinquāſq; ad locum inuenit complices latrones quorum iuuenis erat princeps antecedentes eum. Quūq; Joannes diceret eis ſequerere ⁊ alloqui velle dām eorum duxerunt ad eum. At iuuenis videns Joannē a longe maxima verecundia ⁊ confuſione ductus: cepit fugiendo retrocedere velociter currens. Sed Joannes vrgens calcaribus equum: oblitus ſue ſenecturis inſequitur eum clamans ⁊ dicens. O fili quare fugis patrem tuum ſenem ⁊ inermē? Biſte gradum: expecta me. ego pro te reddam rationem deo: ⁊ veniam procurabo: tantum recognoſce delictum tuum. Ad que verba compunctus iuuenis ad Joannem venit: et ad genua eius prouolutus cū amariſſimis lachrymis veniam poſtulabat. Et quum manū occultaret: q; plura homicidia fecerat: conſcientia ſceleris Joannes illam accipiens oſculabatur: confortans ⁊ fiduciaz preſtans de venia vere penitenti. Reductus ergo ad ciuitatem ⁊ penitentiam agens ad mandatū Joannis: ſanctus homo eſt effectus. O quale exēplum ad oſtendendū periculum ⁊ pronitatē iuuenilis libertatis ⁊ male ſocietatis: detrimētum negligentie preſidentialis ⁊ magnitudinem diuine miricordie. ¶ Joannes preterea poſt mortem diutinam in Hieroſolymis ⁊ regionibus circunſtantibus ad predicandū nā poſt annos. xiij. a cōuerſione Pauli ſe iuiſſe Hieroſolymam ⁊ viſitaſſe ⁊ contuliſſe euangeliū cū Petro ⁊ Joanne ⁊ Jacobo. ſ. minori aliqui dicunt: ⁊ vſq; ad exterminiū Hieruſalē p Titum ibi manſiſſe) demum inſtigante ſpū ſancto acceſſit in Aſiam minorem: ⁊ maxime ciuitatē Epheſum: deinde a Domitiano imperatore Romam adductus: poſt immiſſionem in olei feruentis volum: ex quo illeſus exiuit: in Pathmon inſulam relegatus eſt. Interfecto autē Domitiano: a ſenatu propter eius ſcelera oīa ſunt abolita ⁊ adnihilata que ipſe egerat. Et hic Joannes ab illo exilio reuocatus. Reuertenti igitur Epheſum obuiauit oīs multitudo ciuitatis deum laudās ⁊ gratias agens de tanto beneficio. clamans: Bñdictus qui venit in noīe dñi. Ingredienti aūt ciuitatē occurrunt plures ferētes quādam diſcipulam Joānis noīe Druſiana in feretro ad ſepulturam: rogātes p ſuſcitatiōe eius: quū eſſet mater pupillox ⁊ viduarum: ⁊ multū optauerat videre eum. Hāc Joānes oīone p̄miſſa ſuſcitauit: ⁊ ad ſibi pparandū ad comedendū ire iuſſit. ¶ Altera die quū Joānes p ciuitatem incederet: vidit maximam multitudinē congregatā coz̄ Cratone pbo. Jo enim tali die ⁊ hora predixerat doctum ſe mundi contemptum duobus ciuibus epheſinis diuitib?: quos ad ſuam traxerat ſectam: iuſſerat vt lapides preciosos emptos precio totius patrimonij diſtracti coram populo frāgerent ⁊ in puluerē redigerent. Qđ ⁊ fecerunt. At Joannes hoc aſpiciens populuz de hmōi opere redarguit: dicens hoc non eſſe vere mundum contēnere: ſed mundi gloriā ambire: nec chriſtus eorū magiſter ſic docuit mundum deſerere: ſed pauperibus illa erogare. Cui Craton. Si deus eſt magiſter tuus vt p̄dicas: redintegrare faciat hos lapides: vt qđ feci ad mundi gloriā: ipſe faciat ad ſue virtutis oſtenſionem. Qđ Joannes facta oīone peregit. Ex quo prodigio Craton ⁊ illi duo diſcipuli ſui ⁊ plures ⁊ alij conuerſi ſunt ad fidem. Inter quos extiterunt iuuenes duo nobiles: q̄ opulento matrimonio ſuo pauperibus erogatoꝛ ſeruis eorum liberati donatis ap'm in paupertate ſunt ſecuti. Una aūt dierum poſt cōuerſionē ſuam quum viderēt tranſeuntes per ciuitatem ſeruos olim ſuos incedētes iucūdos in veſte preclara: conſiderātes ſuuz vile indumentum ⁊ victū auſterū: tentati a diabolo ſpū acedie/penitere ceperūt de tali ſtatu aſſumpto. Reuertētes aūt domum dū triſtes viduſſet Joānes/cognouit in ſpū eoz lapſum: vnde ⁊ dixit eis. Deo non placent coacta ſeruitia. Video vos penitere de mundi contēptu: ſed ne credatis que dimiſiſtis rehabere vos non poſſe. Pergite ad ſyluas: ⁊ adducite virgas lineas: et de litore fluminis lapillos: quod egerunt ☞citiſſime. Ipſe autē virgas conuertit in aurum: ⁊ lapillos in precioſos lapides: que oīa iudicio plurīū artificuz iudicata ſunt optima. Tunc Joannes ait. Ecce plus habetis ☞ reliquiſtis. Ite ⁊ emite vobis palatia/predia/⁊ ſeruos/reſtes: ⁊ que vultis ⁊ alia: ⁊ florete in hoc ſeculo vt in alio marcidi ſitis: gaudete ad horam vt in perpetuum lugeatis. Dicit Gratianus. xviij. q. iij. §. ⁊ notandum ☞ hoc exemplo non licet oblata eccleſie vl religioni ab ingreſſis reddere ijs qui dederunt vel religioſis recedentibus a religone. Nec Joannes illa reddidit: ſed quaſi ſua que dimiſerant miraculoſe p curauit. Hoc etiam fecit poti' iure poli ☞ iure fori. Duz aūt hec contra eos inueneretur: ecce quidē cum amicis ⁊ cōſanguineis adduxerūt adoleſcētē tunc defunctum: rogantes vt ſicut Druſianam, a morte ſuſcitaret. Qđ quū poſt prolixā oratione feciſſet: imperauit adoleſcenti illi ſuſcitato vt referret illis duobus auerſis a ſancto propoſito quid de eis vidiſſet in alio ſeculo ille aūt dixit eis. O miſeri q̄d egiſtis? Vidi angelos veſtros flentes de interitu veſtro: demones autē gaudentes. Amiſiſtis eterna palatia vobis auro ⁊ argento ⁊ lapidibus preciosis fabricata luce plena ⁊ epulis copioſis: ⁊ penas acerrimas vobis in inferno preparatas expectatis. Ex miraculo igitur viſo ⁊ ipſius reſuſcitati verbis compuncti illi duo/ad pedes Joannis proſtrati miam poſtulabant. Quibus Joannes mandauit vt. xxx. diebus penitentiā agerent: ⁊ hoc p ſigno caperent ſuſcepte a deo miſericordie: q̄ virgas aureas ⁊ lapides illos precioſos ad naturam priſtinā redacti eſſent. Quod ⁊ fecerunt. Poſtmodum in ſancto propoſito permanentes miraculis effulſerunt.

§. II. Quoniamvero per Aſiam

diſcurrendo templa euerti faciebat idolorum. doctrina ſua ſeditio populi orta eſt contra eū: quibus ipſe diſſunctiuam propoſuit ad ſedandum populū: videlz ☞ ſi ipſi ſubuertere poſſent ad inuocationē Diane eccleſiā chriſti: ipſe cū eis Diane ſacrificaret: ſi aūt nō poſſent: ſed ipſe ad inuocationē x̄pi templum Diane ruere faceret: ipſi in chriſtuz crederēt. Hoc quum placuiſſet maiori parti populi: ſacerdotes Diane nil valuerunt efficere. Joannes autem exuntibus cunctis de tēplo Diane vt ordinauerat: ad inuocationem ſuam templū Diane ⁊ ſtatuam eius corruere funditus fecit. Unde multa milia hoīm converſa ſunt ad fidē. Ariſtodemus vero pontifex tēpli quū ſeditionem cōtra Joannē excitaret: dixit ei Joānes. Quid vis Ariſtodeme vt faciam tibi ad placandum te? Cui reſpondit. Si vis vt credam in deū tuum da bo tibi venenū bibere: ex quo ſi nō cōtraxeris leſionē: credam in chriſtū. At Joannes ait. Fac qđ locut' es. Propinauit ergo venenū: vt noſſet p experimētū perniciē veneni: poſtulatis preſide ciuitatis duobus reis morte plectendis/eis guſtāduz dedit: qui ſubito mortui ceciderunt in terrā. Hoc viſo Joānes nil pauefact' poculū leuus aſſumpſit: nec quidem colorem mutauit nec dolorē ſenſit. Cui Ariſtodemus. Adhuc in me eſt dubietas. Sed ſi mortuos ex veneno illo viuificabis: tūc credā. Ap'ſ dedit ſibi palliū ſuum vt eo tangeret corpora eorum. Quo peracto a mortuis ſurrexerunt. Propter qđ Ariſtodemus preſes prouincie cū omni familia ſua ⁊ multi alij in chriſtū crediderūt. Qui deſtruentes idola eccleſiam in honorem beati Joannis edificarunt: in qua diu p̄dicauit. Quū autem eſſet nonaginta annorū: ⁊ a paſſione dñi ſecundū Iſidoꝛ. lxviij. etatis ſue annū explesſet: apparuit ei dñs Jeſus vocans eum ad cōuiuiū ſuum cū diſcipulis ſuis: ſignificans ei q̄ dominica ſequenti ad eum veniret. Dñica ergo die a primo pullorū cantu intrās eccleſiā/⁊ populo predicans/⁊ ad permanendū in fide exhortās: demū foueam quadratā quam in eccl'ia fieri iuſſerat intrauit: luce immēſa apparēte vt nullus aſpicere poſſet. Poſtea recedēte luce inuēta eſt fouea plena manna: nec repertū eſt corpus eius.

Druſiana ſuſcitatur.

Cratō ⁊ duo ei' diſcipli ab Joāne conuerſi.

Diane tēplum.

Venenum ab Joanne hauſtū.

§. III. De corpore Joānis quid

ſit factum eſt multiplex opinio. Alij dicūt ☞ ſepulchrū eius qđ eſt apud Epheſum continet ip'm viuum ⁊ dormiētē: et in eo adhuc viuit quouſq; veniat chriſtus ad iudicium: habētes in argumentū huius ☞ illic terra ſurſum quaſi ebulliēs ſcaturit: qđ ex eius anhelitu fieri dicunt. Sed hanc reprobat Aug. dicens ☞ minus eſt ſi dormiēs viuit ☞ ſi mortuus viueret beatus cum chriſto. Cur ergo chriſtus diſcipulo quem p̄ ceteris diligebat pro magno munere tam longum donaſſet ſomnium: ⁊ priuaſſet interim eo tanto bono. Nō eſt ergo hoc credendum: ſed potius quod mortuus ſit: ſecundum illud. Quis eſt homo qui viuit: ⁊ non videbit mortem. Et poſtea ſurrexerit in alia ⁊ corpore glorificat': ⁊ ideo corpus eius nō inuenit. Et hec eſt ſecunda opinio. Nam tertia opinio quam etiam refert Thoſſi. ſuper Joā. ⁊ eam ſequutus eſt dñs Joannes dominici cardinalis: eſt ☞ Joannes ſit tranſlatus in paradiſum terreſtrem poſt☞ in illā foueā ſibi paratam deſcendit apparente ſuper foueam immēſa luce: vt nemo videre poſſet: ⁊ e paradiſo veniet in mundū iſtū tēpore antichriſti predicaturus cōtra eū cū Enoch ⁊ Helia: ⁊ mortem paſſurus martyrij per eum cū Enoch ⁊ Helia. Quum eſſi dignior ſit lex euāgelica lege nature vel moſaica: videtur ſatis veriſimile ☞ ſicut lex nature habebit Enoch: lex moſaica Helia: ita euangelica Joannē: teſtes cōtra antichriſtum pro chriſto. Et ſic ad plenū implebitur dictū a chriſto ſibi et Jacobo

bo germano eius. Calicē meum bibetis. Mat. xx. scs̄ passionis per martyriū migrando. Sed ⁊ si nō morte violenta sed naturali iam oecessit ꝫ aliā opinionē: adhuc verū est ꝙ biberit calicē passionis / videlz sustinendo multas persecutiones p̄ christo ⁊ martyria. Nam ⁊ flagellatus legitur cū ceteris in actibus apostolorū a Domitiano cesare propter insuperabilem euangelij cōstantiam Romā adductus ante portas latinam in feruentis olei dolio missus fuit: sed diuina fauēte gratia illesus exiuit a dolore carnis: sicut ⁊ a corruptione alienus. Et exinde in Pathmō insulam exilio relegatus. In qua dū staret: societate hoīm cōsolatio ei non defuit angelorū. Ibi enim habuit reuelationes Apocalypsis per angelum: Qō ergo christus dixit. Sic eum volo manere donec veniā: potest intelligi veniam. s. ad iudiciū: sic vuit in paradiso terrestri. Si autem mortuus est: siue iam resuscitatus in corpore siue nō: intelligitur. Sic eum volo manere. i. sine morte violenta sicut tu Petrus: cui loquebatur christus trāsiens donec veniam pro eo: etiā pro corpore siue anima tm̄. Sic et quarta opinio hȝ. s. ꝙ intrans sepulchrum obierit remanēte solo corpore i sepulchro. qō tamē nō inuenitur: sicut ⁊ de corpore Moysi scriptum est deo sic dispensante iudicio nobis occulto. Vel donec veniā i regno ecclesie dilatate per orbem sic exponit Beda illud Mat. Sunt quidaꝫ de hic stantibus vt Joannes: qui non gustabunt mortē donec videant filium hominis venientē in regno suo. Dicitur em̄ esse vbiq; p orbē diffusa ecclesiarum per orbē vbiq; regnabat xp̄s per fidem in mentibus hoīm. Nam plus ceteris Aplis Joannes pluribus q; annis superuixit vsq; ad tempora Traiani.

¶ De cōuersatione ⁊ martyrio bti Jacobi maioris. Ca. vij.

IAcobus apostolus germanus Joannis euangeliste dicitur Jacobus maior eo ꝙ prius altero Jacobo fuit vocatus ad apostolatum. Primus etiā oim apostolorum vocatus est p martyrium ad regnū celorū. Fuit aūt satis christo familiaris: ⁊ cū Petro ⁊ Joanne ad secretiora admissus: vt pater in transfiguratione christi: in resuscitatione filie archisynagogi facta a xp̄o in expressione in horto sui intensi doloris ex passione imminente. Hic igitur post aduentum spiritussancti ad Hispaniam accessit ad predicandū et quum videret gentem illam agrestem doctrinam eius nō acciperemam tm̄ nouem vel scōm alios tm̄ duos ad fidem conuertit: illos duos secū ducens reuersus est Hierosolymam. Quiq; feruēter predicaret scripturis sacris ostēdens Jesum xp̄m verū dei filiū esse: ⁊ scribas ⁊ legis doctores rationib⁹ validis cōfutaret / miraculis doctrinā suā cōfirmās oblata pecunie summa rogarunt quendā magum noīe hermogenē: vt cum eo disputans ip̄m cōfunderet: qui p̄misit se hoc facturum nō per sed per discipulum suum Philetū. Misit ergo Philetū cum iudeis ad Jacobū: qui disputans cum Jacobo in oibus superatus fuit a Jacobo faciēte etiā in conspectu eius plura mirabilia: ex quibus compunctus Philetus reuersus ad magistrum suum Hermogenem multum cō mendauit eū de doctrina irrefragabili: referens etiam p̄digia facta / eiq; suadens adherere. Nam ⁊ ipse discipulus eius fieri decreuerat. Indignatus Hermogenes arte magica ita impediuit eū: vt se inde mouere non posset: dicens. Nunc vi debimus si Jacobus iste poterit te liberare. Philetus autē hoc per nuntiū Jacobo significauit. Qui misit ei sudarium dicens. Istud suscipiens dicat. Dñs soluit compeditos: ⁊ ipse erigit elisos. Quo facto subito liberatus est. Et insultans Hermogeni accessit ad Jacobum: ⁊ de fide instructus baptizatus est eum sequens. Hermogenes autem iratus adiurās demones imperauit vt Jacobum cum Phileto ante se vinctos ducerēt: ne discipuli sui ab eo auersi auderent ei insultare. Demones igit plures adiurati ab eo euntes quū appropinquassent habitatiōi beatissimi Jacobi clamare ceperūt. Apostole dei miserere nostri: q; grauiter cruciamur. Quib⁹ apostolus. Et quid venistis ad me? At illi: Hermogenes misit nos vt te ⁊ Philetum olim discipulum eius vinctos ducere mus ad eum. Sed vbi appropinquauimus angelus domini catenis igneis religauit nos cruciatum inferens. Jacob⁹ autem dixit. Ipse angelus dei vos soluat ⁊ pergite ad Hermogenē: ⁊ eum ligatum ad me perducite sine aliqua lesiōe. Quod statim fecerunt: ⁊ manibus post tergum ligatis Hermogenē capientes ante Jacobum statuerūt: rogantes vt daret illis licentiam nocendi: ⁊ suas ⁊ eius vindicare iniurias. Dixit autem Jacobus. Quare Philetum non tenetis sicut imperauit Hermogenes? Cui demones respondentes. Nedū Philetum discipulum tuum sed nec formicā domus tue possumus cōtingere. Imperauit igitur a p̄s demonib⁹ abiere: Phileto dixit. Quia dominus noster mādauit reddere bona pro malo: solue tu Hermogenem a vinculis demonum: qui te prius ligauerat incātationibus eoꝝ. Eo igitur soluto dixit Jacobus ipsi. Dñs noster non vult coacta seruitia: sed voluntaria. Ecce liber est: fac qō tibi placet: ⁊ perge quo libet. Dixit autem Hermogenes. Ego noui iras demonū: quum recessero a te me interficient: nisi des mihi aliquod remediuꝫ. At Jacobus dedit sibi baculum suum quē ferebat in itinere. Qui reuersus domum cōpunct⁹ oēs libros magice artis colligens duxit eos ad Jacobum: ⁊ prosternēs se ad pedes eius ait. Liberator aliarum miserere mei: ⁊ quem in preteritū inimicū habuisti nūc accepta in discipulū. Cōuersus ergo ⁊ baptizatus libros illos magicos p̄iecit i mare ad iussum apostoli: ⁊ adeo p̄fecte secutus est: vt virtutes ⁊ ipse faceret in noīe Jesu. Judei autē audita conuersione Hermogenis zelo commoti Jacobū adierūt: eū increpantes ꝙ Jesum dei filium etiā predicaret. Ipse aūt hoc verissimū esse ex scripturis eoꝝ declarabat. Propter qō ⁊ multi ex sermonibus eius crediderunt in christū. Sed Abiathar pōtifex anni illi⁹ seditionem excitauit populi contra eū: ⁊ captū ad Herodē regē iudee occidendum destinauerunt. Qui sentētia ipsius Herodis decapitatus est (vt dicit) die qua ⁊ christus incarnatus ⁊ passus est anno vno integro reuoluto. Quod etiam tangit Lu. in actibus ap̄lorū dicens. Occidit aūt Herodes Jacobū fratrem Joānis gladio. Act. xij. Quum aūt duceret ad locū passionis: ⁊ in via quēdā paralyticū se ei p̄mēdantem senasset noie Jesu inuocato. Josias quidam scriba qui eum ad decollādū ducebat: viso miraculo credidit: quem Abiathar pōtifex ab Herode impetrauit cū Jacobo decapitandum: qō ⁊ factum est eo a Jacobo in locū passionis baptizato. Discipuli aūt eius nocte corpus eius rapientes / illud deferentes ad maris litus nauiculam inuenerunt paratam diuinit⁹: quaꝫ ascendentes cum eo cōmittentes se dei gubernaculo Hispanie oīa applicuerē: ⁊ Lōpostellam ciuitatē intrātes in ecclesia fabricata ad eius honorē honorifice sepelierunt. Quō aūt adierūt principissam illius patrie noie Lupā pro sepulchro obtinēdo ap̄lo honorificoꝝque quesiuit dolose varijs modis eos perdere: sed visis circa hoc miraculis credidit: ⁊ ecclesiā sibi construi fecit: ob breuitatem dimittit. Stupenda autez exist̄t deuotio infusa fidelium mentibus in visitādo limina eius: quam etiā statutū eccl̄ie ita firmauit: vt nullus in huiusmodi voto citra sedē ap̄licā valeat dispēsare. Et qō min⁹ cereris aplis illi in vita collatum fuit honoris ⁊ glorie a fidelibus p̄pter breuitatē eius: hoc quasi diuina munificētia suppleuerit post mortem: eius plus ꝙ apostolorum olim visitatis ⁊ honoratis reliquijs. Circa quam visitationem seu peregrinationem plurima in diuersis temporibus sunt ostēsa p̄digia: vnum precise notabit: vbi etiam apparet mira decep tio diaboli. Quidā de Lugduno deuotus multum ad ap̄lm pluries visitabat limina eius. Semel autem quū peregrinationez hmōi inchoasset: nocte in fornicationem incidit: post qō diabolus ei apparens in forma sancti Jacobi dixit. Ego sum Jacobus ap̄ls ad cuius sepulchrū sepius accessisti. Ex ista vice non est mihi grata peregrinatio ista: quia fornicat⁹ es nec confessus. Et ideo oportet te domum redire: ⁊ cōfiteri peccatū tuū: ⁊ postea in puritate conscientie iter perficere. Qō ille totum credidit: ⁊ reuerti disposuit. Sed iterum dormienti apparuit idē diabolus: dicēs peccatū illud perpetratum non posse per cōfessionē dimitti nisi in satisfactionē ei⁹ sibi genitalia incideret. Sed ⁊ beatior fore: ⁊ martyr: si se etiam ob eius honorem occideret. Qō ille euigilans: ⁊ totus a beato Jacobo reuelatū existimans: genitalibus amputatis se etiā occidit. Socij aūt euigilantes ⁊ istū occisum vidētes: timentes ne caperētur vt sceleris rei fugerunt ꝙ citissime. Quū aūt pararentur exequie eius: ⁊ ignorabatur veritas rei geste: subito ille reuixit: cepitq; loqui ⁊ narrare cunctis modum mortis sue: ⁊ deceptionē diaboli: addēs ꝙ quū aia recedens a corpore festinanter a demonibus portaretur versus Romam ad inferos perducēda p̄pter sui hom̄icidiū: bt̄us Jacobus sequebatur eos increpās demones de hmōi fraude. Uenientes ad quoddā p̄atū inuenerūt virginē gloriosam dñi matrē cū multis scts ibi manentes: ⁊ quū beat⁹ Jacob⁹ querelā poneret coram virgine de hmōi fraudulentia a diabolo erga suum deuotū patrata: virgo diabolū increpauit: ⁊ in abyssum ire mandauit: ⁊ ipsius vite restituit ⁊ saluti. Remanserūtq; cicatrices vulnerū ad fidē miraculi astruendā. Socioscq; ille reperiens cuncta per ordinē enarrauit.

Compostellana ecclesia ad diuū Jacobū peregrinatio.

¶ De conuersatione ⁊ martyrio beati Jacobi minoris fratris domini. Capitulum. viij.

IAcobus minor vnus ex numero duodenario apostolorum christo assumptus vt patet ex euangelijs. Minor autem dicitur respectu Jacobi maioris: de q̄. S. Non quo ad meritum vel sanctitatem; sed quo ad vocationem ad

apostolatū: qz vocatus post alios Jacobus. De hoc sic ait Anacletꝰ papa dist. lxvj. c. ij. Porro Hierosolymitarum primus archiepiscopus beatus Jacobus qui iustus dicebatur: et scōs carnem oēs frater nuncupatus est. Et a petro Jacobo. s. matre Joānis ap'lis ordinatus est: successorib' dātibus formā vt minus ꝙ a trib' epis: eps nō ordinetur. Hec ibi. vbi dicit glosa ꝙ licet Jacobus eps fuerit factus a christo inuisibili vnctiōe sicut et ceteri ap'li: qō factum ōz in vltima cena: tū a prefatis ap'lis eps fuit ordinatus: in eōm vnctione visibili. i. quibusdā cerimonijs exterioribus etsi nobis ignotis. Uel qz ordinati fuerunt a christo epi: sed sine titulo alicuius loci determinati. Jacobo autē a prefatis epis apostolis et Petro summo pontifice fuit datus certus et terminatus titulus: et iurisditio. s. Hierosolymoꝝ et territorij eius. Qui postea titulus archiepalis auctus est in titulum patriarchalem: ita vt post sedem Romanam que super oēs est: inter alios patriarchas quartum obtineat locū: vt patet dist. xxij. c. vlti. ¶ Frater oīm ōz duplici ratione. Primo qz fuit filius Marie Cleophe nupte que Maria sozor carnalis erat ex parte matris virginis Marie matris christi: inde erat filius eius Jacobꝰ minor frater christi consobrinus seu cusinus: vt dicitur Joseph sponsus Marie erat germanꝰ Cleophe: et Joseph a pluribus putabatur pater christi: inde etiam a multis existimabatur frater cusinus seu consobrinꝰ christi ex parte patris et matris. Scō ōz frater oīm: qz simillimus erat christo in effigie: vt nisi quis fuisset cū eis domestice conuersatus: alterū ab alio non discerneret. Uñ quū ministri cū Juda proditore ad capiendum christū venerūt ad discernendū euz ab Jacobo ne caperent eum loco christi dedit eis signū osculi. Ipse etsi vt domesticus optime vtrūq; discernebat. Nō etiam testatur Ignatius discipulus Joannis in epistola ad eū dicēs Si mihi licitum est apud te ad Hierosolyme partes volo accedere: vt videam illū venerabilē Jacobū quē dicūt christo Jesu simillimū: facie/vita/et mō conuersationis: ac si eiusdē vteri frater esset gemellus. Quez vt referunt si videro: ipm Jesum videbo ꝙm ora corporis liniamēta. Dicitur etiam iustus ꝓpter meritū excellētissime sanctitatis. Nam ꝙm Hierony. tāte reuerentie et sanctitatis erat in populo: vt fimbriam vestimēti eius certatim tangere cuperēt. Uñ de eius sanctitate scribit Egesippus vicinus: sicut legit i hist. eccle. dicēs Suscepit eccliā q̄ Hierosolymis erat regendam Jacobus frater oīm: q̄ dictus est iustus vsq; ad tempora nostra perduras. Hic ex vtero matris sue sctūs fuit: vinum et siceram nō bibit: carnes nunq; comedit: ferrum in caput eius nō ascēdit: oleo non est vnctus: nec balneis vsus: sindone. i. veste lineis superindutus: toties in oratione genua flexerat: vt callos in genib' sicut i calcaneis haberet. Pro hac incessabili et summa iustitia appellatus est iustus. Hic solus ꝓpter nimiam sanctitatem iter apostolos permittebatur intrare in sancta sanctorum. Hec Egesippus. Qō scz faciebat causa orationis non immolationis. Dicitur etiā ꝙ prim' inter ap'los missam celebrauit: cui ꝓpter excellentiā fame sanctitatis ipsi apostoli hunc ei honorem fecerūt. Uel primus intelligitur celebrasse cum solēnitate. s. pōtificali. Hic perpetue virginitatis fuit ꝙm Hiero. contra Jouinianū. In parasceue autem sicut narrant idē Hiero. et Josephus. Jacobus iste votum vouit dño se non comesturū: donec videret filium hois a mortuis surrexisse. Uñ quū vsq; ad illū diem Jacobus non gustasset quicq̄: ipsa die resurrectionis dñs apparens ei: et ijs qui cuz ipso erant dicēs. Ponite mensam et panē. Quo facto accepit Jesus panem et dedit Jacobo iusto dicens. Frater mi Jacobe comede: qz filius hois surrexit a mortuis. Hanc apparitionem factā Jacobo notat Paulus. s. ad Cor. xv. quum dicit Uisus est Jacobo: licet non exprimat qñ vl quomodo.

Quare Jacobꝰ minor dicit frater oīm.

Quare Jacobꝰ minor dicit iust'

§. I. Septimo igitur anno apassione christi quum ad diē pasche ap'li cōuenissent Hierosolymam interrogante eos Jacobo quāta per eos dñs fecisset quū populo referrēt: septēq; diebus festi populo predicaret coram Lappha et alijs iudeis Jacobus cum socijs: etiā quasi baptizari parati essent: quidam spū diabolico instigatus surrexit in medio clamās et dicēs. O viri israelite quid facitis/ cur ab istis magis vos decipi pmittitis? Intātum autez populum concitauit: vt eos lapidare vellent. Ascendit aūt homo ille q̄ clamauerat gradū vbi Jacobus predicabat: et ipm precipitauit deorsum: et extunc plurimuz claudicauit. Anno vero eṗatus sui trigesimo/ videntes iudei ꝙ Paulum non potuissent occidere: qz ad cesarem appellauerat: ꝓsecutiōis sue tyrānidē contra Jacobū direxerunt occasionē q̄rētes. Et sicut Egesippus contemporaneus ap'lorum refert: vt narratur in historia eccle. conuenerunt iudei Ad Jacobum dicentes. Oramus te vt reuoces populum: qz errat in Jesum: putans ꝙ ipse sit christus. Deprecamur ergo te vt suadeas omnib' cōuenientib' ad diē pasche: tibi essi obtēperabim' oēs: et de te tā nos ꝙ populi testimonium feremus ꝙ iustus sis et nullius personā accipis. Statuta igit die posuerūt eum supra pinnaculū templi: et congregata maxima multitudine clamauerunt dicentes. Uirorum iustissime cui omnes obtemperare debemus: qñ populus errat post Jesum qui crucifix' est enuntia nobis quid tibi videtur. Tunc Jacobus cū ingenti voce respōdit. Quid me interrogatis de filio hois? Ecce ipse sedet in celis a dextris summe virtutis: venturus iudicare viuos et mortuos. Hec audientes christiani plurimum gauisi sunt pharisei aūt et scribe cōturbati dixerunt. Malefecimus perhibere huic tale testimoniū. Sed ascendamus et precipitemus eū deorsum: vt alij terreantur: et similia nō presumant. Et simulvoce magna clamauerunt dicētes. O oz iustus errauit. Ascendentes ergo quidam eum precipitauerūt et precipitatum lapidibus obruebant dicentes. Lapidemus Jacobum iustum. Qui deiectus nō solum mori non potuit: sed procumbens genibus orabat pro illis dicens. Rogo domine dimitte illis: quia nesciunt quid faciunt. Tunc vnus ex illis perticam fullonis arripiens valido ictu caput eius impetit: et cerebrum excussit. Talisq; martyrio migrauit ad dominum: sepultus iuxta templum tunc: Dicitur aūt nunc esse corpus eius Rome. Refert Josephus quod ꝓpter mortē Jacobi iusti factum sit excidium Hierosolymoꝝ et dispersio iudeorum. Sed credendū est ꝙ non solū ꝓpter mortem eiꝰ sed ob passionē dñi et duritiā eoꝝ in ipsa perfidia destructa sit iudea cum tāto exterminio populi illius: ꝛs ꝙ ipse dñs ꝓdixerat eis in euangelio. Nō relinquēt in te lapidē ꝛc. eo ꝙ nō cognoueris tps visitationis tue. Sed qz dñs nō vult mortem peccatoris: sed vt conuertatur et viuat. xl. annis expectauit eos ad penitentiam per ap'los pluribus annis: per Jacobum cōtinue. xxx. annis: vt reuocaret ad penitentiam.

¶ De cōuersatione et martyrio bti Andree ap'li. Cap. ix.

Andreas qui interpretatur decorus vel respōdens seu virilis et germanus fuit Petri ap'li et in passione crucis socius: cuius passionem descripserunt presbyteri et diaconi Achaie. Hic ꝓius fuit discipulus Joannis baptiste: qui quū vna dierum esset cū Joanne baptista magistro suo: et transeunte illac Jesu iuxta iordanē: dicente q̄ Joanne de Jesu. Ecce agn' dei Andreas cum alio condiscipulo sequuti sunt Jesum: et euntes cum eo ad habitationem Jesu mānserūt cū eo illa die. Postea vero Andreas duxit fratrē suū petrū ad eōm dñm Jesum vt fieret ei familiaris. Exinde alterauice ipsos in nauicula piscantes in mari galilee vocauit: et sequuti sunt eum: quos in numerū. xij. apostoloꝝ elegit. Post aduentū spūsscti ap'lis diuersas mundi partes ad predicandū petentibus: Andreas in Achaiam Grecie prouinciā profectus est: ibiq; predicans ecclesiam multiplicauit plurimos ad fidē conuertendos: et inter ceteros Maximillā vxorem Egee proconsulis prouincie sacro baptismate regenerauit. Audiēs aūt hec Egeas turbatus: pataras ciuitatē ingreditur: christianos ad sacrificandum idolis compellit. Cui occurrit Andreas et ait. Oportebat: vt tu qui iudex hoīum fieri meruisti: iudicem tuū qui in celis est/ agnoscere: et agnitum coleres: et colendo a falsis dijs animū reuocares. Cui Egeas dixit. Tu ne es ille Andreas qui superstitiosam predicas sectā: quā Romani principes exterminari iusserunt? Et Andreas ad eū. Romani principes nondum cognouerunt quomodo dei filius veniens in mundum docuerit idola esse demonia: atque docent homines vnde offendatur deus: vt offensus ab eis auertatur: et auersi deum nō audiant: et non audiendo eius mādata captiui teneantur: donec de mundo exeuntes nil secum nisi peccata deferant. Ad quē Egeas. Hec vana Jesus christus vester ꝓdicās crucis patibulo est affixus. Et Andreas ad eum. Qm̄ pro restauratione nostra nō ꝓ culpa sua voluntarie patibulū suscepit crucis. Et Egeas. Quū Jesus fuerit a discipulo suo proditus: et a Judeis captus: et a militibus ad crucem ductꝰ quomodo tu sponte dicis eū crucē subijsse? Tunc Andreas pluribus rationibus ostendit ꝙ voluntarie non coacte passus est. Cum quia passionem presciens discipulis prenūtiauit. Cum. qz ꝓditorē suū sciuit nec vitauit. Cum qz locuz ad quē proditorē suum ad capiendum venturū sciebat: elegit: Quibus oībus se presentē fuisse asseruit: addens nimis magnūesse mysterium crucis. Cui Egeas. Mysteriū dici non pōt: sed supplicium: et nisi dictis meis obtēperaueris: ipsum mysterium faciam te experiri. Et Andreas ad eū. Si crucis patibulum expauescerē: crucis gloriā nō predicarē. Audire autē te volo mysteriū crucis: si forte agnitum credas vt saluus fias. Tunc ei multis rationibus conatus est ostendere ꝙ congruuz fuit et necessarium dei filiū incarnari: et tali modo pati. Dixit autem Egeas. Hec friuola tuis narra: mihiq; obtēperans

obtẽperans dñs omnipotentibus sacrifica. Andreas autẽ ei respondit. Omnipotenti deo quotidie agnũ immaculatũ offero scz eucharistiã: qui postq̃ fuerit a toto populo fideli comestus: vnus ⁊ integer perseuerat. Egea vero quomodo hoc fieri poterat iniquirente: dixit Andreas vt formã discipuli assumeret ⁊ sic mysterium intelligeret. At Egeas ait. Ego cum tormentis extorquebo a te huius rei notitiam. ira rusq̃ iussit in carcerem trudi. Mane aũt facto iussit Egeas ante tribunal eius apostolũ sistit: cepit iterũ eum inuitare ad sacrificia idolorũ dicẽs. Andrea restaurẽtur per te ruine deorũ: sin minus/in cruce quam laudasti faciam te suspẽdi. Quumq̃ et multa supplicia minaretur: respondit Andreas. Quicquid tibi malus videtur in supplicijs excogita. Tanto regi meo ero acceptior: quanto fuero in tormentis pro noie eius cõstantior. Et sic iussit eum preceps a. xx. satellitibus cedi: ⁊ cesum cruci funibus alligari vt inde longiorẽ cruciatũ sufferret. Quum aũt duceretur ad crucem factus est cõcursus populorũ lugentiũ ⁊ dicentium. Innocens sanguis eius sine causa damnatur. Quumq̃ vellet populus seditionẽ ponere cõtra presidẽ: rogauit Apostolus obnixe ne impedirẽt martyrium eius: Nam magister eorũ in sua passione patientiam exhibuit. De hoc Gratianus. xxiij. q. j. §. j. Videsne autẽ crucem a longe salutauit eã dicens. Salue crux sancta: que in corpore Christi dedicata es: ⁊ ex mẽbris eius tanq̃ margaritis ornata. Anteq̃ ascenderet in te magister meus timorem terrenũ habuisti: mũdo amorẽ celestẽ obtines: pro voto suscipiaris. Securus ⁊ gaudens venio ad te: ita vt exultans suscipias me discipulum eius qui pependit in te: qz amator tuus semper fuit: ⁊ desiderauit te amplecti. Quibus dictis exposuit se ad locũ veniens: ⁊ a satellitibus in cruce non clauis confixus: sed funibus ligatus fuit: vbi biduo viuẽs predicauit adstentibus. xx. milibus hoim. Minante aũt turba Egee vsq̃ ad mortem si nõ deponeret eum de cruce: hoc ipse promisit se facturũ. Et euntem Egeam ad locũ passionis vt deponi faceret: Andreas videns dixit ei q̃ si pro misericordia obtinẽda venisset: adhuc tẽpus erat eam cõsequendi: si aut ad deponendũ de cruce: hoc non posset: qz iam videbat regẽ suum se expectantẽ ad coronam. Quum ergo iussu presidis vellent deponere: nõ valuerũt brachijs eorũ obstupescentib9. Orãte ipso apostolo dñm ne sineret eum viuum deponi: sed ad supernam requiẽ admitteret. Apparẽte demũ splendore nimio circũ eum vt videri non posset: ⁊ dño spiritũ reddidit. Egeas aũt reuertens domũ in via a diabolo arreptus expirauit: ⁊ vxor eius Maximilla ap'm depositum honorifice sepeliuit. Postea translatum est corpus eius: ⁊ nunc requiescit in ciuitate Malfitana in partibus regni: et adhuc manna admodum olei fluit de sepulchro eius de quo oĩbus datur petentibus: nec deficit.

℣. I. In vita sua multis claruit

miraculis. Nam quadraginta viros in fluuio submersos qui ad eum veniebant vt doctrinam fidei ab eo audirẽt vite restituit. Quandã mulierẽ ex adulterio conceptũ filiũ quum parere non posset: ad penitentiã reduxit: ⁊ credentẽ parere libere fecit. Quẽdã iuuenẽ quẽ mater impudicissima accusauerat apud iudicẽ q̃ eã violare voluerat ex eo qz libidini sue non cõsenserat cũ eo concubere volens mirabiliter liberauit: qui ad eum confugerat pro auxilio: cõbusta illa pessima a fulgure ⁊ versa in carbonẽ coram iudice: vnde ipse cuz familia sua sunt conuersi ad fidem. Nicolao cuidam septuagenario in ceno luxurie immerso: vt cõtinere ita inueteratus non valeret: ⁊ si proponeret: quatriduano ieiunio ⁊ oratione cõtinentiã impetrauit ⁊ venam. Qui senex ieiunauit in pane ⁊ aqua per sex menses: ⁊ postea laudabiliter viuens in pace quieuit. Post transitũ eius quẽdam episcopum sanctũ virum ⁊ deuotissimũ apparuit in forma peregrini ostiũ domus eius pulsantis: ⁊ eũ alloqui petentis/ a subtili diaboli deceptiõe liberauit: qui in forma nobilissime ⁊ pulcherrime puelle ad eũm venerat: vt propositũ virginitatis ⁊ vite spũalis scõm doctrinã eius seruaret: manifestans ipse peregrinus illã esse diabolũ: cuius iam cõcupiscentia eos inflãmar9 erat: solutis tñ prius trib9 questionib9 q̃ illi pegrino per nuntiũ ab illa fuerant ꝓposite scz qõ esset maius miraculũ quod deus fecisset in parua re: ⁊ respõdit. Diuersitas facierum hoim. Secũda fuit vbi terra altior sit omni celo. Et respondit. In celo empyreo. qz ibi est corpus Christi de ãdã massa assumptũ sup oẽs celos: qui ãdã formar9 fuit de limo terre. Tertia questio: quãto spatio distat celum a terra. Qui respondit: q̃ ipse qui loquebatur mensurauerat de celo cadendo: ⁊ ideo optime sciebat. Quum autem nuntius hec referret: euanuit diabolus: ⁊ peregrinus disparuit. Episcopus autem compunctus est de malo concepto eiq̃ reuelatum est fuisse beatum Andream.

¶ De conuersatione ⁊ martyrio beati Thome apli. Capi. x.



Thomas qui ⁊ Didimus: interpretat abyssus vel gemin9: vn9 ex. xij. aplis fuit: qui dubitãs de resurrectione xpi/magis nobis profuit q̃ marie Magdalene credulitas fuit/ꝑm Greg. Nã vulnus future ambiguitatis dum palpauit xpi vulnera: de mẽte nra amputauit: testis resurrectionis xpi factus nõ solũ ꝑ auditũ ⁊ visum: sz etiã ꝑ tactũ. xxvij. q. vij. sic discipulis. Et ideo abyssus gemin9 ⁊ quia confessus geminã in xpo naturã. s. humanitatem ⁊ abyssum diuinitatis dicens. Dñs meus ⁊ deus me9. Hic post Christi ascensionem quũ predicaret apud Cesareã: apparuit ei dñs dicens. Thoma/Gandophorus rex Indie misit ad ciuitatem istam Abanẽ procuratorẽ suũ: vt conducat ad eum virum peritissimum in arte architectoria ad cõstruendũ sibi palatiũ more Romano. Qui demum respondit. Deus meus es tu: ⁊ ego seruus tuus: fiat voluntas tua. Pergẽs ergo dñs cum Thoma per forum: inuenit Abanẽ. Quiq̃ dñs interrogasset vñ veniisset ⁊ quid quereret: audito q̃ architectorem quereret ducere peritissimum ad partes suas iussu regis: dñs vt puta angelus in forma dñi multum ei cõmendauit Thomam qui cum eo erat: vt doctissimũ in ea arte. Nec hoc mendaciũ: qz spũalia palatia virtutũ ꝑstruere nouerat in mẽtibus hoim ac etiã materialia edificia quũ oportebat docẽre statum spiritus ctõ: qui est oim artifex oẽm habens scientiaz. Abanes igit eũ accipiẽs secũ duxit. Nauigantesq̃ peruenerũt ad ciuitatẽ quãdã in qua rex nuptias celebrabat filio suo: cuius sctitate per miracula agnita/rex deprecat9 est vt benediceret sponsum ⁊ sponsam: ad quos de nocte clausis ianuis in thalamũ ingressus: hortat9 est eos ad virginitatẽ cõseruandam multũ eã cõmendãs ⁊ dicẽs. Virginitas soror est angelorũ: possessio oim bonorum: victoria libidinũ: fidei tropheum expugnatio demoniũ: eternorũ, securitas gaudiorũ. Qui conuersi ad fidẽ virgines permanserũt: ⁊ sponsa dicta Pelagia sacro velamine susceptro martyrium sumpsit: ꝑ quos dionysius eiusdẽ ciuitatis epus est ordinat9. Qõ autẽ in conuiuio ipso nuptiarũ quidam qui alapam dedit aplo: eo q̃ suspensus in oratione manebat nõ comedens: de domo exiens strangulatus fuerat a leone ⁊ laceratus a canibus: ⁊ ab vno eorũ manus eius dextera inducta in mediũ cõuiuij. Aug. hoc in libr. cõtra Faustũ reprobat: ⁊ incertũ dicitur fuisse ab hereticis. Tandẽ Abanes cuz aplo applicuerunt ad ciuitatem in qua Gandaphorus residebat: ⁊ maiestatẽ regiã visitarunt: multisq̃ Abanes commendauit apostolũ de arte edificandi. Designatoq̃ mirabili palatio ab aplo: rex copioso thesauro propter hoc exposito profectus est in aliam prouinciam. Apostolus autem thesaurũ illum pauperibus erogauit: ⁊ ꝓdicationi insistendo non tantum vnum/sed multa palatia fabricauit in celis intra biennium quo rex a ciuitate defuit. Reuersus demũ quũ audisset qõ fecerat apostolus: putans se delusum: ipsum Thomam cũ Abane in carcerẽ misit: vt viuos excoriatos flãmis traderet. Interea Bad frater regis moritur: ⁊ sepultura eius cum ambitione nimia preparatur. Quarta die surrexit a mortuis: ⁊ fugientibus multis dixit Bad regi fratri suo. Hic homo o rex quem incarceratum disponebas igni tradere: amicus est dei omnipotentis: ⁊ angeli dei ei famulantur: qui me in paradisum ducentes quoddam mihi palatium ostenderunt ex auro ⁊ argento et lapidibus preciosis fabricatum: cuius pulchritudinem quum ego admirarer: dixerunt mihi angeli. Hoc est palatium quod extruxerat Thomas fratri tuo. Sed quia eo se fecit indignũ incarcerans apostolum: si vis illud habere: rogabimus dñm vt te resuscitet: ⁊ valeas ipsum emere a fratre tuo: restituendo pecuniam ei quam se existimat amisisse. Currensq̃ ad carcerem eduxit eũ ⁊ Abanem: postulãs veniã de iniuria sibi illata a rege. Obtulitq̃ ei vestem pretiosam: quam renuens ait. Ignoras q̃ nil carnale: nil terrenũ querit in terris: qui habitationẽ in celis affectat. Egresso quoq̃ de carcere rex occurrit ei veniã petens. Cui Thomas. Multũ vobis (inquit) prestitit de9: vt secreta sua vobis ostenderet. Credite in christũ vt participes esse possitis regni dei. Dixit autẽ frater regis suscitatus. Vidi palatium pulcherrimũ qõ tu extruxisti pro fratre meo: sed ego merui emere illud. Et rex ait. Palatium pro me fabricatũ mihi sit: tibi aũt faciat aplus aliũ: aut si nõ valet commune sit ambobus. Aplus vero ait. Innumerabilia palatia sunt ab initio in celis preparata que fidei ꝓcio ⁊ eleemosynis cõparant. Fecit ergo aplus congregari populos puincie illius: ⁊ infirmos diuersis languoribus adductos eorsum manere. Eo autẽ orante super illos corruscatio maxima descẽdit: ⁊ ita exterruit vt oẽs in terrã caderent velut mortui. Aplus autẽ dixit eis. Surgite dñs meus descendit sicut fulgur: ⁊ sanabit vos. Qui surgentes sani deum glo

Dionysius ⁊ Pelagia.

nificauerunt: ℣ ad fidē ꝙuersos docuit eos bene viuere ſcōm xij. gradus virtutum: vt habetur in legenda eius.

§. I. Post hec abiit in ſuperiorē

Mygdonia. Indiam: vbi inter cetera miracula quū illuminaſſet cecam quandā nomine Synticen amicam Mygdonie vxoris Laritij cognati regis: dicta Mygdonia audita doctrina Apli cōuerſa eſt ad fidē: nec vltra volebat ad torum viri accedere ꝓpter eius infidelitatem. Propter qō turbatus Laritius in carcerem Thomam miſit: ℣ fecit vt vxor regis germana ipſius Mygdonie ad ipſam accederet: vt a ꝓpoſito fidei eā reuocaret. Sed ℣ ipſa regina per Mygdoniā conuerſa eſt. Indignatus vehementer rex propter hoc cōſilio Laritij in fornacem ardentē apoſtolū mitti fecit: ſed illeſus in medio eius permanſit. Demū eum ouci fecit ad ſimulachrū ſolis vt adorāret eum. Apls aūt genibus flexis ait clara voce. Ecce adoro nō idolum: nō metallū nō ſimulachrū: ſed vīm meū Jeſum chriſtū: in cuius nomine precipio tibi demon qui in eo latitas: vt egreſſus ſimulachrū cōminuas. Quod quum factū fuiſſet pontifices templi mugiēt dederūt de cōminutione dei ſui. Et vnus ex eis accipiens gladiū vel lanceam tranſuerberauit apoſtolū dicens. Ego vindicabo iniuriā dei mei. Sicq; Thomas migrauit ad dñm: honorifice ſepultus. Sed poſt certū temp' inde tranſlatū eſt corpus eius. Iſido. in libro de ortu ℣ obitu ſanctorū dicit Thomas apls ſimilis ſaluatori ꝑdicauit Parthis ℣ Medis: Perſis atq; Bragmanis. Intrāſq; orientalē plagam ℣ interna gentiū penetrans: predicationē ſuam vſq; ad titulum ſue predicationis pduxit lanceis trāſfixus: Chryſo. de eo ait q; ad terram magorū peruenies eos inſtruxit ℣ baptizauit. Qui poſtea facti ſunt adiutores fidei Chriſtiane. Qō aūt Thomas in tranſitu beate Marie nō adfuerit: ℣ poſtea veniēs dubitauerit. ſ. de corporis ei' cum aia aſſumptione: ℣ ideo virgo Maria cingulū ſuū ei dederit: ei apparēs in teſtimoniū huius: apocryphū eſt ℣ nō credibile: licet ſatis pie credi poſſit cingulū eius haberi in terris qō dicit Prati eſſe: ℣ populo oſtenditur.

¶ De conuerſatione ℣ martyrio ſancti Philippi apoſtoli. Capitulum. xj.

PHilippus qui interpretatur os lampadis vel os manuū: vnus fuit ex duodenario Chriſti collegio: vocatus a Chriſto vt ſequeretur eū: vt habetur Joā. ſ. qui ℣ nathanaelem fratrem ſuum ℣ doctorē legis in quo dolus non erat (inquit Chriſtus) adduxit ad eū vt meſſiā: ℣ tū Nathanael ita doctus ℣ innocēs ad apoſtolatū non fuit vocatus. Licet autem huius ratio ſufficiēter aſſigari nō poſſit: niſi eius voluntas que iniuſta eſſe nō poteſt: tamen dici poſſet ex eo factum ne cōuerſio hominū ad fidem per ꝑdicationē apoſtolicam attribueretur humane peritie vel bonitati. Hic apoſtolus quum per. xxx. annos p Scythiā predicaſſet: ℣ in Hierapoli ciuitate Aſie cōtra hereſim hebionitarū qui Chriſtū dicunt carnem phantaſticā non veram aſſumpſiſſe: demū a paganis tentus ad immolandū ſtatue Martis eſt deductꝰ. Egrediens aūt draco ingens de ſub baſe ſtatue ſuo flatu filium pontificis qui ignem miniſtrabat in ſacrificio/ ℣ duos tribunos quorū miniſtri apoſtolū detinebāt decidit: plurimos etiā infecit ℣ languidos reddidit. Dixit autem Philippus eis. Credite in Jeſum chriſtum ℣ ſtatuā hanc deponite: ℣ loco eius crucem oīi erigite: ℣ infirmi veſtri ſanabuntur: ℣ mortui ſuſcitabuntur. At illi qui cruciabātur ex illa infirmitate ſeu infectione clamauerūt: Tantum fac vt ſanemur ℣ Martem iſtum cōminuemus. Philippus aūt precepit draconi vt in locū deſertū abiret nulli nocēs. Qui ſtatim diſparuit. Apoſtolus aūt dei oratione ſua infirmos oēs illos ſanauit: ℣ mortuos vite reſtituit ℣ ſaluti. Et cōuerſis ipſis ad fidem per annum predicauit. Ante aūt ſeptem dies martyrij ſui omnes epos ℣ preſbyteros conuocauit: ℣ eos admonuit ad cōſtantiā fidei ſeruandā: ℣ populos eis cōmiſſos erudiēdum. Et quū eſſe annorū. lxxxvij. infideles ipſum capū cruci quam predicabat ad inſtar magiſtri ſui affixerunt. Hic habuit duas filias: vnde ℣ vxorē ante ꝙ vocatus eſſet ad apoſtolatum. Que filie ſacratiſſime virgines multos ſue ſancti ſatis exēplo ℣ admonitione ad fidē traxerunt. Que in pace quieſcētes ſepulte ſunt iuxta patrē: vna a dextris: alia a ſiniſtris. xiij. q. ij. §. item Joſeph. Et notandū ꝙ iſte Philippus differt ab illo de quo habet Act. viij. Nam iſte apls vnus eſt ex. xij. ille vnus ex. vij. diaconibus inſtitutis ab apls vt ptz Act. vj. Iſte Hierapoli ſepult' ℣ ille Ceſaree requieſcit. Iſte apls duas filias habuit virgines ꝓphetiſſas: iſte diaconus quatuor. Et licet hiſto. eccleſ. dicere videatur ꝙ Philippus apoſtolus fuit qui habuit quatuor filias. Hieron. tamen contrariū ſentit cui magis ſtatur.

¶ De ꝙerſatione ℣ martyrio. b. Barptolemei apli. Ca. xij.

BArptolemeus interpretatur filius ſuſpendentis me: vel filius ſuſpendētis aquas. De eo dicit Dionyſius in oemyſtica theologia. Diuus Barptolemeus dicit multam eſſe theologiā ℣ minimā ℣ euāgeliū latū eſſe et magnum ℣ rurſus conciſum: vult dicere ꝙ vna cōſideratione oia poſſunt de deo affirmari: ℣ alia magis proprie oia de deo negari. Euangelium eſt cōciſum. i. breue quo ad finē qui eſt fides chriſti ℣ charitas. Latū ℣ magnū ratione materiet ꝓpter innumera documenta ℣ myſteria comprehenſa. Hic vnus fuit ex ſenatorib' eccleſie appoſtolis xp̄i: vt patet Luce. ix. Et poſt aduentū ſpūſancti intrauit in Indiā que eſt in fine orbis ℣ ad quādam ciuitatē deueniēs habitare cepit in tēplo vbi colebat deus Aſtaroth. Diabolus aūt habitans in illo idolo ita decipiebat homines immittēs quaſdam infirmitates: vt ipſi infirmi pro ſui liberatiōe ſacrificia idolo offerrēt quo facto diabolus ab illa paſſione illata ceſſabat. Quum aūt templum Aſtaroth languentibus eſſet plenum: ℣ querētibus ℣ vt ſolitus erat nullum diabolus per idolum daret reſponſum: pergūt advicinā ciuitatē vbi colebatur Berith. interrogantes eū quare deus ſuis eis non daret reſponſa. Qui dixit. Deus veſter catenis igneis religatus eſt: ita vt nec loqui nec reſpirare valeat: ex quo apls dei Barptolemeus ciuitatem veſtram ingreſſus eſt. At illi. Quis eſt iſte Barptolemeus? Inquit. Amicus dei oipotentis eſt: ℣ ad hanc prouinciam venit vt euacuaret oēs deos Indie. At illi da nobis ſignum eius in quo valeamus eū diſcernere inter tot milia hominum ℣ cognoſcere eum. Quibus demon ait. Capilli ei' nigri ℣ criſpi: caro candida: oculi grandes: nares equales ℣ directe: barba prolixa: habens paucos capillos canos: ſtatura equalis: collobio albo clauato: purpura veſtitur: induitur pallio albo: qō per ſingulos angulos gemmas habet purpureas. Viginti ſex anni ſunt ex quibus veſtimenta eius ℣ ſandalia/ nec veteraſcunt/ nec ſordeſcunt: centies per diem orat centies per noctem: angeli dei eum comitātur qui nec eum fatigari ſinunt: ſemper eodem vultu ℣ animo letus ℣ hilaris perſeuerat. Omnia preuidet: omnia nouit: omnium linguarum notitiam habet. Et quod nunc loquor vobiſcum ipſe iā nouit. Quum eum queſieritis: ſi volet oſtendet ſe vobis: ſi nolueritis: non poteritis inuenire. Rogo autem vos vt quum eum inueneritis: deprecemini eum ne huc veniat et ſimilia Aſtaroth mihi faciat. Euntes ergo quum per duos dies ſolicite queriſſent: nec inuenire poſſent: altera die quidam demoniacus ambulans iuxta eum clamauit dicens. Apoſtole dei Barptolemee incendunt me orationes tue. Cui Barptolemeus ait. Obmutesce ℣ exi ab eo. Qui ſubito liberatus eſt. Audiens autem hec rex illius prouincie nomine Polemius quum haberet filiam lunaticam ℣ miſit ad illum rogans vt veniret ℣ ſanaret filiam ſuam demoniacam. Apoſtolus vero accedens ad palatium regis/ quum vidiſſet illā catenis ligatam: eo ꝙ appropinquantes ſibi morſibus laceraba: iuſſit eam ſolui. Quum miniſtri timerent hoc agere dixit. Ego demonum illud ligatum teneo: et vos timetis? Quam ſolutā ſubito a demonio liberauit. Miſit aūt rex Polemius multos camelos oneratos auro ℣ argento ℣ lapidib' pretioſis: vt querētes dei apl'm ei predicta ex munere regio offerrent. Quum ergo inuenire non potuiſſent reuerſi ſunt ad regem. Ipſe vero apoſtolus mane ſequenti quum rex ſolus eſſet in cubiculo: apparuit ei dicens. Ut quid per totam diem heſternam me feciſti querere cū auro ℣ lapidib' pretioſis? Hec neceſſaria ſunt ijs qui terrena et carnalia cupiunt: ego autem nil mundanum requiro. Tunc apoſtol' loquens ei de myſterio noſtre redēptionis: oſtendit ei chriſti diabolum viciſſe per mirabilē congruentiā/ potentiā/ ſapientiam ℣ iuſtitiam. Quibus declaratis dixit apls. Si baptizari diſponis ego tibi: populo dabo deum veſtrum catenis religatum. quod quum affirmaſſet ſe facere paratum: die ſequenti congregatis ſacerdotib' Aſtaroth ℣ populo ad templū/ quū ſacerdotes ei immolarent in preſentia regis ℣ populorū demō in ſtatua clamare cepit ℣ dicere: ceſſate miſerrimi ſacrificia offerre ne peiora ꝙ ego patiamini tormenta: qui catenis igneis religatus ſum ab angelis Jeſu chriſti: qui crucifixus eſt a iudeis putantibus eum a morte detineri. Ipſe aūt Jeſus per mortem regiam noſtram deuicit: ℣ principem mortis dominum noſtrum vinxit. Statimq; oēs miſerunt funes vt ſimulachrum euerterent: ſed non valuerunt. Apoſtolus autem precepit demoni vt idolum illud cumminueret: ℣ oīs alia ſimulachra templi per ſeipſum confringeret: Quod et factum eſt ℣ omnes infirmi qui erant in templo ſanati ſunt orante pro eis apoſtolo. Qui ℣ templum chriſto dedicauit. Sz ℣ angelus domini circumuolans templum in humana

ſpecie

specie apparens: in quatuor angulis templi signum crucis insculpsit dicens. Sicut sanati sunt infirmi ab apostolo a lā guoribus suis: ita sit hoc tēplum mundatū ad immunditijs ꝛ habitatore eius diabolo. Sed antecḡ pergat in desertum quo apostolus eum ire precepit: ostendam vobis eius hodierni dilitatem: quem videntes non timeatis: ꝛ sed signum illud quod insculpsi in templo/ fratrib⁹ vestris imprimite. Tunc viderunt omnes ethiopem fuligine nigriorem: facie acuta: barba prolixa ꝛ crinibus vsq; ad pedes protensis: oculis igneis scintillas vt ferrum ignitum emittentib⁹: ꝛ flammas sulphureas ex naribus spirantem: catenis igneis vinctum retro manibus. Et dixit ei angelus domini. Quia apostolo obediens omnia idola templi confregisti: soluam te: ꝛ perge in desertum locum vbi nullus hominum morat⁹: ibi mansurus vsq; ad diem iudicij. Qui cum magno strepitu ꝛ vlulatu disparuit. Angelus vidētibus cunctis ad celum ascēdit. Rex vero Polemi cum vxore ꝛ filijs ꝛ omni familia baptizatus est: multusq; populus cum eo. Qui etiam Polemi⁹ relicto regno Apostoli discipulus est effectus. Pontifices vero idolorū ad astiagem regem fratrem dicti Polemij cōuenerunt: ꝛ de deorum suorum iniuria ac templi mutatione ac fratris sui per artem magicam deceptione cōtra apostolum conquesti sunt. Astiages autē vehementer iratus misit mille viros armatos ad querendū apostolum ꝛ captum ducendum ante ipsum. Eo aūt adducto coram se: ait Astiages. Tu ne es ille qui euertisti fratrē meum? Cui apostolus. Ego non euerti: sed cōuerti fratrē tuum. Et Astiages. Sicut tu fecisti fratrē meum derelinquere deū suum ꝛ tuo sacrificare: ita ego faciā te deum tuū deserere ꝛ meum adorare. Apostolus vero ait ad eum. Ego deū quē adorabat frater tuus/ ligauit: ꝛ ligatū ostendit: ꝛ eū cōfringere statuā feci. si ita tu feceris deo meo: poteris me ad similachrū prouocare: si ego vero deos tuos cōminuā: ꝛ tu crede deo meo. Hec eo dicente nūciatum est regi ꝙ deus suus Baldach cōminutus ceciderit in terram. Quod audiēs rex pre tristitia scidit purpuram qua erat indutus: ꝛ apostolū iussit fustibus cedi: ꝛ cesum viuū excoriari: ꝛ demū excoriatum decapitari mandauit. Sicq; per martyrij palmā ad celū volauit. Fideles autē corpus apostoli accipientes honorifice sepelierūt. Astiages autem ꝛ pōtifices idolorum arrepti a demonibus suffocati sunt. Polemius vero factus episcop⁹. xx. annis laudabiliter ecclesiam rexit: ꝛ virtutibus plenus in dño requieuit. Quia vero de morte eius est varia opinio. Nam btūs Dorotheus dicit ꝙ Barptolemeus in Albano ciuitate magna Armenie crucifixus est capite deorsum. Beatus vero Theodorus dicit ꝙ fuit excoriatus. Ab alijs asseritur ꝙ fuerit decollatus. Que ita possent concordari ꝙ primo excoriatus: exinde crucifixus: demum nondū mortu⁹ decapitat⁹. Post aliquod tēpus corpus beati Barptolemei ad insulā Liparitanā circa Siciliam translatum est. Infideles autē insulam illā inuadentes ꝛ omnino deuastantes circa annos dñi. cccxxx. ossa apostoli per plateā sparserunt: sed iussu ipsi⁹ apostoli apparētis vni sancto viro in somnis: ꝛ designata que essent ossa: scilicet splendida vt ignis colecta sunt: ꝛ Beneuentum metropolim in regno Apulie ab ipso delata. Et cōmuniter tenetur eius corpus haberi Beneuenti: licet ꝛ Romani asserant se illud habere.

Polemij exitus.

¶ De conuersatione ꝛ martyrio beati Matthei euangeliste. Capitulum. xiij.

MAtthеus vocatus est a Christo dicēte. Sequere me: quū sederet in teloneo: vt patet Mat. xix. Dicitur aūt teloneum scōm Bedam locus vbi vectigalia vel gabelle exiguntur. Telos em̄ grece latine vectigal interpretat⁹. Oō officiū seu exercitium erat auaritie dedit⁹ lucris iniustis. Unde tales publicani dicebantur quasi publici peccatores. Et ipse Matthеus publicanū se vocat: sed Marcus ꝛ Lucas quū de eius cōuersione scribunt: appellāt eum alio noīe scz Leui. Erat em̄ binomi⁹: dicebaturq; Matthеus ꝛ Leui. Interpretat aūt Matthеus donū festinationis vel donator cōfilij. Leui vero interpretat assumptus seu appellatus seu aditus. Et qz exercitiū illud telonei sine peccato exerceri nō poterat: ideo post cōuersionē suam ad illud nunq; redijt: sicut Petrus cum sochs exercuerūt actū piscationis post vocationē suā: qō sine peccato fieri pōt. de pe. dist. v. negotiū. Hic igitur apostolus ꝛ euāgelista primo⁹ fuit ad euāgeliū describendū in hebreo pro iudeis cōuersis ad fidē. Et beatus Barnabas discurrēs ad predicandū: ꝛ secū illud deferēs originale vel trāssumptū ponēs illud sup infirmos multos sanauit. Post aduentū spūssancti ad partes Ethiopie p fectus est ad fidē edocēdā in illis partib⁹. Qui ingressus i ciuitatē Naddaber inuenit ibi duos magos Zaroes ꝛ Arphaxat: q̄ hoies sic demētabant: vt quoscūq; vellēt arte sua magica mēbrorū officio ꝛ sanitate priuare viderent. Et in tātam supbiā erecti sunt vt se quasi deos adorare facerent. Matthеus autē apl's habitans in domo illi⁹ eunuchi qui erat dispēsator sup oēs gazas Candacis regine Ethiopū: quē in via reuertētem ab Hierosolymis in patriā Philippus diaconus baptizauerat: vt pt⁹ Act. viij. detegebat maleficia eorū. Et duos dracones quos illi magi arte diabolica p̄curauerant missos cōtra apl'm ad eum p̄dendū/ Matthеus signo crucis vt agnos mitissimos fecit: in desertūq; locū sine lesiōe cuiuscunq; abire precepit. Cepit⁹ apostol⁹ populo predicare de gloria paradisi ꝛ mysterio incarnationis. Eo aūt predicāte/ rumor in populo suscitatus est plāgentiū mortē filij regis. Et quū magi eū suscitare non possent ad hoc vocati: suadebant regi ꝙ in cōsortiū deorū trāsiisset: videō tēplū ei fieri faceret. Eunuchus aūt apostolū ad regem eduxit: narrans virtutē eius: Qui oratione sua eū suscitauit. Hoc viso rex noīe Egyptus per diuersas puincias regni sui misit nuntios dicētes. Uenite videte deū in effigie hois latentē. Uenerūt ergo innumerabilis popul⁹ cum coronis aureis ꝛ diuersis generib⁹ sacrificioꝝ offere volentes: ꝛ sz apl's eos cōpescuit dicens. Uiri fratres quid facitis? ego de⁹ nō sum sed seru⁹ dñi Jesu Christi: quē eis predicās quū conuertisset: de illis coronis ꝛ muneribus ei allatis ꝛ alijs rebus fabricauerūt ecclesiā magnā: intra spatiū triginta dierū eam cōsummantes: in qua apl's xxxiij. annis sedit: ꝛ torā illā patriā ad Christū cōuertit. Rex autē Egyptus cum vxore ꝛ tota familia sua baptizatus est: ꝛ omni pp̄lo suo. Epigeniā ḡ filiā regis deo dicatā in virginitatis ꝓpositō plus ḡ ducētis virginib⁹ prefecit. ¶ Defuncto autē Egyppo successit in regno Hyrtacus: qui virginem Epigeniā in cōiugiū cōcupiscēs/ rogauit apostolū cui⁹ cōsilio illa gubernabat⁹ vt hoc ei suaderet: p̄mittens ei dimidiū regni si hoc obtinere posset: Apl's aūt dixit ei vt iuxta morē sui p̄decessoris die dñica ad ecclesiā cum populo ꝙueniret. ꝛ presente Epigenia quanta sint bona matrimonij cōmendaret. Oō Hyrtacus letanter accepit: putans suasurū Epigenie eius cōiugiū. Adueniente ergo dñica cōgregato offi po pulo ꝛ Epigenia cum sacris virginibus rex aduenit. Matthеus autē tunc predicans diu de bonis matrimonij tractauit. Quē rex mirabiliter collaudauit arbitrat⁹ cōclusionē facturū: vt Epigenia Hyrtaci cōiugio assentiret. Sed fefellit eum opinio sua. Nam post cōmendationē matrimonij subiūxit. Quū ergo tam sanctū sit in se matrimoniū: si saluo federe fidei teneat: bene scitis adstantes ḡ si q̄s seruorū regis spōsam vsurpare presumeret: nō solū regis indignationē: sed ꝛ mortē mereret crudelē: nō qz vxorē duxisse probaret: sed qz dñi sui vxorē violare presumeret. Ita etiam tu rex quū scias Epigeniā eterno regi Christo dedicatam ꝛ sponsam effectā quō poteris regis potentioris te rapere spōsam sine magna ire dei vindicta? His auditis Hyrtacus furibūdus abscessit. Apostolus aūt cōstans ꝛ intrepidus oēs ad tollerātiam aīauit: ꝛ Epigeniā ex timore p̄stratā cum ceteris virginib⁹ benedixit: ꝛ missarū solēnia celebrauit. Misit aūt rex incredulus ministrū detestabilē ad p̄dendū dei apl'm. Quē celebrata missa eleuatis in celū manib⁹ iuxta altare immerso a tergo gladio occidit: ꝛ martyrē cōsecrauit. Oō populus sentiēs ad palatiū regis oia incēsurus p̄perabat: sed monitis sacerdotū ꝛ diaconorū est detentus. Martyriū aūt eius cum gaudio celebrarūt. Hyrtacus ab inceptis non desistens quū nec per matronas nec ḡ magos Epigeniam ad cōsensum ad sui cōiugiū inclinare valeret: tota domū eius nocte igne copioso vallauit: vt ipsam cū ceteris virginib⁹ cōcremaret. Sed apl's dei apparēs oēm illū ignē a domo Epigenie excussit ꝛ ad palatiū regis p̄cedere iussit: qui oia sua cōsumpsit vix eo solo cum filio euadentib⁹. Filius insup a demonio arrept⁹/ patris crimina luens/ ad sepulchrū apl'i properauit. Pater vero leprosus effectus seipsuz interemit. Factusq; est a pp̄lo rex frater Epigenie qui baptizatus fuerat: ꝛ p. lxx. annos regnū illud optime gubernauit: ꝛ sibi filiū suū Christianissimum in regnū substituens totā regionē Ethiopie ecclesijs repleuit. Postea corpus beati Matthei inde trāslatū est in Salernitanam ciuitatem. vbi dicitur requiescere.

Matthеus gladio trāsfoditur.

¶ De conuersatione ꝛ martyrio beatorū apostolorum Simonis ꝛ Jude. Capitulum. xiiij.

SImon cananeus sic dictus a villa Chanaynde erat oriūdus. Idem ꝛ zelotes. Chana em̄ interpretatur zelus: germanus Taddei apostoli qui ꝛ Judas dictus est. Et Simon quidē interpretat obediēs: vel tristitiā ponens Judas autem interpretatur cōfitens vel gloriosus. Taddeus apprehendens principē. Et Judas iste primo post adentum spiritussancti predicauit in Mesopotamia ꝛ pōto. Simon

Simō ꝛ Judas ḡ ꝛ Taddeus ōr apl'i.

nus diu cū beato Dionysio eruditus est. Et post predicatum in varijs locis euangelium. dc. a. Carnoto miliario videns filios belial sibi occurrentes: q; putabāt ipsum cū sociis magnā pecuniam deferre trepidātibus ac fugientibus sociis ob luctores eos persequētes malēs solus q̄ socios cunctos perire/clamauit. Nolite innocēres perdere: pecunia quā queritis apud me est. Concurrētes igitur oēs illi latrones ad eum solū/vnū tantū solidū quē pro viatico reseruauerat inuenerunt: vnde indignari caput eius abscinderunt. Regulus ex grecorū nobili psapia Dionysij socius auditor Joānis euangeliste ozo tpe dimissis magnis diuitijs pauperib⁹ erogatis: postea Athenis Dionysiū adiuit: et de Roma cū eo Arelatensiū vrbē ingressus: post eoz facilem cōuersionē ibidē a beato Dionysio presul constituit.

Beat⁹ Regul⁹

Hic celebrās oratione dñica cōpleta et aplorum noibus recitatis/adiūrit. Et beatis martyrib⁹ tuis Dionysio Rustico et Eleutherio. Quo dicto stupefactus cur hec pter morem dixerit: admirans vidit sup crucē altaris tres colūbas residentes: horū martyrū noia pectoribus suis inscripta habentes: vnde itellexit martyriū illoz celebratū prout inuenit. Hic ergo desiderio martyrij accensus Felicissimū ibi instituit epm. Et visitatis reliquijs sanctoz martyrū Syluanectuz ingreditur: et simulachrū Mercurij ad quod multi cōuenerant/premisso crucis signo baculo suo percussum dissoluit. Populū multū exinde conuertit. Puerū a demonio obsessum liberauit: et asellū suū a demone inuasum. Demū in dño requieuit. Jonius de partibus Athenienſiū cum beato Dionysio venit: et euangelium predicans iuxta Parisios pro cibo vrebaſ herbis crudis et potu aque frigide: et in quadragesima bis in hebdomada cibū sumebat. Abscisſum autē sibi caput a paganis: p vnū miliare manib⁹ suis portauit post emissam lucem de celo: vbi nunc quiescit.

Diuus Jonius

§. III. Hic Dionysius bti Eu-

tropij cōsocius passionē ipsius Eutropij eo viuente pactā in Frācia lris grecis scripsit: et ipsam scripturā parentibus suis q̄ iaz in christū crediderāt/in greciā p manus bti Clementis pape misit. ordinauit: quam Calixtus papa. ij. Constantinopoli in schola grecoz reperiēs: in latinū trāsferri fecit: vt refert Vincē. in spe. histo. li. xj. c. xviij. Hic igit' Eutropius genere gētili editus/excellētioi psapia oriundus quē babylonius Adimūdus noie Xerxes et Buma regina genuerūt humanit⁹: q̄ in pueritia literis grecis et chaldaicis edoctus ad Herodē regē in Galilea adijt: si forte aliq̄d curiosum discere valeret. Et in eius curia aliq̄diu manēs quū audisset miracula saluatoris: multū desiderabat eum videre. Quū autē Jesus abijt trās mare Galilee contigit Eutropiū se reperire presentē: qui christus ex q̄nq; panibus et duobus piscibus satiauit q̄nq; milia hoīm. multūq; desiderabat eum alloqui: sed pedagogū sibi datū Nichanorem quēdam timebat offendere. Reuersus exinde ad parentum domū cepit patri narrare dicēs. Vidi hoīem q̄ ōr christus: cui in toto mūdo nequit similis inueniri: vitā mortuis/cecis visum/surdis auditū/claudis gressum/leprosis mundationem/oībusq; generib⁹ infirmitatū sanitatē prebens. Quid plura? Quinq; milia hoīm ex q̄nq; panib⁹ et duobus piscibus me presente satiauit. Hec audiēs pater eius Adimundus cogitabat qualiter videre posset hūc Jesum. Nec multo post Eutropius impetrata licētia a patre: desiderās iterum videre dñm Jesum Hierusalē adijt cū decenti comitatu causa adorandi in tēplo: ubi et plures gentiles faciebant de diuersis partibus aduenientes. Die autē palmarū videns dñm Jesum maxima turba associatū: et pueros clamantes Osanna filio dauid: et flores et ramos palmarū et oliuarum plurimos sternentes in via quū intraturus esset Hierosolymas: et ipse cū ceteris eū sequebat: tristis tamē effectus: q; preturba vix eum posset videre: vnde et accedēs ipse cuz multis alijs gētilibus ad Philippū apl'm dixerunt ei. Dñe volumus Jesum videre. Quod quū eis concessum fuisset valde letatus est: occulte ex tūc credēs ei: reuersusq; est in patriā suā. Quuz autē percepisset eū occisum a iudeis: valde doluit: sed audita eius resurrectione et in celum ascēſione/letificatus: et zelo dilectionis ad christū pter occisionē christi factā a iudeis in vltionē oēs iudeos qui in Babylonia reperti sunt occidi fecit. Deinde apl'is gloriosis Simone et Juda in Babyloniā ad pdicādū christū proficiscentibus: et doctrinā suā plurimis miraculis cōfirmantib⁹: et Eutropi⁹ gaudio replet⁹ nō solū ipse pfecte credidit et baptisma suscepit: sed et regem Babylonie exhortatus est: vt relicto gentilitatis errore et iudeoz superstitionibus christianam fidē susciperet vt celoz regnū adipisci mereret. Oō et factū est. Quibus cōuersis apl'i Abdiā quē de Hierosolymis secū adduxerant/epm creauerunt. Et post nō multos dies quū apl'i martyrio coronati fuerūt (vt dictū est supra) Eutropius eoz passionē chaldaicis et grecis literis cōmendauit. Audita ergo fama miraculoz q̄bus princeps aplorum cozuscabat Rome: relictis parentib⁹ et patria Romā pfectus est. Qui quū a beato Petro fuisset honorifice receptus: et cū eo aliq̄diu conuersatus: et de mysterijs oībus plenius edoctus: regionē Gallicā cōsilio eius cū alijs fratribus aggredit. Quūq; vrbē Sanctonēsem intrasset/per plateas eius et vicos discurrēs verbū dei instanter predicabat. Mox vt illū ciues barbarū virum esse cognouerunt. et inaudita sibi predicantē audierūt: indignāres illum extra vrbē facib⁹ adiusti: et pticis verberatū eiecerunt. Ille vero patiēter ferēs iniurias in quodā mōte iuxta vrbē tuguriū ligneū fecit/in eo aliq̄diu habitās. Per diē nihilomin⁹ ad ciuitatē pdicationib⁹ eruditā descendebat: et noctib⁹ in lachrymis et vigilijs atq; orationib⁹ in tugurio pmanebat. Quūq; p lōgissimū tps nō nisi raros ad fidem traxisset dñi Jesu christi: Romā denuo adijt. Inueniēs autē Petrū iam in cruce passum: a beato Clemēte ordine tēporali suscepto cū Dionysio et socijs in Galliā directus est: sed lachrymosis amplexib⁹ et salutationibus adinuicē descēdentibus: Dionysius cum socijs Parisios accessit: Eutropius vero

Sanctonas

Sanctonas reuersus est: et ibi opportune et importune et instans predicationi zelo christi plenus multos conuertit et baptizauit. Et inter ceteros filiã dñi ciuitatis illius noie Castellã propter qđ pater eã abominatus extra urbẽ misit. Hec puella p christo equanimiter ferẽs iuxta turonũ sancti martini humiliter magis elegit in paruo habitaculo commorari qđ in palatio cũ parentibus delicijs affluere et idolis immolare. Cernẽs aũt pater impius eam nõ posse nec blanditijs nec minis a pposito fidei reuocari: furijs inuectus contra Eutropium/iussit carnificibus ciuitatis vt ipsum sanctũ lapidarent et fustibus ac corrigijs plũbatis cederent: demum securi capite illiso peremerũt in dicto turonũ in quo tũc sepultus est: sed postea cessantibus persecutionibus cõtra christianos/et patria illa ad christũ conuersa/ingens basilica ibi edificata est in honorẽ eius: vbi corpus eius requiescit crebris miraculis coruscans.

De bto Eugenio.

§. IIII. Eugenius ex socijs beati Dionysij missus ab eo ad predicandũ toletanis: post cõuersionem barbarice illius gẽtis desiderio videndi beatũ Dionysium iter arripuit: et quũ esset ppe parisios ad quatuor miliaria obuijs quibusdã militib⁹ quũ interrogat⁹ fuisset quẽ deũ colerent: et ipse/respõdisset christũ se colere: martyrijs capitis obtrũcatione pmeruit. ¶ Taurin⁹ ex christiana matre et patre gẽtili natus a Clemẽte papa baptizatus et Dionysij spũalis filius: ab eo in Galliã ductus Ebriocẽsis ciuitatis tandẽ pful efficit. Predicante aũt eo in domo cuiusdam ciuis noie Lucij: filia illi⁹ diabol⁹ inuasit: et in ignẽ piecit: quã mortuã quũ suscitasset Taurin⁹ nullũ adustionis vestigiũ in ea remãsit. Et quũ multos baptizasset miraculis plurimis patratis: vna dierũ dixit gẽtilib⁹ intrãtib⁹ fanũ Diane ad orandũ. Ecce dea vestra: Rogate eã vt adiuuet vos. Sacerdotes aũt Diane stabant pstrati: dicentes. Sancta Diana inuictissima vindica nos et te de isto malefico viro. Demõ aũt qui intus latebat: rñdit. Cessate miseri cessate me inuocare. Ex quo enim intrauit huc vir iste seruus dei altissimi/igneis catenis ligor: nec loqui aus⁹ essem nisi ipse iussisset. Et ait Taurin⁹ pplo. Vultis videre deam vestrã. Precepit ergo demõi qđ in statua manebat/vt exiret et se ostẽderet pplo. Qui exiẽs visus est a cunctis in forma nigerrimi ethiopis/lõgã habẽtis barbã et scintillas igneas ex ore vomẽtis. Qõ vidẽtes oẽs prostraueruñt se ad pedes sancti: rogãtes vt liberaret eos ab horribili bestia illa. Angelus aũt dñi apparẽs vt sol ligarã bestiã secum duxit. Et inde destructa sunt idola et ecclesie consecrate.

Beatus Taurin⁹

§. V. De sancta Tecla discipula Pauli apli: cuius hystoriã ponit Uincẽ. in spe. histo. lib. x. capi. xlvij. Sed qz inter apocryphas scripturas connumerat dist. xv. sancta romana ideo abbreuiabiẽ. Quum paulus apls de Antiochia Iconiũ venisset: vt secũ Demam et Alexandrũ erariũ comites sed simulatos discipulos haberet: vt ipse refert in epls suis: audiẽs Honesiferus aduentum eius/ei cũ familia sua obuiauit: et ad signa qđ ei Titus predixerat/vidẽs eũ iter ceteros statura breuitate naso aq̃lino: vultu angelico: ipsum solũ humiliter salutauit. Et quum indignarent predicti⁹ qđ Paulũ comitabant cur eos non saluta sset: rñdit Honesiferus: qz in eis fructũ iustitie non videret. Quũ aũt Paulus ei⁹ domũ introisset: et semp de cũctis fructib⁹ virtutũ pdicaret: Tecla virgo Tamiro desponsata sedẽs ad fenestrã domui illi ppinquissimã Paulũ predicantem audiebat: et ita sermone ei⁹ quem facie nõ agnoscebat affecta et deuicta est: qđ per triduũ a fenestra vt audiret nõ recesserit. Qõ cernẽs mater ei⁹ Theodia misit ad Tamirum spõsum Tecle: que lugẽs filiã seductã/Paulum accusauit. Quũ eã a pposito fidei christi cõcepte reuocare mater et cõiunx nõ possent. Paulus capt⁹ ad carcerẽ ductus ẽ. Quẽ Tecla ad carcerẽ secuta est. Propter qõ videntes eã ad paulum affectã accusarunt vtrũq̃ iudici presentantes: vñ Paulus flagellatus de ciuitate expellit. Tecla aũt igni adiudicata in flãmas spõte psilijt. Sed statiz imber de celo ignẽ extinxit: et tãtus terremot⁹ secutus est vt multi mozerent. Sicigitur Tecla euadẽs ad domũ Honesiferi accessit vbi Paulus manebat absc̃ditus. Et gaudio repleta ex visiõe eius voluit se rõdere. et habitũ viri assumeret: vt libere eum sequeret doctrine eius auidissima: sed Paulus nõ permisit: timẽs ne aliqua tẽtatione subito tentaret. Erat esñ pulcherrima. Profectus est igit Paul⁹ Antiochiã et Tecla secuta est eũ. Quidã aũt noie Aledãder Antiochenorum primus pulchritudine Tecle illect⁹ cepit Paulo plurima polliceri: si eam sue traderet voluptati: qđ oino recusauit. Ille aũt ea publice amplexatus est cõcupiscentia rapt⁹. Illa aũt nõ ferens iniuriã clamydẽ ei⁹ dilacerauit: de quo ille erubescẽs quasi sacrilegã iudici psentari fecit. Qõ cõfessa ad bestias cõdẽnatur: et quouscq̃ eis tradat deuozãda cuidã ditissime matrone noie Trifena cuius filia nuper defuncta erat: pro honestate a iudice custodiẽda tradit. Mittitur ergo Tecla in caueã ante leenãt: qđ amissa oi feritate pedes Tecle lingebat cũcto pplo videnteet admirante. Exinde iterum ad seuissimas feras proiecit: sed leena ad pedes ei⁹ recumbens vsum cõtra eã impetu venientem strangulauit. Mittit et leo seuissimus ad eã lacerandã. sed leena pdicta ei obuiante et diu cũ eo cõfligente pariter mozuñt leo et leena. Postea in foueã pfundã aqua plenam et marinis beluis submergenda et deuozanda mittit nudata: sed apparẽs qdã nebula super eã texit: vt videri ab hoib⁹ nõ posset: nec q̃cq̃ molestie ei belue intulerunt. Duos quoq̃ tauros ferocissimos inde eductã laminas ignitas trahẽtes ipsam ligatam in eis impositã exposuerũt consumendã: sed in nullo lesa est. Ex his omnibus igitur liberata Paulum magistrũ suũ videre desiderãs: p eo querendo tonsurã virilẽq̃ habitum suscepit: et cũ quibusdã ad Paulũ accessit: q̃ timuit ne aliqua tẽtatio accidisset. Qõ illa intelligẽs vt eũ cõfortaret: baptizatã se esse dixit: et sic in eius hospitium introiuit. Demum de licentia Pauli Iconinm rediens defuncto Tamiro sponso eius: quum matrẽ ad fidem inducere nõ valeret Tecla in Seleuciam pergens et multos predicando conuertens tandem in pace quieuit.

§. VI. Reperiuntur et alii plures egregij et illustres viri Pauli discipuli: vt ex martyrologio pz: inter quos fuit Timothe⁹ ad quẽ duas epłas scripsit. De eo sic scribit Policrates presbyter. Timotheus ciuitate Lystris Lycaonie ortus a Paulo apło edoctus est: Et quũ peregrin⁹ esset factus: deuenit cũ eo ad splẽdidissimam Epheziorũ metropolim: ta quo epatum ibidẽ cõsecut⁹ est primus regnãte apud Romanos Nerone: vbi in doctrinis et miraculis ac cõuersationib⁹ coruscauit. Non solũ autẽ Pauli: sed gloriosi theologi Joãnis euãgeliste visor et auditor fact⁹ est. Quum aũt adhuc reliquie prime idololatrie epheſi remãsissent in die abominabilis festiuitatis eorum sanctus archiepus Timotheus trãscurrens in porticus mediũ hortabat eos dicens. Viri epheſij nolite idololatria insanire: sed illũ qui deus est plane cognoscite. Et operarij diaboli indignati palis et lapidibus iustũ interfecerũt. Sed ui vero dei repausauerunt adhuc spirantẽ in monte ciuitati adiacente: et in pace requieuit imperãte Nerua. Quarto kal. Januarij apud Arelatuz celebrat natale sancti Trophimi: cuius meminit Paulus scribẽs ad Timotheum: qui ab eodez apło epus ordinatus presate vbi primus ob christi euangelij predicandũ est directus: ex cuius fonte (vt Zozimus papa scribit) tota Gallia fidei riuulos accepit. Itẽ pridie nonas Januarij natale beati Titi qui ordinat⁹ ab Apostolo Cretensiũ epus tac predicationis officiũ fidelissime cõplens finẽ beatũ adeptus est: ibiq̃ sepultus: ad quem etiaz apls epistolã scripsit. Item. xiij. Kal. Martij natale sancti Onesimi: de quo scribit Apostolus Philemoni. Quem idez apls epm ordinãs pdicationisq̃ verbũ ei cõmittens: apud Epheziorũ ciuitatẽ reliquit. Hic Romã demũ perduct⁹ est: atq̃ ibi pro fide christi lapidat⁹. cuius corpus ad locuz vbi fuerat eps datus relatũ est. Itẽ. iiij. Kal. Junij Rome sancte Potentiane virginis: que post innumeros agones post multorũ martyrũ sepulturas venerabiliter exhibitas: post oẽs facultates suas p christo pauperibus erogatas. tandẽ migrauit ad celos. Quo etiã die ad christum transitum fecit beatus Prudẽs pater dicte virginis: q̃ ab apostolis xpi in baptismo vestitus innocentie tunicã vsq̃ ad coronam vitam immaculatã custodiuit. Praxedis quoq̃ sacra virgo filia dicti Prudẽtis et soror Potentiane/post plurima pia opera et occultationẽ fidelium in domo sua tpe persecutionis: quos verbo pascebat et cibo: hec demũ post multas fidelium sepulturas in domo requieuit/Harũ fratres fuerunt Nouatus et Timothe⁹. Itẽ. v. kal. Julij apud Galatiã sancti Crescentis discipuli sancti Pauli apli q̃ in Gallias transitum faciẽs/multo verbo predicationis ad fidez conuertit. Rediẽs vero Galatiã vbi fuerat eps datus: finẽ vite in bono opere cõsummauit. Itẽ natale sancti Epafri q̃ a Paulo apło Colossis eps ordinatus claris virtutibus martyrij palmã p quibus sibi cõmendatis virili agone promeruit. Itẽ pridie idus decẽbris apud Narbonã natale sctĩ Pauli confessoris: quẽ Paulus apostolus ordinatũ eidẽ vbi defunauit epm. qui cũ ipso apło ad Hispaniã pdicãdi gra pgẽs ibi relictus est: vbi officio euãgelizandi nõ segniter impleto claris miraculis coronat⁹ quieuit. Itẽ Erastus de quo Paulus scribit. j. ad Coz. vlti. Hũc paulus cum Timotheo misit de Asia in Macedoniã: qui ab ipso Paulo Philippis

Timotheus Pauli discipulus.

Trophimus.

Titus.

Onesimus.

Potentiana.

prudẽs

Praxedis.

crescẽs.

Epafer

Paulus confessor.

Erast⁹.

Forma corpis bti pauli apli.

Crisp⁹ ⁊ Lalus

ęs relictus/sibi martyrio coronatur. Item Crispus ⁊ Laius de quibus meminit Paulus.s.ad Cor.s.apud corinthū in domino requieuerunt.

Titulus septimus de imperio

Uespasiani.

¶Quomō ꝝsū adeptus sit imperiū romanū:de destructio ne Hierlim:de imperio Titi filij eius:de pſecutione Domitiani:⁊ de benignitate Nerue imperatoris. Cap.s.

De imperio Uespasiani.

Preter miſtrodomin⁹ anonin⁹ Balbā/ Othonem/ vitelliū ⁊ Domitianum cesares ꝓpter ea q⁹ (vt opinor) nō vt ceteri ipe rauerit

Dugo floriacen. Uespasianus igit illa turbida tyrannorum turba discussa imperium adeptus imperauit annis.ix.mensibus.vs.⁊ diebus. xxij. hic quū esset in obsidione Hierosolyme missus ab imperatore:qz illa patria Romanis rebellauerat:multis iā iudeorum oppidis captis/audita morte Neronis ⁊ successorum/hortatu militū exercitus sui imperator effect⁹ ⁊ Titus filium suū ad perficiendā obsidionē reliquit:Romā profectus est. Ut⁊ romanis nō deesset nec iudeis:quē filius ei⁹ Titus repzesentaret. Imperauit aūt Uespasianus imperatorū septim⁹ vt scribit Euse.in chroſi.anno dñi.lxxs. A creatione vero mūdi quater millesimo.xxxiij. Sed ſm aliā vſtationem opinionē quinquies millesimo.clxx. Hic vt inquit Suetoni⁹:quondā inter comites Neronis quū cantāre eo aut discederet sepius:aut presens obdormisceret: grauissimam cōtraxit offensam:⁊ phibitus nō contubernio modo sed etiā publica salutatione secessit in patriā. Judea aūt ꝓuincia cū exercitu ei oblata est:q⁹ ab imperio iugum subiectionis excusserat. Suscepta aūt censura ne quā occisionem disciplinę pretermitteret adolescentulū fragrantē vnguento quū sibi ꝓ impetrata prefectura gras ageret:vultu aspernatus voce etiā grauissima increpauit:literasq; reuocauit. Adepto aūt imperio amplissimos ordines ⁊ exhaustos cede varia ⁊ cōtaminatos veterū negligentia purgauit:suppleuitq; recensito senatu ⁊ equite:submotis etiam indignissimis ⁊ honestimo quoq; allecto. Usq; ad exitū vitę ciuilis ⁊ clemēs: Mediocritatē generis neq; dissimulauit vnq;:ac etiā freqnēter prese tulit:nihilq; ornamentorū appetiuit: Amicorū libertatē ac philosophorū cōtumacias leuissime tulit:offensarisq; ⁊ iniuriarū minime memor exercuerat. Nā vt suspitione aliqua vel metu ad perniciez cuiusq; cōpelleret/tantū abfuit:vt monentib⁹ amicis quondam cauendū esse Metiū Pōposianum:q; vulgo crederet genesim habere imperatoriā:insuper cōsulem fecerit spondens q̄sq; beneficij memorē se futurū. Filiam quoq; hostis sui Uitelli splendidissime maritauit:dotauitq; etiā ⁊ istruxit. Sola est q̄ eo merito culpet cupiditas pecunie. Nō em cōtentus fuit Uespasianus hic omissa sub Galba vectigalia renocasse,noua ⁊ grauia addidisse:auxisse priscis tributa nōnullis etiā duplicasse:sed negotiationes quoq; vel priuato pudēdas publice exercuit:nec candidatis quidem honores reiſve tā innoxijs q̄ nocentib⁹ absolutiones vendicare cūctatus est. Creditur quoq; procuratorū rapacissimū quēq; ad ampliora officia ex industria solitus ꝓmouere quos locupletiores factos mox condēnaret:q̄bus quidem vulgo pro spongijs dicebat vti:q; quasi siccos madefaceret ⁊ exprimeret humētes. Quidā natura cupidissimum tradūt. Sunt ꝫ q̄ opinent ad manubias rapinasq; necessitate cōpulsum summa erarij fisciq; inopia. Oē ⁊ verisimilius vt quū ⁊ male partis optime vsus est. In oē hominū genus liberalissim⁹. Expleuit cēsum senatorij. Cōsulares inopes q̄ngenis sestertijs ānis sustētauit:plurimasq; p totū orbē ciuitates aut terremotu aut incendijs afflictas restituit in melius. Ingenia ⁊ artes vel maxime fouit. Prim⁹ e fisco latinis greciscq; rhetorū annua cētena cōstituit. Prestantes poetas necnō ⁊ artifices magna mercede dotauit.

§.I. De destructiōe Hierosolyme ⁊ exterminio ⁊ dispersione Judeorū q̄ facta est imperij Uespasiani anno scdo per Titum filium eius:q̄ prenūtiata fuit p Danielē pphetā per quingētos.⁊.xxxv. annos ante eius euersionē:vt pt⁊ Dan.ix.in.lxx.hebdomadibus anno rum:vbi dr in fine illius visionis. Et ciuitatē ⁊ sanctuariū dissipabit ppl's cū duce venturo.s. Tito:⁊ finis ei⁹ vastitas Cuius excidij causam premisit dicens. Occidet christus a Judeis post sexagintaduas hebdomadas ⁊ septēde quib⁹ premiserat in.lxx.hebdomada annorū videlz:nō dierū ſm expositionē oīm doctorū. Dūs etiā ⁊ saluator noster hoc predixit per xl.annos ante ipsam desolationē:q̄n scz vidēs ciuitatē in die palmarū in mōte oliueti/fleuit sup eā dicēs inter cetera. Uenient dies in te ⁊ circundabunt te inimici tui vallo:⁊ coangustabūt te vndiq;:⁊ ad terrā pternēt te:

Hiero narrat plene Josephus in lib.de bello iudaico:qui refert i eodem etiā multa ꝓdigia cōtigisse nō multo ante euersionem eius. Nā stella ꝓfulgens.p. ofa gladio silis visa est cuitati imminere:quam quidē cometē vocāt:q̄ per totū annum exitialibus flāmis apparebat ardere. In festo azymorum hora noctis nona tāta fulgor ara templiq; circūdedit.vt oēs diē clarissimū factū putarent. In eadē festiuitate virula ad immolādū ducta enixa est agnā. Post aliquot dies post solis occasuz visi sunt currus ⁊ quadrige in omnē regionē per aerē ferri:⁊ armatorū cohortes miscerī nubibus ⁊ vrbes circūdari agminib⁹ inꝓuisis. In alio die festo q̄ pētecoste appellat:nocte sacerdotes tēplū ingressi ad ministeria ex more cōplenda:motus quosdā strepitusq; senserunt:ac voces subitas audierūt dicentes/Trāseamus ab his sedibus. Ante quartū annū belli quidam nomie Jesus Anani fili⁹ in festo tabernaculorū repente clamare cepit. Uox ab oriēte:vox ab occidēte:vox a quatuor ventis:vox sup Hierosolymā ⁊ templū:vox sup sponsos ⁊ sup spōsas vox sup vniuersum ppl'm. Predictus vir capit:ceditur:verberatur:sed ille aliud dicere nequiēs/quāto plus verberabatur:tanto fortius eadē clamabat. Ad iudicem ducit:⁊ tormentis diris afficit:vsq; ad patefactionē offiū laniatur:sz ille nec preces nec lachrymas effundebat ⁊ sed cū quodam vlulatu p singula pene verbera eadem ꝓferebat addens/ve ve Hierosolymis. Hec Josephus. Quū ergo ad rebellandū Judeam subijciendā vēturi essent Uespasianus et Tit⁹ cū exercitu Romano:⁊ christicole q̄ Hierosolymis erāt admoniti sunt p angelū:vt inde recedētes trās iordonē in ciuitates Agrippe ad habitandū irēt. Uespasian⁹ aūt cū exercitu applicuit ad ptes Judee. Et quū veniſſet multitudo maxima iudeorū ex omni natione q̄ sub celo est:vbi fuerant dispersi p diuersas preteritas captiuitates ad festum precipuū azymorū ſm mandatū legis eor⁹:tunc obsessa est ciuitas Hierosolymorū. Et vt ait Egesipp⁹ li.v.anno primo delati imperij Uespasiano/Judea bellis asperis et seditionibus domesticis lacerabatur. Trinoq; prelio ciuitas Hierusalē intra se laborabat. Nulla requies,nulle inducie dabantur. Momentis oīb⁹ dimicabatur:⁊ innumeri iugulabantur. Manabat sanguis:vniuersa replebat:⁊ quasi fluuius etiā p interiores tēpli recessus decurrebat:ita sanguine/incēdio/ruina:fame:⁊ totius vrbis innumeri succidebantur. Nullus loc⁹ periculo vacabat:nulla fugiēdi copia erat pauor vbiq;/clamor/morientiū gemit⁹:⁊ viuentium desperatio:vt miserabiles diceres q̄ remanserāt:beatos q̄ obierāt. Quomodo decepta es ciuitas ppl'is tuis:expugnata armis tuis:q̄ solebas sine armis vincere:sine prelio hostē ferire: quū p te angeli dimicarēt:⁊ militarent tibi fluct⁹ maris: hiatus terre:celi fragores? Ecce habes q̄ petisti. Agnosce tibi hodie Barabbā viuere:Iesum vero mortuū esse. In te enim regnat seditio:⁊ par sepulta est:vt crudelius a tuis pereas q̄ si perires ab alienis. In tēplo igit ipso p vnguentis bene olētibus/p thymiamatib⁹ bene spirantib⁹:⁊ p diuersoz illoz suaui odore grauis erat insepultoz cadauez fetor:quos pluuia dissoluerat:quos flāma ꝓdusserat:quos sol calefecerat. Nec effi humare corpora cuiq; vacabat eorumq; vel in tēplo vel circa plateas necabantur:qz bellū inter se eos occupabat:feriēdiq; magis q̄ humādi cura vniuersos tenebat:nihilq; magis in tātis calamitatib⁹ q̄ misericordia perierat q̄ sola solet alleuiare miserias:⁊ solari erūnas. Quidā tū latrones in alios seuiētes:fetorē occisorū grauiter ferētes:de muro reliquias defunctoz in pfunda precipitia deiciebant. Itaq; Titus Uespasiani filius q̄ belli a patre susceperat:aspicies ꝓruptos specus cadauez plenos sanie:q̄ dilaceratis viscerib⁹ innatantē:altę ingemuit ⁊ manus ad celū leuās testabat nequaq; sibi illō adscribendū:q̄ venia dare voluisset si seditio pcederet: expectasse sese vt pacē rogarēt paratū ⁊ incolumes seruare:si ⁊ depositsent bellū. Mane⁹ quoq; lazari asserebat p vnam portā sibi creditā.xv.milia mortuoz elata:additis ad hec octingētis octoginta funerib⁹ ridi⁹ solo eoz nūero collectū q̄ mercede publica sepulti forēt:ꝓter eos quos sepelierūt sui.

runt sui. Que aūt sepultura nisi vt de muro deiscerent ca-
dauera? Eozū quoq; q̄ ꝓpter magnitudinē infinitā efferri
cadauera nequiuerūt: numerū fuisse ineffabilē quidā asse-
rebant: vltra corpora extra portā delata. Nā plerīq; etiā ō
vltimo ozbe ad templū venerāt ad adozandū in die festo.

Hiero-solymi-tana fa-mes.

§.II. De fame acerbissima que

eos pressit t auaritia eozū. Eozū aūt plerīq; q̄ ad Roma-
nos cōfugerant: quū accepto cibo aluū purgarent: egere-
bant aliū lingones aureos quos absozbuerāt quum fugā
arriperent: ne deprehensi nō solū dispendio sed etiā pericu
lo fozent: qz insidiatozes oīa scrutabant: t sceluscz ducebāt
aurum ꝓpter latrones habere. Hec itaq; iudei mirabili
specie inter inquinamenta alui aurū legebāt. Cōperit hoc
quidā assyrius: t ab vno in oēs opinio manarat: q̄ hoc ge-
nus hoīm preceps ad auaritiā t paratū ad vsurā nihil tam
atroz sit qō refugiat: nihil tā turpe qō studio pecunie eru-
bescat. Ab assyrijs itaq; in Arabes diffusa est fama: quibus
nō est minoz auaritia: t feritas barbarice ꝓpioz immanita-
ti q̄ freti essent auro iudei. Diripiūt ergo illi quoscūq; ad-
uenientes cernūt: ijs cōtra fas: cōtra legē deditionis: cōtra
promissum Cesaris: quos occidi nō licebat. Inscindunt au-
tem viuentes adhuc: cruentisq; manibus euiscerāt vētris
secreta: aluū scrutant: t inter eius manātia purgamēta au-
rum inquirūt. Deniq; vna nocte fere duo milia virozum di-
cissa sunt tali flagitio. Aliaq; erūna grauis in ijs q̄ ad Ro-
manos trāsfugerant accidit. Nā desueris edēdi officijs vbi
data est alimēti copia: cepit esse cibus oneri qui prius erat
vsui. Nulla vis erat dentiū vt cibū māderent. Obriguerāt
interioza viscerū. obstructi erant ductus ciborum. aruerāt
iecoris vene q̄ cibos attrahūt: bilis perierat. auiditas cre-
scebat. ruebant super cibos miseri: t inualidos morsus mo
re infantiū meditabant. Plerīq; oēs alimētis ipso gaudio
deficiebāt: atq; iter exoptatos sibi cibos moriebant. Erat-
q; pompa lachrymabilis: quū plures a cibo ad periculum
surgerent q̄ ad salutez. Inflabātur essi insolito cibo qua-
si quodam hydropisis morbo. Et si edendi auiditas modi ne
scia supra mensurā ingerebat: repentino fozti cibo dirum-
pebantur. Nihil enim mirū si exhaustis periculo cibus est
Nam t post biduanū ieiuniū si quid auidius sumpseris. sta
tim crudescit. Nonnulli aūt eozū euaserunt quadam arte
pensantes cibi moderamina donec dissueta edendi caro ad
suos vsus rediret. Igitur destructis edificijs tēpli finiti-
mis t etiā porticibus: partim a Romanis ptim a iudeis ip
sis nuda iā erat tēpli facies t seua hoīm fames. Insidiabā
tur sibijnuicem quis cui raperet cibum. Ubi alimēti suspi
tio: ibi belli. Necabantur etiā charissimi: t discutiebantur
defuncti: ne quis intra eozū amictus lateret: aperto oze si-
cut rabidi canes aurarū captantes spiramina huc atq; illuc circunferebant duce inopia. Et quū alia famis solatia
nō reperirent: detrahebant scorias cutis vt cibo sibi essent
qui presidio nō essent. Mādebant calciamentū. Nec pudoz
erat solutū pedib⁹ oze suscipere t lingua lābere. Uetuste
quoq; palee q̄ olim piecte erāt: nō mediocri precio requi-
rebantur: t si qs repererat: grādi precio mercabantur.

§.III. De muliere que comedit

filiū. Erat quoq; Maria locuples femina de regione trās
iordanē: que belli terroze exorta: Hierosolymā se ꝓtulerat
vt turioz esset. Huius opes principes factionum certarum
inuaserant. Alimentoz eū etiam si quid precio quesiuerat: de
manibus eius euellebat. Defecerantq; iam oīa: t delitijs
assueta asperioza palearū vel cozioz dura nō emolliebat.
Seua itaq; fames intimis se infudit medullis: exasperauit
humozes: mentem exagitauit. Habebat aūt infantulū: cu-
ius vagitu excitata: quū se t ipsum paruulū macerari vi-
deret: tantis victa immanitatibus amisit affectū. Conuer-
saq; ad paruulū: sic ait. Quid faciā tibi o paruule seua te
circūstant omnia: bellum/fames/incēdia/latrones/ruine.
Cui te moritura credā: aut vite tantillū relinquaz? Spera-
ueram q̄ si adoleuisses me pasceres matrem: aut sepelires
defunctā. Sed quid agā misera? Uiuēdū tibi ac mihi. Nul-
lum video subsidium. Cui reseruabo? In quo te recōdā se-
pulchro ne canibus alitib⁹ vel feris preda fis. O suauia mi
hi viscera: artus iocunditatis: pluscz vos cōsumat fames/red-
dite mihi matri qō accepistis: redite in illud naturale secre
tum in quo sumpsistis spiritū. Domicilijs tibi in eo paratur
tumulus defuncto. Exosculabor ergo te: t qō nō habet spa-
tium amoris habeat vis necessitatis vt ipsa deuozē mebs
artus: nō simulatis sed impressis morsibus. Fecim⁹ qō pie
tatis fuit: faciamus qō suadet fames. Tua tamē causa me-
lioz: t quedam pietatis species: qz tolerabilius est q̄ mater
dederit cibū viscerib⁹ tuis: q̄ q̄ te mater aut occidere pōt
aut deuozare. Hec dicens/auerso vultu gladiū dimersit: et
in frusta filiū secans igni imponit: partē operuit: ne quis
superueniret. Sed odoz incensi peruenit ad ꝓncipes factio
num. Qui continuo odozem secuti: hospitiū introeunt mu
lieris: minātes ad necē q̄ ipsis ieiunantibus ausa esset ede
re: t aq; extozres cibi facere quē repisset. At illa partē ingt
vestram vobis seruaui: nolite indignari de meis viscerib⁹
vobis cibū parau. Cōsiderate: ocyus mēsam apponaz. Hec
dicens discooperuit ambusta membra: t epulanda obtulit
adhoztatiōe hmōi. Hoc est prandium meum: hec portio ve-
stra: videre diligētius an vos fraudauerim. Ecce pueri ma-
nus vna: ecce pes: ecce dimidiū reliqui corporis. Et ne alie
num putetis: filius meus est. Nunq̄ fuisti mihi dulcioz fili:
tibi debeo q̄ adhuc viuo. tua suauitas animā meā tenuit:
t pduxit matri tue misere diem mortis. Ueneruut necatu
ri t conuiue facti sunt: habebūt t ipsi qō tibi debeant quū
epulas meas sumpserint. Et ad illos horroze pculsos ait.
Quid exhoz retis animoz: cur nō epulamini qō mater feci?
Sustate t videte quia suauis est filius meus. Nolite fieri
molliozes matre: infirmioz muliere. Ego quidē tales pa-
raui epulas: sed t vos sic epulari matrez fecistis? t me qui-
dem tenebat cōpassio: sed vicit necessitas. Repleuit conti-
nuo totam vrbem tanti sceleris nefas: t vnusquisq; parrici
dialis conuiuij ministeriū exhoz rescebat. Peruenit quoq;
ad Romanos huius facti immanitas. Nam plerīq; hoc hoz
roze perterriti ad hostem cōfugerunt. Quo comperto Ce-
sar titus execratus infelicis terre contagium / manus ad
celum eleuans talia protestabatur. Ad bellū quippe veni-
mus: sed nō cū hominibus: quum potius aduersus rabiem
beluarū dimicamus. Nā t fetus suos fere diligunt: quos t
in fame nutriunt: t alienis pascūtur corporibus t a cōsimi
lium cadauerū se abstinent cadaueribus. Hoc vltra acerbi
tatem est: vt membra que genuit mater deuozaret. Mun-
dus ego ab hoc contagio. Tibi me absoluo quecūq; es in ce
lo potestas. Scis profecto quia intimo affectu pacem fre-
quenter obtuli. Et (quod nō pudet dicere) victor rogauit: qz
parcere eis volui. Sed quid facerē repugnantibus? q̄d ad-
uersus suos furētibus? Nā t ipsi nos sepe de muris horta-
ti sunt dimicare: ne grauius a suis perirent. His dictis ad-
moueri templo arietes iubet. Deniq; fugiētibus seditionū
authoribus quū exurereꝫ. Romani posuerūt signa sua in-
tra circūitum eius: t cōtra portā orientalē sacrificauerunt
imperatozem Titū magnis t summis vocibus predicātes.
Sacerdotes aūt quos t aque inopia t estus finitimi incen
dij cōmacerabat sitit: rogauerūt vitā: quos Titus iussit oc-
cidi: degeneris animi esse respōdens vt tēplo t numini su-
peruiuere cuperēt. Joāni quoq; ac Simoni t cereris sedi-
tionum principibus indulgentiā postulātib⁹ respōdit/ De
rum nequissimi tēpus ad misericordiā: quū iā qō reseruet
nihil relictū sit. Pacē offerebā: non recepistis. Parcere vo-
lebam: nō finebaris. Prelia suspēdebam: t vos irruebatis.
Et nūc pp̄s extinctus est templum ardet: quid adhuc sta-
tis armati? Ponite arma quasi victi: viuere vobis donabo
t si nō meremini. Titus ergo quāuis ad iracundiā excitat⁹
propositū suū non soluit intuitu regalis fastigij: sed confu-
gientes recepit solo pietatis intuitu. Nec Romani multa
iam cede fessi a bnuebant vite indigentiam: t studio capti-
ua mancipia vendendi/promptioꝛes erant ad reseruandaz
salutem. Plurimi venales: sed pauci emptoꝛes: qz et Roma
ni habere Judeos in seruitutē dedignabantur: t nec Ju-
dei superant qui eos redimerent. Octauo igitur die goz-
passi mensis cremata est ciuitas. Cesa autem asseruntur q̄
omne tēpus obsidionis decies cētena milia. Captiui quoq;
sunt abducti ad nonaginta septē milia. Et (vt ait Hugo flo
riacen.) fessi deniq; multa cede Romani querebant quibus
captiua mācipia venderēt. Sed qz plurimi venales t pauci
inueniebantur emptoꝛes: mō defuere qui triginta mācipia
vno numismate mercarenꝫ. Et tunc ſm Eusebiū in chroſ.
regnum Judeoꝛū defecit. Colliguntur aūt a secundo anno
Darij sub quo rursus templum edificarum est Hierosoly-
mis vsq; ad secundum annū Uespasiani in quo nouissime
Hierusalē subuersa est. anni quingēti nonaginta. Sz si qs
bene cōsiderat t attendit ad numerū. lxx. hebdo. Danielis: t
reperiuntur pauciores. Dicit autem Hiero. super zacha. vt
habetur. dist. lxxvj. c. ieiunium. q̄ in quinto mense apō Hē-
breos inchoantes menses anni ab Aprili: qui mensis apud
nos dicitur Augustus: a Tito et Uespasiano templū Hie-
rosolymis incēsum est: atq; destructum: capta vrbe Bethel
ad quam multa milia cōfugerāt Judeoꝛum. Et in eodē men
se per longa tempoꝛa ante a Nabuchodonosoꝛ ciuitas et
templum Hierosolymoꝛum fuerant capta t incensa. Gra-
tianus etiam. xxiij. q. v. §. hinc notandum. dicit q̄ aliqua-
do deus punit peccata per nescientes: aliqñ per scientes:

ſicut puniuit populum Judeorum per Nabuchodonoſor. Tales in eo ꝙ puniunt/deo ſeruire dicuntur in eo autē ꝙ ignorantes ſe eſſe miniſtros ire dei impia vanitate ſuperbiunt/attribuētes.ſ. victoriā ſne virtutū mercedem ſue ſeruitutis adeo nō recipiūt niſi tēporalē: penam vero ſue ſup bie non effugiunt. Et exemplificat de Romanis: per quos quum deus peccatum mortis perpetratum a Judeis puni re decreuiſſet: ſcz ſub principib⁹ Tito et Veſpaſiano: vrbis excidiū ⁊ iudaice plebis miſeram captiuitatē ſuis viribus adſcribere ceperunt. Unde contra eos Prophęta imprecatur dicens. Leua manus tuas in ſuperbias eorum q̄ te oderunt: et qui multa maligne operati poſuerunt monumēta victorie ſue in medio atrio tēpli. Per ſcintes vero punit ſi cut per populum Judeorū cum duce ſuo Joſue extermina u⁹ ſeptem populos Chananeoꝝ. qui Judei ſciebāt ſe a deo deputatos ad exterminandum illos: domino hoc eis preci piente ob ſcelera eorum: et ipſi deo attribuebāt victorias ſuas. Et ſicut etiam tēpore gratie per Carolum regē Francorum cum ſuis liberauit eccleſiam ⁊ Italiam de manib⁹ Longobardorum. diſt. lxiij. hadrianus. Sic igitur ciuitate deſtructa reuerſus Romā victorioſus cum magno triumpho receptus eſt ab omnib⁹. Qui etiam dicitur aſportari feciſſe arcam teſtamenti de templo et candelabrum ⁊ quaſdam columnas templi.

Joſeph⁹ hiſtorio graph⁹.

§. IIII. Claruit autē horum tē

poribus Joſephus Flauius ſcriptor hiſtoriographus dux belli Judeorū: qui quū eſſet a Romanis interficiendus: ca ptus i ipſo bello iudaico: prenūtiauit Veſpaſiano de mor te imperatoris ⁊ de ſublimatione eius facta per ſenatū ad imperium: vt refert Euſeb. in chron̄. De quo etiā ſic ſcribit Hiero. in lib. de viris illuſtrib⁹. Joſephus Mathathie filius et hieroſolymitan⁹ a Veſpaſiano captus eſt: q̄ et ſacerdos erat. Hic Romā veniens ſeptē libros iudaice captiuitatis imperatoribus patri filioq̄ Tito obtulit: q̄ bibliothece publice traditi ſunt. et ob ingenij gloriam Rome ſtatuas meruit. Scripſitq̄ et alios. xx. antiquitatū libros ab exordio mūdi vſq̄ ad. xiij. annū Domitiani imperatoris: ⁊ in. xvij. lib huius maximū teſtimoniū reddit de chriſto ⁊ miraculis ei⁹ prout ſupra dictū eſt. Veſpaſianus autē (inquit Hugo floriacen.) anno vite ſue. lxx. ſerijs ioca quibus delectabatur admiſcens interijt. Qui quū ventris ingluuie feſſus adſurreciſſet ſtantes (ait) imperatorē excedere terris decet. Sic examinatus eſt. cui ſucceſſit filius eius Titus. ſub Veſpaſiano paſſus eſt Apollinaris: vt dictum eſt ſupra.

§. V. Hic Titus imperauit duo

bus annis vtraq̄ lingua diſertiſſimus: vt ait Euſebius in chroñ. qui ſm Hugo. floriacen. fuit vir in omni virtutū genere mirabilis: ⁊ mortū imperialiū pariter adornatus: et q̄ nulli q̄q̄ negaret. Intantū etiam fecundus fuit: vt cauſas latino poemate perorare: et tragedias grece componeret. De eo autem ſic ait Sueto. Titus amor ⁊ delicie generis humani fuit. In puero ſtatura corporis et animi dotes exp lenduerunt: magiſq̄ ac magis deinceps per etatis grad⁹ forma egregia: ⁊ cui non minus authoritatis ineſſet q̄ gratie. Precipuū robur: memoria ſingularis: docilitas ad omnes fere tum belli tum pacis artes. Armorum ⁊ equitandi peritiſſimus. Grece latineq̄ lingue in orando fingendiſq̄ poematibus promptus. Nec mirum quidem rudis: vt qui cantaret ⁊ pſalleret iocunde ſcienterq̄. In militia ſumme induſtrie: nec minori modeſtia. Suſpecta primus in eo fuerunt ſeuitia: luxuria: rapacitas: libido. Denicq̄ propalam aliū Neronē opinabantur et predicabant. At illi ea fama pro bono ceſſit: cōuerſaq̄ eſt in maximas laudes: neq̄ vllo vitio repertor: ⁊ contra virtutibus ſummis. Cōiuuia inſtituit iocunda magis q̄ profuſa. Amicos elegit: quibus etiā poſt eum principes vt ⁊ ſibi ⁊ reipublice neceſſarijs acquieuerunt: Principueq̄ ſunt vſi. Nulli ciuium quicq̄ ademit: abſtinuit alienorum: ne conceſſas quidē ac ſolitas collationes recepit: et tamen munificentia nemine ante ſe minor. Natura benigniſſimus. In cunctis deſiderijs animum hominum obſtinatiſſime tenuit: ne quem ſine ſpe dimitteret. q̄n ⁊ admonētibus domeſticis quaſi plura pollicerē q̄ p̄ſtare poſſet. Nō op⁹ (ait) quemq̄ a ſermone principis triſtem diſcedere. Atqui recordatus ſuper ſcenam q̄ nihil cuiq̄ tota die illa preſtitiſſet memorabilem illam meritoq̄ laudā dam vocem edidit: Amici diē perdidi. Populum in primis vniuerſum magna per oēs occaſiones comitate tractauit. Nam neq̄ negauit q̄q̄ petētib⁹ et vt q̄ vellent peterēt vltro adhortatus eſt. Fratrē inſidiari ſibi non deſinētē neq̄ occidere neq̄ ſeponere ac ne in minore quidem honore habere ſuſtinuit: ſed vt a primo imperij die conſortē ſucceſſo

Memorabiles Titi virtutes.

remq̄ teſtari perſeuerauit. nōnunq̄ ſecreto ⁊ lachrymis ⁊ precibus orans vt tandē mutuo erga ſe aio eſſe vellet. Inter hec morte preuentus eſtimatore hominū dāno q̄ ſuo. Quod vt palā factum eſt: mererētib⁹ publice cūctis: ſenatus prius q̄ edicto conuocaretur: ad curiam cōcurrit: ⁊ adhuc obſeratis foribus deinde apertis tāras mortuo grās egit laudeſq̄ congeſſit: quantas nec viuo vnq̄ quidē ac preſenti. Hic vt ait Euſeb. amphiteatrum Rome edificauit. ⁊ i dedicatione eius. v. milia ferarum occidit. Decreto autem ſenatus inter deos relatus eſt. Huius temporibus mōs Ueſeuus ruptus in vertice tantum ex ſe iecit incendiū: vt regiones et vrbes vicinas cum hominibus exureret. Rome quoq̄ plures edes incendio cremate ſunt. Et q̄ ſm doctrinam ſaluatoris irrefragabilem. Qui nō credit iam iudicatus eſt: q̄ nō credidit in nomine vnigeniti filij dei: quo⁹ hi ſ. Veſpaſianus et Titus non crediderint in chriſtum: deo iudicati ſunt ad mortem eternam iudicio eccleſie. Nec excuſationem habere poſſunt de peccato ſuo infidelitatis. q̄ iam fides chriſti diuulgata erat per orbem: et maxime Rome. Et nota q̄ dicit Gratian⁹. xxviij. q. ſ. §. ex his itaq̄. Uirtutes negantur eſſe vere apud infideles. ſ. morales: non q̄ in eis non fuerint vere virtutes. ſ. acquiſite: ſed q̄ carebāt effectu ſalutis eterne. q̄ ſcz non erant virtutes infuſe per gratiam que ſola cauſat virtutes conducentes ad patriaz: et he ſunt proprie vere virtutes.

§. VI. Succeſſit autē Tito Do

mitianus frater eius minor. Anno dñi. lxxxij. Hic (vt ait Hugo floriacē.) primo clemēs viſus eſt. Jus quoq̄ perorabat equiſſime: ⁊ Rome multa cōſtruxit edificia: inter q̄ edificauit tēplū mirificū Rome qđ pantheō antiquitus vocabatur: ſz nūc in honorē ſancte Marie dei genitricis ⁊ oīm martyrū conſecratū eſſe dignoſcitur. Inter initia principatus quotidie ſecretū ſibi horariū ſumere ſolebat: nec quicq̄ amplius q̄ muſcas captare ac ſtilo preacuto configere. Unde cuidā interrogāti/Eſt ne q̄s intus cū ceſare nō abſurde reſponſum eſt a Vibio Criſpo/Ne muſca q̄dē. Circa adminiſtrationem imperij aliquandiu varium ſe preſtitit: miſtura quoq̄ inequabili vitiorū ac virtutū donec virtutes quoq̄ i vitia deflexit: ſup ingenij naturā inopiat rapax metu ſeuus. Multa in cōi rerum vſu nouauit. Caſtrari mares vetuit. Jus diligenter et induſtrie dixit. Scripta famoſa vulgoq̄ edita quibus primores viri ac femine notabant aboleuit nō ſine authorum ignominia. Queſtorum viruz q̄ geſticulandi ſaltandiq̄ ſtudio tenerentur: amouit a ſenatu. Inter initia vſq̄ adeo ab omni cede abhorrebat: vt edicere deſtinauerit ne boues immolarentur. Cupiditatis q̄ ac auaritie vix ſuſpitionē aliquādiu dedit: quietiā libertatis experimenta. Omnes circa ſe largiſſime profecit⁹: nihil prius aut acrius monuit: q̄ ne quid ſordide facerent. Relictas ſibi hereditates ab ijs quibus liberi erant nō recepit. Fiſcales calumnias magna calumniantium pena repreſſit. Ferebaturq̄ vox eius. Princeps qui delatores non caſtigat/irritat. Sed neq̄ in clementie neq̄ in abſtinentie tenore permanſit (inquit Suetonius.) Complures ſenatores in ijs aliquot conſulares iteremit quaſi molitores nouarum rerū. Cereros leuiſſima quaq̄ de cauſa. Diſcipulum Paridis pantomimi puberem adhuc tū maxime egrūq̄ arte formaq̄ non abſimilis magiſtro videbatur occidit. Saluiū Cocceanū q̄ Othonis imperatoris patrui ſui natalem diē celebrauerat. Metiū Pōpoſianū q̄ habere imperatoriaz geneſim vulgo ferebaꝫ et q̄ depictū orbē terre in mēbranis: cōtioneſq̄ regū ex Tito Liuio circūferret: q̄q̄ ſeruis Magonis ⁊ Annibalis nomia indidiſſet. Philoſophos omnes vrbe Italiaq̄ ſubmouit. Aliquanto poſt belli ciuilis vi ctoriam ſeuior/pleroſq̄ partis aduerſe dudū etiā latentes cōſcios inueſtigato nouo queſtiōis gñe diſtorſit igne per obſcena immiſſo: nōnullis ⁊ manus amputauit. Erat autē nō ſolū magnetis ⁊ callide ſeuitie. Aſclerarionē mathematicū ſciſcitat⁹ q̄s eū maneret exitus: affirmantē foze vt i breui lacerarer⁊ a canib⁹/iterfici iuſſit ſine mora: ſed ad arguē dā temeritatē artis ſepeliri quoq̄ accuratiſſime imperauit Qđ quū fieret euenit vt repentina tempeſtate detecto funere cadauer diſcerperent canes. De hoc ſic ait Helinand⁹ lib. xl. Nō eſt mirandū mathematicū ante mortem potuiſſe p̄dicere qđ ei erat euēturū poſt mortē: q̄ vt ait Brego. papa. Solent demones multa vera predicere: vt poſſint aiam ex aliqua falſitate laqueare. Et vt ait Augu. Quoties aſtrologi mira vera reſpōdēt. nō immerito creditur id occulto inſtinctu fieri ſpūz: nō bono⁹ ſed malo⁹: quoꝝ cura eſt has falſas ⁊ noxias opiniones de aſtralibus fatis inſerere humanis mentib⁹. et iō horoſcopos vocari. ſ. tales aſtrologos nō aliqua arte aſpecta q̄ nulla eſt. Et ſi queritur a me

Joſeph⁹ hiſtoriographus.

Domitianus imperator

De hoc habes. C de ea nu. l. j.

(ſubdis

(subdit idem) quomodo demones potuerunt hoc prescire Respondeo tam forte demones Domitiano occulte inspirauerant vt Asclepiadionem occidi et sepeliri faceret. Et ita tempestatem in proximo futuram tanq̄ aeris habitatores presenserāt. Et canes etiā ad eundem locum vēturos noue rant: aut etiam ipsi venire fecerunt: aut ipsi demones in canes transformati hoc ipsi fecerūt. Nihil idem Domitianus pensi habuit: quin predaret oi modo bona viuoz̄ t mortuoz̄: vsq̄ quaq̄ quoliber t accusatore t crimine corripiebant. Satis erat obijci qualecūq̄ factū dictūq̄ aduersus maiestatē p̄ncipis. Cōfiscabantur alienissime hereditates: vel vno existēte q̄ diceret audisse se a defuncto quē vidisse heredem sibi Cesarem esse. Euseb. de eo ait. Iste Domitianus etiam plurimos senatorum in exilium misit. Primus se deum et dominum appellari iussit. Huius anno. v. Quintilianus ex Hispania veniens Rome publicam scholam tenuit: qui t preceptor Plinij fuisse dicitur. cuius dicta supra posita sunt.

§. VII. Hic tā perditus mouit

scōam psecutionē cōtra christianos seu ecclesiā. Ipse enim ꝓpter insupabilē euāgelizādi constātiā Joānē euāglistam de Epheso adduci fecit ad vrbē: t in feruētis olei dolio mitti ante portā latinā: ex quo q̄ illesus exiuit eū in insulam Pathmon relegauit: vt dictū est supra. Passi sunt ēt martyriū tēpore huius Dionysius cū sociis suis ꝑ Parisios: Eutropius apud Sanctonas: de q̄b⁹ dictū est supra. et Timothe⁹ Pauli apostoli discipul⁹. Sub isto Domitiano passi sunt etiam Nereus t Achilleus: q̄ fuerūt a btō Petro baptizati: et erant eunuchi cubicularij Domicille virginis nepris Domitianiq̄ despōsata fuerat Aureliano filio consularis. Qui Nereus et Achilleus cōuerterūt eā ad fidē verbis suis persuadētes: ei propositū virginitatis: asserētes virginitatē deo esse proximā: angelis germanam: hoibus innatā: vxore vero viro subijcipugnis t calcib⁹ cedit deformes partus aliquādo procreari dolores maximos in eis patita maritis grandia cōuicia inferri. Que ipsa confessa est vidisse patrem suum egisse erga vxorem matrem suam. Votum igitur emittens virginitatis: sacrum velamen a Clemente suscepit. Q̄ audiēs Aurelianus sponsus eius: accepta licētia a Domitiano Domicillā cum Nereo et Achilleo ad insulā pontianā exilio relegauit. Et quia nō posset muneribus inducere Nereū et Achilleū vt a proposito fidei et virginitatis illam reuocarēt: sed magis illi eam confirmarēt: eos decapitari fecit. Pergens autē Aurelianus ad Domicillaz reductam ab exilio cum ioculatoribus: vt post cantus t saltus eam violenter cognosceret. Per biduum continuū saltans demū spiritū exhalauit. Frater Aureliani Lucius nomine etiaz in vindictā germani sumpta licētia christianos factos iussit occidi: et ignem ad thalamum vbi erat Domicilla cū alijs virginib⁹ adhiberi: in quo animas deo reddiderunt illesis earū corporibus ab igne. ¶ Eo tempore delati sunt quidā apud Domitianū (vt ait Egesippus) q̄ essēt de gñe Dauid t de posteritate cuiusdā qui dictus est Judas qui ꝑm carnē frater fuisse dr̄ scz cōsobrinus saluatoris. Domitianus enim timebat de aduētu xp̄i sicut Herodes nato christo: et ideo interfici iusserat quicunq̄ erant de regia stirpe Dauid. Ad q̄s missus quidam nomine reuocatus inuenit quosdam nepotes Jude: t adduxit ad Domitianum. Qui interrogati a Domitiano an essent de familia Dauid: cōfessi sunt. interrogati de quantitate facultatum: respondentes certam summā: et hoc non in pecunia: sed in estimatione terre erat. xlj. iugerum quā excolebāt manib⁹ suis: ex quibus alebantur t tributa soluebāt. Et in huius testimoniū ostē debant manus rigidas t callis obductas ob rurale opus. Interrogati insuper de regno christi quale esset t quis ipe vel vnde t quando venturus: responderunt. Non hui⁹ mūdi regnum eius: nec huius terre designatur ei imperiū: sed celeste ei regnum per angelos ministeria preparatur in cō summatione seculi quando venturus est iudicare viuos et mortuos: redditurus vnicuiq̄ ꝑm opera eius. Tunc Domitianus quum nil criminis in eis inueniret: t vilitatē ipsorum ꝑmaxime contēneret: abire liberos permisit: et persecutionem quā agitari iusserat in christianos publicis compescuit edictis. Hic in senatu iactare nō dubitauit: et patri se t fratri imperiuz dedisse: illos sibi reddidisse. Pari arrogantia quum procuratorū suorum nomie formalē dictaret epistolā sic cepit. Deus t dn̄s vester sic iubet. Statuas sibi in capitolio non nisi aureas t argēteas poni permitti: et pōderis certi. Per hec terribilis cūctis t inuisus tandē oppressus est aulicorū liberto: intimoriq̄ cōspiratione simul t vxoris. A senatu ergo dānatus in palatio interfectus est. Hoc quoq̄ definitū est vt oēs quos in exiliū damnauerat: decreto senatus reuocarentur: t facultates suas recuperarent. Corpusq̄ eius hūana carnit sepultura. Occisum autē populus indifferenter: miles grauissime tulit: senat⁹ valde letatus est: imagines eius t titulos remoueri faciens.

Nereus achille⁹ t domicilla.

§. VIII. Successit autē Domi

Alexāder sextus post Petrum Euaristo in papatu successit.Hic vt habetur ex libro pontificū romanus fuit:sedit annis decem:t anno etatis sue.xxx. propter magnam sanctitatē ad summum presulatū assumptus fuit.Tandē ab Aureliano comite sub Hadriano imperatoze martyrio coronatus est:vt dicet infra.Hic passionē dñi miscuit in prēcatiōe sacerdotū:qñ misse celebrant/vcz Qui pridie q̄ pateretur &c. Ipse etiā constituit sacramentale aque benedictē t asperſionem eius in habitaculis:vnde ipse dicit de consecra.dist.iij.aquam.Aquam sale conspersam populis benedicimus:vt ea cuncti sanctificentur et purificentur &c. Et exprimit ibi effectus eius.Hic ergo vt habetur ex gestis eius:quū conuertisset prefectum vrbis Hermetē:ab Aureliano comite missus est in carcerem:t Hermes quia crediderat.Quū esset in vinculis Hermes apud Quirinum tribunū dicit ei tribunus.Miroz te virū prudentem dignitatem dimittere prefecture:t aliam vitam credere.Cui hermes.Ego ante hos annos oia deridebā t aliā vitā esse non putabā:sed solā istā.Dicit ei Quirinus.Fac ergo me pbare qō credis:t ego credā.Ad quē Hermes.Sctūs Alexander qui in vinculis est/me hec docuit.Audiens hec Quirinus cepit maledicere Alexandrū dicens.Ego dico tibi fac me hec pbare:t tu mihi nolas quem pro sceleribus suis teneo in vinculis alligatū.Sed tamen si verū dicis; vadā ad eum:t dicā illi.Si vis vt per te credā:fac vt te cū Hermete inueniam.Hermes dixit.Fiat.Abijt ergo Quirinus/t triplicauit super Alexandrum custodes et claustra:dicens ei cur hoc faceret.Orante autem Alexandro sancto angelus dñi duxit eū ad Hermetē in carcerē:t inuenies Quirinus eos simul in carcere:miratus est.Sed t ipse Hermes dixit.Quirino qūo sctūs Alexander filiū suū suscitauerat:t ancillam suam cecam illuminauerat.Et Quirinus.Habeo et ego filiam cecam t gutuinosaz:t pmitto me crediturum si illa a vobis sanata fuerit.Cui dixit sctūs Alexander.Uade t duc filiam tuam ad carcerem:t pone boyam meā ad collum eius:t mane sanā eā inuenies.Et Quirinus ad eum.Quum sis hic in carcere quō te illic inueniā?Rndit Alexāder.Uade cito:qz ḡ me huc adduxit:me illuc reducet.Quū ergo perrexisset Quirinus cū filia ad carcerē:inuenit illic sctūm Alexandrū:t prostratus ante eum venia postulabat.Cui mādauit Alexander vt ad eū duceret Euentiū presbyterū t Theodolū diaconū pro christo in eodem carcere alligatos.Qui antecq; veniret inuenit filiā suā sanatā.Et baptizatus est cū filia t alijs multis.Audiēs hec Aurelianus interrogauit Quirinū cur se relinqret t Alexandrū sequeretur.Qui rndit.Christian' sum:qō vis faz:qz ali' nō ero.Tunc Aurelian' iussit vt ei lingua abscinderet:t in eculeo torqueret.Qui tū adhuc loquēs t Aurelianū puocās/iussus est man' t pedes abscindi:t decollari:canib' pjci.Filia ẏo ei' Balbina in virginitate permansit:cui sepi' oscula̅ti boyā p quā sanata fuerat:dixit ei sanctus Alexander.Noli filia boyā meā oscular:i; magis osculare vincula sctī Petri.Qō quū diu fecisset:tradidit eā Theodoze sozori sācti Hermetis:cuius Hermetis ab Aureliano decollati corpus ipsa Theodora sepelinit.Quum ergo sanctus Alexander multa miracula fecisset:t tentus nullo mō immutari posset:toz̄q; returq; in eculeo:t quū nil diceret:t dixit ei Aurelian'.Cur taces?Rndit Alexāder:qz tpe orationis xpianus cū deo loquit.Deinde in furnū triduo accēsuz missus illesus in eo permānsit.Et quū ibi deū laudaret:dixit Aurelianus suis.Audiamus quid miser ille in incendio fabulet.Quiq; se applicaret:facies ei' semiusta est:t media pars chlamydis ei' euasit.Multi ẏo ex militib' in flāma mortui sunt.Tūc Aurelian' iussit eū inde extrahi:t in aliū furnū ardētissimū mitti.Qō quuz fieret predict' Theodolus diaconus cepit flere/t stans in pl'o Aureliani de iniusto iudicio increpare.Qō audiēs Aurelian' iussit eum in eundē furnū proijci.Exclamās aūt Theodolus ait.Sctē Alexāder adiuua me:qz pctōr ego sum:t ignē ferre nō possum.Cui Alexāder.Noli timere ista:viriliter age.Et quuz orasset vocauit eum dicēs.Veni huc ad refrigeriū qz mecuz est ille qui in babylone tres pueros liberauit.Et statim Theodolus in furnū exiliit:t cepit simul cum eo laudare deum.Audiens Aurelianus Theodolū cū Alexandro loquentem irat' iussit eū in clibanū ardentē iactari.Tunc Alexander ad Theodolū.Quid eligis an sanus euadere:an mecum ad deū pergere?Cui Theodolus.Ego pater nō te deseram qz licet in principio grauiter sim cruciatus:tū ex quo pro me orastis:nec dolorē nec ardorē sensi.Et ait Alexander ministris.Cessate laborare:qz anteq; nouos ignes apponatis:t properamus ad dñm.Et orātes spīm simul emiserunt.Cum autē hoc audisset Aurelianus:t pgeret insultare defunctis subito virga ferrea ignea ante pedes eius apparuit:et vox audita est ab oibus dicens.Aureliane accipe brauiū meritoz tuoz̄ cū quo in infernū scias te esse mittendū:At ille magicis artibus hoc imputans iratus iussit adduci sanctū Euentium t in furnū in medium sctōz iactari.Sed anteq; ignis poneret:remisit spīm.Quiq; t huic insultaret:vox facta est dicens.Aureliane ijs quib' insultas celi aperti sunt ad quos ascendēt:tibi aūt tartar' apertus est vt illuc descēdas.Ad quā vocē expauefactū tant' timoz et tremoz eū arripuit:vt manibus seruozum ad palatium reduceret.Quē Seuerina uxor eius excipiēs t ei nequitiā improperans accessit ad sanctos dei:t eos honozifice sepeliuit t ad virum rediens inuenit eū pre doloribus nimijs linguā suā masticantem:t expirantē protinus.Hozū corpora sanctorum requiescunt nunc in ecclesia sancte Sabine.

Alexandri pōtificis istituta.

Hermes

Euēt'.

§.I. Huic successit Xistus primus papa natione Romanus:q̄ sedit annis.x.Hic cōstituit vt ministeria sacrata nō contingerent nisi a ministris.Idē etiā constituit vt quicunq; eps euocat' esset ad sedem apostolicā:ad parochiā suā non reciperet nisi cū literis aplice salutationis.Tandē martyrio cozonatur.iij.nonas aprilis.peregri Hic misit ad Gallias sctīs Peregrinū:tquē t epm Altissiodozensem instituit:vt lucernā fidei iā extinctā reflāmaret t Altissiodozēsem infideles pdicando cōuerteret.Cui socios dedit Marcum dozēsis.

Sanct'

presbyterꝫ Concordianꝰ diaconuꝫ ⁊ Jouinianꝰ subdiaconum ⁊ Jouinianum lectorem ordinans. Hic post predicationem plurimā ⁊ cōuersionē multorum altissimodorēsiſ ad aliū locū pgens causa euangelizandi iussu Hadriani imperatoris decolatus est ⁊ corpus eiꝰ a quodam rustico christiano in curru suo cū bobus angelo sancto hoc iubēte/et in via associante deportatum est prope Parisios et in monasterio sancti Dionysij collocatum.

Taurinꝰ ebroicensis epꝰ.

§. II. In illo etiā tēpore sanctus

Taurinus Ebroicensis epꝰ/ Romanus natione/ab vrbe directus ad predicandum in Gallijs: quum discurreret euangelizando duo magi Cambises ⁊ Saras sacerdotes Diane miserunt. xx. discipulos suos ad eum occidendum. Quos quum vidisset: signo crucis facto iussit fixos manere nō valentes se mouere. Quī aūt verbo sancti facti fuissent liberi ad eundē pternentes se ante sanctū Taurinū baptismū petierunt ⁊ acceperunt. Licinius aūt preses ⁊ gētilis fecit eū sibi pſentari. Unde de genitoribꝰ interrogās/ ⁊ responso ab eo accepto cōfessus est Licinius se esse consobrinuz suū: et ante aliquot annos matrē ipſius Taurini obꝰ fidē occidi fecisse. Super quo sanctus deo grās egit ꝙ mater martyrio ad celum ascenderit. Jussit aūt Licinius eū virgis cedi. Et quū inter flagella diceret sanctus/ Dñe respice in me et miserere mei tā senis vox facta est de celo dicens. Noli timere famule meus: qz tecū sum: statimq; aruerūt manus cedentium. Interea nuntiatū est presidi Licinio ꝙ filius cum armigero suo venationi insistentes precipitio mortui erant. Uxor aūt Licinij Leonilla que iam fidei ppositū conceperat ⁊ virū suū ꝙ consobrinum torqueret increpauerat: hec audiens ad pedes sancti pcidens rogauit p suscitatiōe filij: quū iam fama vulgauerat ꝙ mortuū aliū resuscitasset: quum etiā Licinius quasi deridēdo interrogasset sanctum an p artes suas magicas filiū resuscitare valeret: ait sctūs Omnia possibilia sunt credenti. Tu ergo tantū fidē habe: ⁊ filium viuum recipies. Qui quum verbis eius credidisset sanctus vir oſone sua iuuenē suscitauit.

Marinus Licini filius a Taurino suscitatur.

Qui Marinus dicrus velut a somno surgens: ad pedes sancti pstratus baptismum petijt: dicēs sibi hoc ab angelo fuisse imperatuz. Dixitq; ad patrē. Heu pater nescis ꝙ miserā vitā ducim⁹? ⁊ quante pene pro hac nobis similib⁹ reseruant? ⁊ quāta gloria ꝑparata est ijs q̄ colūt ⁊ seruiūt deo: quē colit iste cōsobrinus noster Taurin⁹. Vidi eū inter angelos choros esse pro nobis deprecantē. Quū hec ⁊ alia de futura glia predicaret: cōuersi ad fidē Licini⁹/ vxor/ ⁊ filij⁹ ille baptizati sunt cū mille. ccviij. alijs. Dixitq; iuuenis rediuiuus factus. Uir altissimi dei rogo te suscita/ armigerum meū: ne remaneat in penis in quibus dimisi eū. Quo pro eo orante surrexit ille noie Pascasius: ⁊ ait. Magnas sustinebā penas vir sancte qñ nuntius venit ab altissimis deferens in mādatis me ad te reduci. Et ait ad dñm suum. In die octaua quū albas deposueris: mandat tibi ille qui me huc adduxit vt redeas ad illū. Qui mox leui febre corripitur ⁊ sicut demandatum erat octaua die mortit̄q; Marinus dicebat. Dum hec agerentur: ⁊ ois plebs esset ouans: sub tanto pastore: concitauit inimicus veritatis vastissimam orientalem plagam cōtra Gallos. Quū vero certius cōperissent Galli se casuros nec vllo modo quirent resistere: oēs ad virū dei p auxilio pfugerunt. Qui triduanū indixit ieiuniū. Et orāti pro huiusmodi angelus ei apparuit dicēs. Bñas age creatori tuo qz alas tſſimō iperrasti. Locus vero iste desert⁹ erit p longum tēpus: sed iterū in melius instaurabit. Tu vero coronam a deo recipies p tuis laboribꝰ die octaua. Mane aūt facto nūtiauit pplo cōgregato reuelationē dñi: quos preteritos cōsolatus est plurimū/ dicēs. Nolite diffidere: ppere te Romā: ⁊ significate btō Xisto pape diē exitus mei. Die igitur pſignata adsistēti oi populo in ecclesia pacto officio ipsum maxime lamentantē de pris recessu cōsolat⁹ est plurimuz: multa predicens: q̄ postea ipleta sunt. Et demū in se de ep̄ali residēs benedicit eis dicēs. Abite filioli mei in pace: ⁊ dñs erit vobiscum. Et visa est subito circa altare innumerabilis multitudo hoim̄ cādidatoꝝ. Et audita est vox. Veni nobiscū sancte dei Taurine ⁊c. Et cum voce facta est nebula ita condensa vt nullus cōparē sui posset aspicere. Et post horam disparuit nebula illa odorifera: ⁊ visus est sanctus in sede defunct⁹: facie ad celū versa ⁊ manib⁹ eleuatis. Quumq; adstātes dubitarēt vbi corpus sanctum sepelirent: subito apparuit quidā venerabilis vir vultu candidus vt nix: ⁊ dixit. Fratres sumite corpus patris vestri: ⁊ sequimini me preeūtē. Qui mox sequētes illū cū sancto corpore ad tertiā partē miliarij ab illo loco pcesserunt. vbi ꝙ apparuerat subsistēs ait. Deponite corpus. ⁊ ibi sepult⁹ est. Quumq; oēs flerēt: ⁊ eiularēt vsq; ad celum: tunc erexit se quasi viuus de fossa dicēs. Quid facitis filioli: nolite timere: istū audire/ ꝙ sc̄s apparuerat eis prius: ⁊ inclinato capite siluit. Ille aūt ꝙ apparuerat: ⁊ erat angelus dñi in humana specie: ait ad illos aspicientes in eū. Fratres vos timetis patrē vestrū vobis auferri ab hostib⁹? nō erit hoc. ego ꝙ fui custos eius in vita: ⁊ in morte. Nunc autem ciuitas ista subuertet: sed nullus vestrū peribit. Et quū oia cō summata essent: ait ille. Recedite velociter ne inuoluamini ab hostibus. quo dicto nusq; comparuit.

§. III. Ab hadriano imperatore

Eustathius cū vxore sua Theospita ⁊ filijs eorū Agapito ⁊ Theospito: dum reuerteret̄ a prelio cū victoria: ⁊ receptus fuisset cū magna glia: qz noluit idolis īmolare p gr̄arum actiōe de eiusmodi victoria: sed christo deo. post immissionē leonis seuissimi ad eos q̄ nil lesit: missi sunt in bouē eneū concauuz succēsum igne. vbi deo grās agētes alas dño reddiderunt. sed ignis nil de corporib⁹ eorū capillis vel vestibus cōsumpsit. Miri aūt actus legunt de cōuersione eorū ⁊ pcessu. Tā quū esset paganus: mie tū opibus deditus et princeps militia sub Traiano imperatore: ⁊ venationi operā daret: viso vno ceruo pre ceteris pulchritore insecut⁹ est eū. Et quū ceru⁹ in quodā loco sublimi se firmasset: ⁊ ille quū eū cape posset in: illū aspiceret: ⁊ visa est ei inter cornua cerui imago crucifixi dicētis/ Cur me insequeris? Qui quū interrogasset q̄s esset: respōdit/ Ego sum Jesus christ⁹ filius dei: q̄ de celis ad terras veniēs/ crucifix⁹ fui p salute hoim̄ ⁊ resurrexi. Et quū interrogasset q̄d agere deberet pro salute sua: rndit ꝙ ad fidē christi baptisma reciperet: post q̄ ad dictū locū reuertēti ostenderetur q̄d ei cōtingere deberet. Eustachius tōtū egit reuertēs domū. Similiter vxor cum filijs. Dñs tū deꝰ prouidit pudicitie eius vt ille eā nō cōtingeret. Perueniēs āt ad quēdā fluuiū/ vnū ex filijs dimittēs in terra: alium super humeros ponens transportauit ad aliā partem fluminis. Quūq; reuerteret̄ p alioꝝ in medio fluuij constitutus vidit leonē illū rapientē ⁊ in syluā portātē: ⁊ desperās de eo reuersus est ad alium iam transuadatū. Et videns lupū illum rapientē ⁊ in nemus fugientē cū eo: restituens ambos ab illis feris deuoratos incitabat ex dolore nimio ad submergendū se. Sed a deo confortatus gratias de omnibus egit. Fuerunt autem illi paruuli erupti de ore illorum animaliū rapaciū a pastoribus ⁊ agricolis videntib⁹ illos ⁊ cū canibus insequentib⁹. Abijt ergo Eustachius solus ad quandaz villam: ⁊ ibi per quindecim annos agros vnius custodiuit vt villicus. Accidit autē interim ꝙ quuz quedā prouincia se imperio Traiani rebellasset. recolēs Traianus solertiaz ⁊ strenuitatē Eustachij in prelijs/ misit plures nuntios per diuersas partes ad querendū eum. Quorū aliqui venerūt ad villam vbi erat: qui hospitati in domo dñi sui/ tādem ex signo cuiusdam cicatricis in capite recognouerunt eum. Et manifestarunt alijs conditionem eius et dignitatem et ꝙ imperator querebat eum: ⁊ honorificeꝝ indutus ab omnibus est reuerit⁹. Demum presentatus est imperatori Trajano: qui cum magno gaudio fuscepit eum. Qui interrogatus causam sui discessus/ exposuit se vxorem et filios perdidisse. Factusq; est magister militie ad egrediendum contra hostes. Qui collectis de diuersis locis tyronibus. inter ceteros fuerunt ei presentati duo filij eius iam iuuenes facti: quos licet filios suos esse nesciret. ex generositate morum ⁊ industria quadam etiam naturali instinctu primos inter conuiuas suos habebat. Profectus inde ad bellum maximam contra hostes victoriam reportauit. Rediens ergo in quodam loco in via hospitatus est vbi erat vxor sua. Quum autem illi duo iuuēculi vna dierum adinuicem loquerentur de progenie suā: ⁊ vnus eorū referret alteri qō pater recesserat ab vrbe quū esset magister militie cū vxore ⁊ duobus filijs: ⁊ vxor fuisset sibi ablata a nauclerorꝝ pater quū alio transportato veniret pro eo/ leo rapuerat eum sed a pastoribus fuerat de ore eius liberatus. Subdiditq; alter hoc simile euenisse sibi. Unde ex narratione ipsa cognouerunt se inuicem germanos. Mater autem eorum hec oia audiens

audiens recogitabat si forte ipsi essent filij sui. Altera autē die quū ipsa mulier rogaret Eustathiū magistrum militie vt romanū reduceret, eā ad vbēt considerās diligenter effigiem eius ⁊ cetera signa/recognouit eū maritū tuum. Oō ipsa manifestante ⁊ ipse eā recognouit vxorē ⁊ osculati ad inuicē lachrymas cōtinere nō poterāt. Et interrogāte vxore de filijs dixit deuozatos a bestijs explicans modū. Sed illa referēte q̄ precedēti die audierat ab illis adolescētulis qui se fratres recognouerāt vocari eos fecit. Et interrogātes de ijs q̄ dixerāt/recognouerūt eos esse filios suos. Factumq̄ est magnū gaudiū ⁊ festū in exercitu de inuentione eorū ⁊ victoria barbarorū. Applicans igitur ad vrbē inuenit Traianū mortuū ⁊ Hadrianū ei succedisse: qui post letam ⁊ festiuā eius receptionē ipm cū vxore ⁊ filijs ꝓpter fidem xpi martyzio exposuit: vt dictum est in principio.

Achatij cuius festū decē milia martyrū exercitu.

§. III. Passi sunt etiā martyzium

ab Hadriano imperatore decē milia crucifixorum in monte Ararath: quoꝝ passionem ⁊ conuersionē vt dicit Vinc. in speculo hist. lib. xj. c. xcviij. Anastasius apostolice sedis bibliothecarius de greco in latinū ꝛ transtulisse. Qui ergo Sadareni ⁊ Euphratenses Romano imperio rebellare cepissent. cōtra ipsos miserūt exercitus suos numero. xvj. miliatquoꝝ primicerij erat Achatius ⁊ dux Heliades habentes secū simulachra Jouis ⁊ Apollinis. Qui quum ꝓcederent cōtra hostes in prelium: vidētes eoꝝ multitudinē maximam (erant em cētena milia) pauore perterriti fugam inierunt septem milia ex eis. Dixit autem Achatius ad nouem milia q̄ remanserat. Venite ⁊ sacrificemus dijs nostris: vt de hostib⁹ triūphem⁹. Quo facto procedētes ad bellū ⁊ ab hostibus fugati sunt. Tunc angelus dñi in specie adolescētis aīs faciē eoꝝ occurrit dicens. Credite in Jesum christū immortalē regē ⁊ ipse pugnabit pro vobis ⁊ prevalebitis de inimicis. Quibꝰ inito cōsilio inter eos oēs suasionē angeli approbassent: exclamauerūt oēs. In te dñe Jesu credimus ⁊ q̄ iste iuuenis dicit facturos nos promittim⁹. Sicq̄ in eo cōfidentes euntes cōtra hostes victoriā plenā, obtinuerūt: decidentib⁹ cīctis vel gladio vel in lacu vicino sub mersis vel precipitio interemptis. Angelus autē ille duxit istos triūphantes in montē Ararath distantē ab Alexandria stadijs quingētis: glorificātes deū. Sedēte aūt angelo in medio eoꝝ aperti sunt celi ⁊ descēderūt ad eos septē angeli docētes eos ⁊ dicētes. Beati estis q̄ credidistis deo. Post tertiā diem quereminim⁹ coraz regibus adduceminim: sed nolite timere eos: dñs em vobiscū est. Post tertiā igit die missi ab imperatorib⁹ s. Hadriano ⁊ Antonio quē ipse adoptauerat in filiū ⁊ cū eo impabat: puenerūt ad mōtē ⁊ inuenientes eos deū glorificātes/q̄ xpiani effecti eēnt cognouerūt. Oō quū impatorib⁹ nuntiassent: valde cōtristati vocauerūt ad se pncipes illarū legionū vt sup his cōferēt. Qui veniētes miserūt nouū militū exercitū ꝑ istos. At illi quū vidissent multitudinē illāꝝ se venire: dixit Achatius. Surgite ⁊ ptra diaboli exercitū oratioꝝ operā date. Orantib⁹ aūt ipsis vox de celo facta est dicēs. Nolite pauere eos q̄ occidūt corpus: ego vobiscū ero cōfortās vos. Dixerunt ergo milites ad eos directi. Miserunt nos reges ⁊ imperatores vt veniatis ad eos. Qui descendentes de mōte presentauerunt se eis. Et lachrymati sunt imperatores eos videntes. Hadrianus ergo causam ⁊ modū quomodo derelictis eoꝝ dijs in crucifixū christum credidissent sciscitatus: ⁊ ab Achatio edoctus: iratus nimis ait. Quia oēs i christū creditis: oēs penas eius sustinebitis. Contēnentes autē minas eius quum iussisset lapidari: lapides in facies iacientiū reuertebant. Post hec iussit eos flagellari. Quū vero acriter cederentur ⁊ dixit Trachonarius germanus Achatij ⁊ Heliade. Orate pro nobis sancti virtutū grauia sunt que patimur. Cui Achatius. Perseuerate fratres i cōfessione: q̄ q̄ pseuerauerit vsq̄ in finē: hic saluus erit. Orātibus aūt illis terremotus factus ē: ⁊ arefacte sunt manꝰ flagellātiū. Erat aūt ibi quidā magister militū noīe Theodorus de exercitu Maximi principis habens sub se mille virosː hic huius miraculi stupore pculsus exclamauit. Dñe deus celi ⁊ terre: per opem mie tue quā nouem milibus cōtulisti: dignare nos peccatores aggregare cū sanctis martyribus tuis. Et recedentes a principe suo Maximo adherūt sanctis in christū credentes ⁊ eū confitētes. Quū igit horarentur oēs decē milia ad cultura idolorū: ⁊ illi renuerent: tunc iussum est multitudinē clauorū acutissimoꝝ trigenorū spargi in terrā per. xx. stadia: vt nudis pedibus sanctis super eos incederēt. Quod quum factū fuisset angelus dñi eos anteibat: ⁊ colligebat clauos ne infigerentur pedibus eorū. Demum data est sententia vt ad instar christi paterentur. Posuerūt in singulis eorū coronas spineas: ⁊ in monte Ararath in terra clauo affixerunt calamis acutissimis eorū latera aperientes. Et circa horā tertiā terra mota est: ⁊ petre scissethora autē nona translate sunt aie eorū ad superos apertis celis ⁊ lumine maximo super eoꝝ corpora emissoribiq̄ ab angelis corpora eorum sepeliuntur.

§. V. De sancta Sophia cuz tribus filiabus: Fide/Spe/⁊ Charitate.

Hec matrona nobilis cū suis filiabus venit ad vrbē ⁊ exemplo sue religionis sobrietatis multas etiā nobiles feminas cōuertit ad xp̄m: que quuz viros suos infideles abhorrerent propter eorum idololatriā ⁊ alia vitia: quidā nobilis Antiochus noīe denuntiauit Hadriano imperatori quandā mulierem christicolam aduenisse ad vrbē: que cū suis filiabus sua doctrina noua faceret vxores a toris maritorū suorū abstinere: nec nisi in christi cultu quenq̄ posse ꝑficere. Qui iussit eas ad se adduci. Erant aūt puelle speciose valde: ⁊ in diuinis scripturis erudite: que munientes se signo crucis ante imperatorem cū matre steterunt. Miratus autem valde Hadrianus pulchritudinē illarū interrogauit matrē de noīe suo. At illa respondit. Primū mihi ⁊ nobile nomen est christiana. Sm carnem vero vocoz Sophia de genere nobilissimo Italie ⁊ veni Romā causa filiarū mearū: vt eas christo in munere offerē. Tunc imperator tradidit eas cuidā Pallidio senatori: vt eas per triduum in palatio suo custodiret. Quod quum factum esset: mater filias hortabatur ad contemptū vite presentis: ⁊ tolerantiā passionis. Post triduū quū adducte essent cum matre coram imperatore: dixit eis Hadrianus imperator. O infantule: miseremini etatis vestre ⁊ senectutis matris: sacrificate dijs atorib⁹ vrbis: ⁊ adopto vos in filias sub testimonio senatus sacri ⁊ militaris exercit⁹. Oō si nō acquieueritis: iuro vobis deos nec etati nec generi nec decori me parciturum: sed varijs supplicis excruciatas vos consumam. Ad quem adolescentule sancte quasi ex vno ore dixerunt. Nobis imperator nec ꝓmissiones tue corde sunt: nec comminationes terrori. Nos patrē habemus qui nos adoptauit in hereditatem eternā: cuius etiam comminationes timemus: atque sunt sempiterna supplicia. De cetero si qua tormenta habere te existimas/ que fidem nostram vincere valeant: admoue: ⁊ et cognosce christianorū vires tuis cruciatibus fortiores. Iratus Hadrianus matrem aduocat ⁊ ait. Scōm ordinem etatis edicite mihi nomina puellarum. Que ait. Prima fides dicitur annorum. xij. secunda Spes annorum. x. tertia Charitas annorum. ix. Aduocans ergo Hadrianus Fidem ait. Immola magne Diane ⁊ agnosce q̄ pulchra sit. Cui sancta Fides respondit. O insipientia cecitatis humane: derelinquere dominum qui omnia ex nihilo verbo suo fecit: ⁊ adorare ligna lapides: que facta sunt arte hominum et sculptura decorata. Audiens hec Hadrianus: iussit eam spoliari et virgis cedi donec polliceretur se Diane sacrificaturam. Duo decim ergo centurionibus ad percutiendum corpus eius mutatis nullus tactus plage in ipsa apparebat. Iterum iussit ferro incidi mamillas eius. De loco autē incisure ꝑ sanguine lac fluebat. Et Fides ad imperatorē. Ne sunt (inquit) omnes mine tue? Iussit post hoc imperator eā i craticulaz poni ⁊ assari. At illa quiescebat in ea sicut nauis in tranquillo mari. Iussit exinde illam in sartagine frigi/pice cera/⁊ bitumine in ea feruētibus. Quumq̄ nec hoc tormento in vllo fuisset lesatirat⁹ Hadrian⁹ q̄ in nullo potuit virgini ad immolandū suaderi: iussit eam gladio percuti. Aduocans secundam Hadrianus cepit ei suadere vt sacrificaret Diane: ⁊ tormenta euaderet. Cui puella. Scito imperator q̄ nihil proficies inanibus verbis. Tunc iussit eam spoliari ⁊ flagris taureis a decē centurionibus immutatis verberari: nec ex hoc potuit in aliquo consensum virginis elicere. Et conuersa ad imperatorem ait. Tyranne inimice pietatis: siquid adhuc tormentorum habes: adhibe: vt experimento cognoscas in mei dei esse virtutes. Iratus Hadrianus precepit eā viuam incendi. Que quū ingressa esset fornacem: statim flamma extincta est ⁊ ipsa cepit deū ibi laudare. Cuius vocem audiens Hadrianus. educi fecit et suspensam torqueri. Quumq̄ torqueretur: dodz suauissim⁹ de membris eius exibat ⁊ hilari vultu ait. Tyranne non sentio penam: adiuuāte me domino Jesu christo. Hadrianus verbis eius magis inflammatus iussit adduci vas eneum: ⁊ mitti in illud picem/adipem/ceram/⁊ resinam. Quod quum factum esset ⁊ illud feruens ministri puellam vellēt immittere: resolutum est vas: ⁊ liquor excussus carnifices exussit vsq̄ ad ossa. Hadrianus nec tanto miraculo emolit⁹ mandauit eam decollari. Aduocat demum tertiam imperator q̄ charitas dicta est Charitas ⁊ que quum sermonibus eius non actis mar

Sancte Fidei

Spesti dei fo

quiesceret vt idolis immolaret: iussit eam suspēdi ⁊ per no tyzium.

ua quedam argumēta torqueri ⁊ flagellari: deinde in ignez
mitti. Et quum signo crucis se munies intraret/erupit flā
ma de caminoret incendit turbam magnam ministrorum.
Sancta autem deambulabat in igne laudans deū. Audiēs
Hadrianus iussit eam inde educi per protectores. Qui quū
appropinquassent ori fornacis: viderunt tres cū ea deam-
bulantes sole splendidiores. Unde exterriti in faciem ceci
derunt. Et resumpto spiritu rogauerunt virginem vt egre
deretur. Quam ⁊ imperatori presentatam iussit Hadrian⁹
occidi. Mater earum sancta Sophia collegit corpora filia
rum ⁊ asportari in. xvij. miliaria ab vrbe fecit: vbi ea se-
peliuit. Et quū turbis presentib⁹ se proiecisset in oratione
sup sepulchra filiarū ⁊ cū lachrymis diceret. Filie mee acci
pite me ad vos: velut sopore depressa quieuit in pace.

Sophia.

§. VI. Sub eodē Hadriano im

peratore martyrio coronata est beata virgo Serapia gene
re Antiochēa: sub iudice Belillo. Quū esset in domo illustris
sime femine Sabine Romane vxoris olim illustrissimi vi
ri Valentini ⁊ Herodis filie maneret: tunc vidue: rapta a
ministris/presentata est prefato iudici. Que quū nollet sa
crificare dīs: missa est in obscurissimū thalamū. Et quum
duo iuuenes lasciui nocturno tpe ex ordinatione impij iu
dicis fuissent introducti vt eā illuderēt: cadētes in terram
membris resoluti sunt velut mortui: sed postea ante iudicem
oratione virginis sanati sunt. Jussit exinde iudex impius
quū nollet sacrificare idolis/lampades ardentes ad latera
eius apponi: sed ministri cōuersi sunt retrorsum. Post que
fustibus ceditur: sed terremotus factus est magnus: ⁊ ex-
cussa est festuca de fuste quo cedebat: ⁊ in oculum iudicis
exiliit: quē post dolorē multū luscū reddidit. Et iudex sen-
tentiā mortis gladio dedit: qua sancta Sabina per eā con-
uersa in suo sepulchro poni fecit. iij. Kal. Augusti. Hec aūt
Sabina operib⁹ misericordie insistens/quū esset nobilissi
ma ⁊ diues: prefecto Helpidio rabissimo cani postea denū
tiata est q̄ esset christiana: quā fecit corā se sistit ⁊ quū nol
let sacrificare dīs falsis ⁊ mutis: dicēs se immolare deo vi
uo ⁊ vero qui ola creauit: nō demonū simulachris cū qui-
bus ipsi imperatores adorātes arsuri essent: capitalē sentē
tiam accepit. iij. kal. Septēbris: ⁊ ambarum corpora nunc
iacent in ecclesia sancte Sabine Rome.

Serapia.

Sabia.

§. VII. Prefati quoq; iperato-

ris tpe: quedā nobe Maria ancilla conditiōe: christiana au
tem fide/sed occulta: manifestata ab alijs iudici est presen-
tata. Inuitat ad sacrificia idolorū sub cōminatione suppli
ciorū. Que quū renueret ⁊ tormēta ei pararent/vox quasi
totius populi adstantis illi virgini cōpatientis emersit cla-
mātis/iniuste lacerari virginē crudelitate iudicis non cul
pe peccātis: ⁊ agi cōtra leges ola. Propter qō timēs iudex
tumultum/fecit eā relaxari ⁊ sub custodia libera haberi.
Que orās vidit angelorū acie ⁊ sctorū multitudinem: atq;
filiū dei sedentē ad dexterā patris: vnde summā iucundita-
tem percepit. Quisq; illa discederet: vbi se a persequentib⁹
circūdatam vidit: orauit ad dīm vt liberaret de manib⁹
eorū/que ptinus exaudita est. Nam petra ingens que erat
ante eam/aperiens se deo iubēte rimā perfugij qua virgo
susciperet ostēdit: mox q̄ suscepta virgine latera ante aper
ta conclusit: nec eam inuenire vel videre poterant pretan
ipsam circundātes. Judex vero hec audiens misit magnaz
multitudinē: ⁊ populo cōcurrente quū inijcere manū lapi
di tētauerunt: statim ab oriente fulgor nimij splēdoris ex-
ortus est: nec mora: tonitruum ⁊ fragor quidā: vt videretur
cuncta corruere: ⁊ terra cōcussa est: ⁊ oēs in terrā ceciderūt
Descenderunq; de celo duo equites. i. angeli velut ignis ru
tilantes: quorum aspectus ita terruit holes adstantes vt
multi morerent. Alij quū fugiētes templū simulachrorū in
grederentur ad sui tutelā: ignis de celo missus ⁊ eos ⁊ tem
plum exussit. Fuerūt aūt ex hoc mortui duo milia septin-
genti. qui vero euaserūt petentes ciuitatē magnis piter
vocibus conclamabant. Magnus deus Marie: magn⁹ de⁹
christianorū. Et crediderūt ad tria miliaferme anime.

Maria

Fausti-
nꝰ ⁊ iob
bita.

In ciuitate quoq; Italie Brixia eodem tēpore passi sunt Fau
stinus ⁊ Jobbita. Et primo quidē diuersa genera bestiarū
ferocissimarū ad eos missa nil leserunt: sed in mansuetudi
nē versa pedib⁹ eorū se pstrarūt: ita q̄ videres pplā clama
rēt. Magnus est deus celorū. Et crediderūt plus q̄ tria mi
lia. In medio flāme positi quū deū bñdicerēt: illesi permā
serunt. Deinde missi sunt exoriari: sed ministri nō value-
runt. Post hec precepit iudex iniquus eorū brachia cōstrin
gi: in altū suspensos vehemēter torqueri. Qō ministri pti
nus egerūt. Et alij plumbū solutū sup eos mittebāt. Sed
martyres a deo confortati nihil de his sentiebant. Jn ecu-
leo quoq; suspensi quum lampades incense ad latera eorū
apponerentur: extincte sunt. Tandez extra vrbem ducti de
collati sunt. Et beatus Callocerius cū eis: ⁊ clamauit. Ue
re magnus est deus christianorum.

Callocerius.

¶ De papa Thelesphoro: Higino: ⁊ Pio successorib⁹ eius: ⁊ martyribus tunc passis: Policarpo: Justino: Photino: Fe
licitate cum filijs: ⁊ de mirabili hystoria Eugenie ỹginis: Cecilia: Martina: Quiritio: ⁊ Callisto papa: Urbano: ⁊ de
scriptis Origenis. Capitulum. xj.

In papatu Xisto successit

Thelesphorus natione grec⁹ ex anachoritis as-
sumptus. Hic statuit ieiuniū quadragesimale p
septem hebdo. a clericis seruandū. Dicit em. Si
cut discreta debet esse vita clericorū a laicor cōuersatiōe:
ita ⁊ in ieiunio debet esse discretio. Septē ergo hebdoma-
das omes clerici a carne ⁊ delitijs ieiunēt: ⁊ in his vigilijs
⁊ orationibus die noctuq; inherere studeant. di. iij. statui-
mus. Dicit tñ Gratianus dist. e. in fi. Hec q̄ communi vsu
approbata non sunt: nō obseruantes ea/transgressores nō
arguuntur. Sed hoc dicit quantū ad duos dies qui imme-
diate sequūtur dñicam in quinquagesima. Idem Telespho
rus statuit vt misse nocte natalis celebrarent: ⁊ vt hymn⁹
angelicus. i. Gloria in excelsis/in missa diceretur: quē ali-
quis doctor post verba angeli cōponendo perfecit. Nullus
etiam audebat tertiā missam celebrare: q̄ prohibitū erat
de conse. di. j. nocte. Sed hodie abrogatum est per contra-
riam consuetudinē. Hic Thelesphorus martyrio coronā-
tus: ⁊ post annos. xj. quib⁹ ecclesiā rexit iuxta corpus bea-
ti Petri sepultus in vaticano. iiij. nonas Januarij. Et suc-
cessit Higinus papa: qui sedit annis quatuor.

Thelesphorus papa.

§. I. Et post eum Pi⁹ cathedrā

Petri tenuit annis. xj. Hic fuit Italicus de ciuitate Aqui-
leia ex patre Ruffino: frater Pastoris tēpore Antonij impe
ratoris. Sub hui⁹ epatu Hermes libꝝ scripsit: in quo mā-
datum continet q̄ ei dedit angelus apparēs ei in habitu
pastoris. i. de celebrādo pascha: de resurrectionis die dñico.
Hic li. Pastoris ponit inter apocryphas scripturas. di. xv.
sctā romana. Usi de cōse. di. iij. nosse. ait Pius papa. Herme
ti apparuit angelus in forma pastoris: ⁊ precepit ei vt pa-
scha die dñica ab oībus celebraret. Usi ⁊ nos aplica autho
ritate instituimus oēs eadē seruare debere: q̄ ⁊ nos eades
seruamus: nec debetis a capite quoquo mō discedere. Ipse
Pius papa de peni. di. iij. nihil. ait. Nihil pdest ieiunare ho
mini orare ⁊ alia religionis opera facere/nisi mens ab ini-
quitate ⁊ lingua ab obtrectationibus coerceatur. glo. ibi
nihil prodest. i. ad vitā eternā: ⁊ si ad alia prosint. Migrās
vidus Julij sepultus est iuxta corpus beati Petri in vati-
cano. ¶ Pio pape successit Anicetus natiōe Syrus sedit
annis. ix. mensibus. iij. diebus. iij. Et cessauit epatus dieb⁹
xv. Hic constituit vt clerici portent coronam ad modū sphe
rule: vt scilicet ostendant se reges spiritualiter esse: et ⁊
alios virtutibus bene regendo: vt dicit Hiero. xij. q. j. duo
sunt. Item q̄ non debeat episcopus nisi a tribus episcopis
ad minus consecrari. Et q̄ consecrationi archiepiscopi in-
terfint suffraganei. di. xlvij. archiepiscopus. Et q̄ archiepi-
scopi nō primates sed metropolitani dicantur. ¶ Post Ani
cetum creatus est pōtifex summus Soter natione Lampa
nus de ciuitate Fundana. sedit annis. ix. mensibus. iij. die-
bus. xj. Et cessauit papatus diebus. xxiij. Hic constituit vt
nulla monacha pallas tāgat: q̄ forte intelligitur de corpo-
ralibus: nec ad altare incensum deferat: ⁊ q̄ velum portet.
Cōstituit etiā q̄ nō habeatur vt legitima vxor que nō fue-
rit per sacerdotē benedicta: quo sc̄z ad primū matrimoniū
⁊ nisi sit a parētibus tradita. Et hoc instituit ad obuiandū
scandalis matrimonij ad terrorem: non quin eo obseruato
quod est substantiale fine illis sit verum matrimoniū. Hu
ius tempore surrexit heresis Cathafrigarum. ¶ Hunc se-
quitur in presulatu Eleutherius: qui sedit annis. xv. mensi
bus. vj. diebus. v. Et vacauit episcopatus diebus. vj. Hic ac
cepit epistolam a Lucio rege Britannicorum vt per eius man
datum christianus fieret. Qui Eleutherius duos destina-
uit ad eum Fugarium ⁊ Damianum qui baptizauerunt re
gem cum populo suo. Hic firmauit q̄ apostoli docuerāt
sc̄z q̄ nulla esca que rationabilis ⁊ humana sit/repudiaret
a christianis: ⁊ hoc ne viderentur iudaizare. Item q̄ null⁹
clericus deijceretur a gradu suo nisi accusatus ⁊ convict⁹.
Et demum martyrio coronatur.

Anicetꝰ papa.

Soter papa.

eleutherius.

§. II. Tempore prefatorum pon

tificum imperātibus Antonino pio ⁊ filijs (vt dicetur) mul
ti glorioso martyrio ⁊ doctrina ecclesiā illustrarūt. Et pre-

cipue

cipue Policarpus ⁊ Papias. De quibus sic ait Hiero. in li. de vi. il. Polycarpus Joannis apostoli discipulus ⁊ ab eo Smyrne epūs ordinatus totius Asie princeps fuit. Quippe nonnullos apostolorū ⁊ eorum q̄ dm viderunt in carne ma gistros habuit. Hic propter quasdam die pasche questiones sub imperatore Antonino pio ecclesiā in vrbe regente Ana clero Romā venit: vbi plurimos credētium Martionis et Valentini suasione deceptos heretica prauitate ad verā fi dem reduxit. Qui cū aūt fortuito obuius ei fuisset Martion ⁊ diceret cognosce nos. Respondit ille. Cognosco primoge nitū diaboli. Hoc Beda etiam refert. xxiiij. q. j. ois. Hic post ea imperāte Antonino pio Marco ⁊ Lucio ⁊ Aurelio quar ta persecutio excitata contra Ecclesiā Smyrne vniuersopo pulo contra eum in amphiteatro personante igni tradtus est. Scripsit autē ad Philippenses valde vtilem epistolā: que vsq; in hodiernum diem in Asie conuentu legitur. Hic Polycarpus cū primo audiret vulgus contra se clamori bus excitatum: in nullo quidē motus pmansit impauidus. Tranquillus vtiq; erat moribus: ⁊ serenus aspectu. Qui cū. in eadem ciuitate vellet interritus permanere: eaque scens tū deprecantibus familiaribus suis: tad agrum quen dam ciuitati proximū secessit: atq; ibi cū paucis die noctuq; in orationibus permansit pro pace ecclesiarū: q̄ ei face re in omni vita sua perpetui moris fuit. Ante triduū vero q̄ cōprehenderetur: vidit per visionem nocte cerui cal capi tis sui igne esse consumptum. Quod euigilans interpreta tus est adstantibus somnū se pro certo igne christo esse cō sumendū. Et cū cōprehensores comperisset adesse: in oc cursum eorum vadēs letāter eos suscepit: vt oēs mirarentur. Continuo mensam hostibus quasi hospitib⁹ iubet ap poni: eisq; largius epulas ministrari. Et facta oratiōe pro ecclesia: asino insidens ad ciuitatem progreditur. Pergen ti prefectus occurrit Herodes cum suis: qui leuantes eum in vehiculo secum sedere ⁊ persuadere conabantur dicen tes. Quid est mali est Cesarem dominum dicere ⁊ immola re: ⁊ de cetero viuere securum? At vbi senserūt se nihil pro ficere indignati cum contumelia eum de vehiculo pertur bant: vt pedem lederet preceps actus. In ingressu autem ciuitatis concurrente multitudine: vox de celo lapsa est di cens. Fortis esto Polycarpe: ⁊ viriliter age. Proconsul ad populū iubet magna voce protestari Polycarpum tertio confessum se esse christianum. Quo audito omnis multitu do tam gentilium q̄ iudeorum Smyrnensis ciuitatis cum magno furore clamabat. Hic est totius Asie christianorum doctor: nostrorum autem deorum subuersor: viuus ardeat Preparato igitur magno igne ⁊ in eum ligatis post terguꝫ manibus iniecto: flāma stabat supra corpus eius nō vrens ipsum. Videntes autem sceleris ministri corpus igne non posse consumi: iusserunt propius accedere: ⁊ corpus cui ignis cesserat mucrone transfodere. Quo facto tam large effusus est sanguis vt focum extingueret. Populus autem tanti miraculi stupore discessit attonitus. Alij etiam duo decim ex Philadelphia venientes apud Smyrnam marty rio coronati sunt.

§. III. Hieronymus de viris il-

Papias lustribus. Papias Joannis auditor Hieropolitanus Asie episcop⁹ quinq; tm̄ scripsit volumina/que prenotauit: Ex planatio sermonum. In quibus quū in prefatione asserat se nō varias opiniones sequi: sed aplos habere authores: ait. Considerabā quid Andreas quid Petrus dixisset: quid Philippus quid Thomas quid Jacobus quid Joannes q̄d Matheus quid ve alius discipulorum domini. Quid etiā Ariston ⁊ senior Joannes discipulus domini loquantur, Non enim mihi tm̄ libri prosunt ad legendū: quantum vi ua vox ⁊ vsq; hodie in suis authoribus personans. Ex quo apparet ex ipso cathalogo nomnullos alios esse Joannē q̄ inter aplos ponit: alios Joannē seniorē quē post Aristonē enume rat. Hoc autē dixim⁹ pter supiorē opinionē quā a plerisq; rerulimus tradītā. duas Ioannis epl̄as posteriores nō esse Joannis aplī: sed Joannis presbyteri. Hic dicit iudaicam mille annor⁹ edidisse falsaz opinionē: scilicet q̄ sancti regna turi sunt cum christo mille annis post vltimaz resurrectio nem in voluptatibus corporis. Propter illud quod scribi tur in Apocal⁹. Regnabunt cum illo mille annis ꝛc. Sed xxiij. q. iij. ca. penulti. dicitur q̄ Cherintus fuit inuentor huius erroris. Quam opinionem secuti sunt Hyreneus et Apollinaris. Tertulianusq; ⁊ Victorinus pictauionensis ⁊ Lactantius in hanc opinionem ducti sunt. vt patet quo ad Lactantium in libro institutionum. Et nota que dicit Hel nandus circa hos ⁊ bene. Papias igitur author fuit hereti corum qui dicuntur chiliaste. i. millenarij: non tamen inter hereticos: sed inter sanctos in martyrologio computatur sicut nec Hyreneus Lugdunesi. nec Victorin⁹ Pictauionē sis heretici reputantur: qui gloriosi martyres fuerunt: et tamē in hac opinione Papiam secuti sunt. Multi esi scti in aliquibus simpliciter errasse dicūtur seu leguntur: sicut sanctus Cyprianus qui negat sacramenta vera esse apud hereticos etiā seruata debita forma. s. q. j. si quis esi. Cuius cōtrarium tenet eccl'ia. di. xxij. §. verum. Qui tñ error non in eis pernicios⁹ iudicat ppter ceteras eorū virtutes emi nentes. Et q̄ non ex obstinatione: sed ex ignorantia ⁊ cum simplicitate errabant. Adde q̄ hec nondū erant p ecclesiaz determinata. vñ Cyprian. Ignosci pōt simpl'r erranti. Post ispirationē vero ⁊ reuelationē factā qui in eo q̄ō errauerat prudēs ⁊ sciens perseuerat: nō iam in ignorantie venia pec cat: presumptione esi quadā ⁊ obstinatione nititur: quum a ratione superetur. distin. viij. consuetudo.

§. IIII. Justinus philosoph⁹ vt

ait Hugo. floria. Antonino pio librum de christiana religio ne cōpositum tradidit ⁊ benignum illum erga christianos reddidit. Hic Justinus vt ait Hiero. habitu philosophorum incedēs de Neapoli vrbe Palestine patre Crispo p religiōe christiana in tantū laborauit: q̄ Antonino pio ⁊ filijs eius ⁊ senatui cōtra gētiles scriptū dare: ⁊ ignominiā crucis nō erubesceret. Et aliū librum successorib⁹ eius Marco Anto nio Uero ⁊ Lucio Aurelio Commodo dedit. Extat et aliud volumen eius cōtra gētes: vbi de demonū q̄s natura dispu tat. Et quartum aduersus gentes. Aliud q̄s de monarchia dei. Alterū quē pnotauit / Psalt̄. de aīa q̄s vnū. Sed ⁊ dialo logū cōtra Judeos: que habuit cōtra Triphonē principem Judeoꝝ. Contra Martionē q̄s hereticum insignia volumi na/quoꝝ meminit Hyrene⁹ martyr. Et alium contra here ses. Fuit autē hic Justinus (vt ait Uincen. in specu. histo. lib. xj.) discipulus Pompeij Trogi hispani: qui toti⁹ orbis historias a tpe Nini regis Assyriorum vsq; ad Cesaris mo narchiam cōposuit latino sermone per. xliij. libros: quoꝝ abbreuiationem fecit iste Justinus. Ceterum vtrum hic sit ille Justinus martyr: an alius ignoro. In apologetico que Antonino pio destinauit inter cetera ait. Spero me ab ali quo eorum quibus pro veritate obsisto insidias esse passu rum: barulo aut clauā feriendum certe: vel accrescente hoc modo non philosopho sed philopomporō est non amatore sapientie sed amatore iactātie. Nec̄ esi dignum est philo sophum nominari eum qui de ijs que nescit publice prote statur: ⁊ christianos sine deo esse ⁊ impios dicit: ad gratiam et libidinem eorum quos in errore positos ipse maioribus errorīs laqueis inuoluit. De Justino sic scribit Eusebius Justinus prius q̄ propium desudaret/ aliorum qui ante se martyres extiterant describens agones. Et ego (inq̄t) spe ro me ab aliquo horum quibus pro veritate obstiti insidias esse passurum. Hieronymus autem de viris illustri. Quum in vrbe Roma (ait) diatribas haberet aduersus efidez cyni cū philosophū qui aduersus christianos blasphemabat: re darguens gulosum ⁊ mortis timidū: luxurie quoq; ⁊ libidi num sectatorem: ad extremum vero insidijs eius accusat⁹ ⁊ studijs q̄ christianus esset sanguinē suum fudit. De hoc ēt alibi legitur: vt refert Uincen. q̄ remunerationem lingue fidelis ⁊ erudite martyrij mun⁹ accepit: quodā philosopho Crescente nomine cynico tam pro confessione q̄ pro mori bus dolos insidiasq; tendēte: q̄si quidē sepe cū eo disputās auditoribus medijs non solū obtinuerat eum: verā ⁊ vehe mentius veritate sibi suffragante confuderat.

§. V. Per idem tempus scilicet

Photi⁹ ⁊ Ju stus epi imperij Marci Antonij ⁊ Lucij Aurelij persecutio durissi ma (vt ait Hugo floria.) Lugdunēsem atq; Viennēsem no bilissimas Galliarum vrbes inuasit. Unde Photinus Lu gdunēsis episcopus ⁊ Justus Viennensis episcopus in ci uitatibus illis cū multis alijs martyrio coronati sunt. Hic Photinus episcopus (vt ait Euse.) iam nonagenarij⁹ erat: ⁊ pene iam mortuus solo martyrij amore viuebat. Ducit̄ ad tribunalia immo potius defertur senio ⁊ languore resolu tus. Interrogatus autem a preside quis esset deus christia norum, respōdit. Si dignus fueris sciestijs verbis adstan tes irati: pugnis ⁊ calcibus ⁊ alijs variis modis eum affli gentes in carcere cum alijs pluribus clauserunt: qui pau lo post spiritum domino commendauit. Precipue ante mili tes pergebant, vt inquit Euse. in lib. histo. eccle. Sanctum nomine quēdam diaconē Viennensem ⁊ Maturum neo phitum quidem in fide sed patientia robustissimum. Et At talum pergamenum ciuem: qui columna et fundamentum nostre ecclesie in oibus fuit. Sed ⁊ Blandina femina per quam christus ostēdit ea que apud holes despecta sunt et contemptibilia habenturin magna gloria duci ad deum.

Gāta blādina

Et q̄ charitas ea que fragilia sunt per naturaz: per gratiā facit esse firmissima: quum nos omnes de ea trepidaremus sed ꝛ ipsa carnalis dña que vna erat et numero martyrum anxiaretur ne forte Blandina cederet in tormētis: ꝛ pre debilitate corporis vix ad prime confessionis tormenta sufficeret: tanta tolerantie virtute firmata est: vt resoluerētur prius ꝛ cōciderent carnificū manus: qui sibi pro contentio sa iudicis animositate inuicē succedebāt. Deniq; a pria luce vsq; ad vesperā semp tormenta innouantes/ad vltimum se victos profitentur: stupentes quomodo in ea spiritꝰ permaneret: quum nihil in illa ex corporis supplicio resedisset Sed illa vere beata (vt postmodum nobis differuit) quoties vocē confessionis emitteret: ꝛ Christiana sum/proclamaret: toties noue vires corpori reddebantur: ꝛ tāq; oblitis per confessionē doloribus/instaurabatur recentior ad agones. Diaconus quoq; Sctūs noie ꝛ ipse supra q̄ dici potest ꝛ supra q̄ humanā fas est naturā ferret: acrius insistentibus ministris demonū vt aliquid ab eo elicere possent cō
Sanctꝰ fessionis illicite: noua penarū genera pertulit: et qō longe substantiam humane cōditionis excederet. At vir ille deo plenus in tantū crudelitates eorū irrisit: ꝛ firmā in questione sententiā tenuit vt nunq; dignatus sit: vel quis esset genere vel domo vel patria vel nomē suū saltē fateri. Sed de his singulis interrogatus: nihil aliud in oibus tormentis nisi christianum se esse respondit. Hoc inquit mihi nomen: hoc genus: hoc patria: aliud omnino non sum nisi christianus. Unde ꝛ incredibilis eos agitabat insania: q̄ tantis penarum generibus consumptis extorquere ei nec professionem quidem proprij nominis potuissent. Ad vltimum candentes laminas eris ꝛ ferri erga inguinis loca ꝛ delicatiora quecq; membrorum instauratis ignibus adhibebant. Ex quo quidē carnes eius aduste iam defluebant: ipse tamen permanebat immobilis: inconcussus: intrepidus: celestibꝰ eterniscq; fontibus qui procedunt de vētre Jesu humanas in se tēperans flāmas. Perijt in eo humane forme agnitio ꝛ non solum quis esset: sed ꝛ quid esset tormentorum crudelitas ne cognosci posset abstulerat: christus tñ in eo solus per martyrij gloriam cognoscebatur. Sed artifices sceleruū nunq; martyris erubuere virtutē. Immo post paucos dies interpositos cogitantes vt tormenta rursus inferrent: ꝛ denuo membra iam patefacta vexarēt: vt vel sic ille crederet vel si animam poneret tormentis/ceteris metū incuterent Sed hoc longe aliter quā cogitauerant impij cessit. Nam (quod vix credi ab infidelibus potest) restitutū est in pristinā speciem corpus per secunda tormenta/ꝛ officia membrorum que abstulerat prima crudelitas/ secunda reparauit: ita vt iterata supplicia nō iam penaz sed inferrent medelam. Simili modo ꝛ Blandina de qua paulo superi⁹ mentionem fecimus ad secunda supplicia reuocatur. Que quū semiuiua pene et in mortis confinio posita iteratis fuisset pulsata cruciatibus: velut e somno quodam subito euigilans in memoriam future beatitudinis venit et voce constanti tanq; de excelso concionaretur ad populum. Et sic in confessione perdurans iterum numero martyrum consociata retruditur: et iterum cum alijs fidelibus cruciandis Blandina adducitur. Et post varia tormenta tandem eis ceruicibus Blandina ipsa religata ad stipitem/ atq; in modum crucis distenta bestijs pabulum preparatur. Que quum in ligno pendens vultu interrito ꝛ fatis leto oratio nem fundebat ad dominum: sed tamen nulla ex bestijs audebat corpus eius contingere. Deposita vero de ligno rursus reuocatur ad carcerem: alijs adhuc agonibus preparāda. Iterum altera die Blandina inducitur cū Pontico annorum fere quindecim puero. Statuuntur ergo in medio: et iubentur per deos iurare. Illi vero econtrario nullos esse dicebant illos deos: alijs etiam verbis exprobrantes gentium dijs. Propter quod magis cepit populus insanire nec teneram pueri etatem: nec sexum femine miserantes sed omnia tormentorum genera quasi quodaz circulo peragentes: nihil deesse penis patiebantur quod crudelitas inuenisset. Et Ponticus quidem perseuerans in confessiō
Pōtic⁹ ne fidei impollutum deo spiritum reddidit. Beata vero Blādina vltima omnium velut omnium nobilis mater premissos ad martyrij coronam filios insequi iam secura festinat: exultans ꝛ ouans velut ad thalamum sponsi inuitata et ad nuptiale conuiuium. Ex quo fiebat vt in verberibus tripudiaret: et craticulis exusta gauderet: ac tam hilaris videretur ꝛ leta/quasi inter dapes regias accubaret. Post hec ad bestias traditur: sed abijs intacta perdurat. Deinde tauro obijcitur ferociter instigato. A quo quum fuisset innumeris ictibus lacessita: ꝛ toto arene ambitu iactata nihil penitus leditur sed permanet leta. Ad vltimum iugulari gladio iubetur. stupentibus etiam impijs ꝛ dicentibus q̄ nunquam fuerit femina que tanta et talia ferre potuisset. ¶ Passi sunt et multi alij/vt Maturus: Blandinus: Sanctus diaconus prefatus: Alexāder ꝛ Attalus diuersis penarum generibus. Et quum Attalus in tormentis interrogaretur quod nomen habet deus: respondit. Qui plures sunt nominibus discernuntur: nominibus indigent: qui vnus est/non indiget nomine. Erant ergo hi inter fratres humiles: inter persecutores elati: suis mitres: aduersarijs terribiles: christo subiecti diabolo erecti: humiliabant se sub potentissima manu domini: per quam nunc sublimius exaltantur. Maturus blādinus ꝛ Attalꝰ

§. VI. Tēporibus quoq; Anto

nini imperatoris Felicitas illustris femina cum septem filijs suis christianissimis tenta est. que in viduitate permanens deo suam deuouerat castitatem: die noctuq; orationi vacans magnam de se edificationem castis mentibus dabat. Hanc ergo accusarunt apud Augustum pontifices idolorum dicentes. Contra salutem vestram mulier hec vidua cum filijs suis dijs vestris insultat. Que si non fuerit eos veneratā: sciat pietas vestra deos sic irascituros vt penitꝰ placari non possint. Tunc imperator iussit prefecto vrbis Publio vt eam compelleret cum filijs suis deorum suorum iras sacrificijs mitigare. Publius ergo iussit eam priuatis ad se adduci: ꝛ blando colloquio ad sacrificia exhortarit comminans si non faceret/penarum interitum. Cui felicitas respondit. Nec blandimentis tuis flecti poterō: nec terroribus frangi. Habeo enim spiritum sanctum qui nō permittet me a diabolo vinci: ꝛ ideo secura sum q̄ te viua superabo: ꝛ si interfecta fim/melius te superabo occisa. Et publius ad eam. Misera si tibi suaue est mori: vel filios tuos fac viuere. Cui Felicitas. Viuent filij mei si non sacrificauerint idolis. Si vero tantum scelus admiserint: in eternum ibunt incendium. Alia ergo die iussit eam adduci in forum Martis: cui et dixit. Miserere filijs tuis bonis: ꝛ primo flore iuuentutis florentibus. Respondit Felicitas. Misericordia tua impietas est: ꝛ et exhortatio tua crudelitas et conuersa ad filios ait. Videte filij celum sursum aspicite: ibi nos christus expectat cum sanctis suis. Pugnate pro animabus vestris: et fideles vos exhibete in amore christi. Audiens hec Publius iussit eam alapiscedi dicens. Ausa es presente me filijs tuis ista monita dare vt deorum nostrorum statuta contemnant? Tunc Publius vocat primum nomine Januarium: promittens ei infinita bona presentia si acquiescat: mala comminatus innumera si sacrificare idolis contemneret. At Januarius respondit Stulta suades: nam sapientia dei me cōseruat: ꝛ faciet me hec omnia superare. Statim iussit prefectus eum cedi et in carcerem trahi. Deinde singulos alios figillatim alloquens: nec eos a fide christi aduertere valuit: vt pote constanter ei respondentes. Retulit igitur hec Publius Antonino imperatori: qui iussit per varios iudices diuersimode eos torqueri. Nam primum scilicet Januarium iudex vnus plumbatis occidit. Alterum scilicet Felicem nomine: ꝛ tertium scilicet Philippum fustibus mactauit. Alium quartum nomine Syluanum precipitio interemit. Alret iudex tres alios scilicet Alexandrum: Uitalem: Martialem capitalem sententiam subire fecit: matrem quoq; eorum capite truncari fecit. ¶ Sanctus quoq; Pontianus in ciuitate Tuscie scilicet Spoletana passus est sub Antonino imperatore a iudice Fabiano. Primo quidem virgis cesus est ita vt sanguis eius velut fluuius emanaret. Secundo super carbones viuos nudis plantis incedens: sed nil lesus crucis munitus signaculo. Deinde in eculeo suspensus vncinis ferreis laniatus: deficientibus ad hoc ministris ex cruciatis dolore. Postea ad duos leones proijciturs sed ad pedes eius mansuescit. Quod populus videns cum admiratione exclamauit. Magnus est deus christianorū dimittatur sanctus dei. Judex autē timens seditionem iussit eū iterum in carcerem trudi: vbi angelica cōsolatione meruit confortari. Demum plumbo feruente perfusus ꝛ in nullo lesus gladio percussus martyr ad celum ascendit. Felicitas ꝛ sē ptē ciue filij.

§. VII. Successit ergo Hadria

no Antoninus pius: quem ipse sibi in filium adoptauerat: ꝛ generum suum habuit. Fuit autem, Romanorum imperator tredecimus. Cepit autem imperare anno domini. cxl. ab initio autem mundi sm minorem computationem quā sequitur Vincen. in specu. histo. quater milesimo centesimotertio. Secundum aliam maiorem quam sequitur Beda ꝛ. lxx. interpretes. quinquies milesimo. cccxxxix. Et imperauit annis. xx. Hic (vt dicit Hugo floria.) fuit vir peritissimus ꝛ natura benignus: ꝛ ita tranquillus vt merito pius

pius diceretur. Nam ad illum extere gentes legatos mise re. Indi scz/Bactriani t/Hyrcani/iustitia tanti imperatoris comperta. Erat essi carēs appetentia glorie t ostentatione. Hic erarium opulentum reliquit: t rempublicam ampliauit t pater patrie appellatus est. Post mortem quasi Romulus colebatur. Hic dixisse fertur malo exēplo Scipionis vnum ciuem seruare q̄ mille hostes perimere. Et in omni regno re rentis cautionibus debita relaxauit. Huius Antonini temporibus Apollonius stoicus natione Calcedonicus/t Basilides Scithopolitanus philosophi illustres habentur. Qui verissimi quoq̄ cesaris preceptores fuerunt. Taurus quoq̄ Biretius platonice secte philosophus clarus habetur. Ad istum philosophum legunt (ait Helinandus) Athenas venisse visendi cognoscendiq̄ causa pariter Crete prouincie preses et pater eius. Sed priuatus inuitauit tantum patrem primo vt sederet. At ille de filio. Sedeat hic primus qui Romani populi magistratus est. Absq̄ inquit preiudicio Tauri: tu interim sede dum conspicimus t querimus quid conueniat: te ne sedere potius qui pater es: an filium qui regit magistratum. Quumq̄ ille resedisset: apposita est alia sella filio. Tunc Taurus ijs qui conuenerant verbum fecit de hac re inter cetera sic dicens. In publicis quidem locis t muneribus patrum iura quum filiorum magistratibus aut potestati sunt collata intorquescere debent paululum et etiam conuiuere Sed quum extra rempublicam in domestica t re atq̄ vita sedetur t ambulatur t in conuiuio quoq̄ familiari discumbitur tunc inter filium magistratum et patrem priuatum honores publicos cessare: naturales autem t genitos conseruare equum est. Hoc etiam tempore floxuit Galenus medicus insignis: vt scribit Eusebius in chronicis. Galen' medic'. Hic scripsisse reperitur librum de alchymia t cuius titulus est de ramo pomi congelati. de medicina vero libros plurimos. De eo sic ait Hieronym' lib. ij. contra Jouinianum. Galenus doctissimus Hippocratis interpres in exhortatione medicine dicit athletas quorum vita t ars sagina est: nec posse viu viuere: nec sanos esse animasque eorum ita nimio sanguine et adipibus quasi luto inuolutas nihil tenue nihil celeste: si semper de carnibus eructare: t ventris ingluuiem cogitare. de consecra. distinc. v. nec tales. Circa illa tempora refulsit Ptolemeus astrologus vir mirabilis in mathematicis: precipue in astrologia: qui plus scripsit in ea q̄ esset totum quod esset scriptum ante eum. Scripsit Almagestum t Perspectiuā t in iudicijs Quadripertitum t Centiloquium vbi inter cetera dicit. Vir sapiens id est virtuosus dominabit astris. Hic Alexādrie nutrit' fuit: fortis ire: cibi pcus: redolētis anthelit': vixit. lxxviij. annis in Pannonia obijt. Ptolemeus astrologus.

§. VIII. Antonino pio succesſe-

runt in imperio duo filij eius scilicet Marcus Antoninus qui t verus: t Lucius Aurelius Commodus: vt refert Euse in Chron. Hi primum equo iure imperium administrauerunt quum vsq̄ ad hoc tēpus finguli augusti fuerūt horum tempore excitata est quarta persecutio contra ecclesiam: multiq̄ martyrio coronati sunt. Ipm autem persequutionē sequuta est lues magna: vt refert Vincen. in specu. histo. libro. xx. que multas late prouincias deuastauit: maxime Italiam adeo attriuit: vt passim ville t agri sine cultore et habitatore remanerent. Ab armis denicq̄ nulla vnq̄ quies erat: sed per omnem orientem t Illiricum Italiam Galliam bella feruebant. Terremotus quoque non sine interitu ciuitatum t inundationes fluminū crebrescebant: lues etiā crebri t locuste agros infestabāt. Euse. in chro. ait. Antonini tēporibus in quibus hec gesta referuntur. Marcum Aurelium fratrem eius cesarem bella inferentē Germanis t Sarmatis tradunt hystorie: quum siti eius periclitaretur exercitus estuantem t querentē quid facto opus esset: reperisse in legione quadam milites christianos: quib' (vt nostris mos est) flexis genibus obsecrātibus exaudisse deum supplicatiōes eorum: t subito contra oim spem largissimis imbrib' perfusis exercitus quidē periclitantis p quo orauerāt christiani sitim sedatā. Hostes vero qui iam exitialiter imminebāt fulminibus crebris t celitus plapsis ignibus effugatos. Qō factū refertur q̄dē hystorijs gentiliū: sed q̄ nostrorum orationibus id factū sit nō refert. Quippe apud eos t cetera miracula q̄ a nostris gesta sunt/fidē nō habent. Nostrorum vero et Tertulianus hoc cōmemorat: t apud grecos Appollinaris: qui et ipsam legionem p insignis facti miraculo mutato nomine vocitatā dixit ab imperatore fulmineam. Hec Euse. Antoni' ver' t cōmodus imperatores

§. IX. Horum tempore sanctus

Victor a Sicilia quū in cōspectu Sebastiani iudicis christi militē se esse diceret: t idolis sacrificare noluisset: iussit dux eius digitos confringi t neruos eius euelli quousq̄ de cute eius exirent. Illū aūt gratias agentē t in fide permanentē iussit iudex in caminū ardentem mitti. Sed illo orante ignis eum non tetigit neq̄ fumus: t post triduum inuentus est viuus. Tunc dux fecit venenum confici mortifferum: t et dari ei a malefico vt ederet ex eo. At ille manducauit: t nil mali ex eo sensit. Tunc malefic' alia venena peiora obtulit. Quūq̄ ille ea manducasset: t nil lesionis accepisset: magus ille combustis omnibus libris suis t rebus temporalibus renuntians in christum credidit. Iterum Victor admonitus quuz sacrificare nolletiussit iudex neruos a corpore eius euelli. Deinde in pudendis illius oleum bulliens mitti. Iterumq̄ illi suspenso lampades ardentes applicarijet ad latera eius poni. Ille autem nil doloris sensit: sed a deo confortatus est. Iratus iudex iussit acetum et calcem simul misceri et in guttur eius infundit: t post hoc oculos eius euelli. At illo dicente. Noli mihi parcere: paratus sum essi oia tormenta tua tolerare iussit eum capite deorsum per triduum suspendi quousq̄ sanguis de naribus eius stillaret in terrā venerūt ergo milites post triduū vt viderēt an adhuc viueret t videntes eum ceci facti sunt: sed orante sancto pro eis illuminati sunt. Qui redeuntes ad iudicem omnia ei gesta narrabant. At ille iussit eum excoriari. Tunc vxor cuiusdā militis nomine Corona etatis. xvj. annozum vel circa exclamauit voce magna dicens. Beatus es Victor t beata operatua susceptum est sacrificium tuum sicut sacrificium Abel. Et post plura ait. Ecce video duas coronas de celo venientes manibus angelorum deferri: ex quibus dabitur tibi maior mihi autem breuior. Sed z̄si vas infirm ū sim: spero tamen in regem christum quod habeam hereditatez cum fortibus. Hec quum audisset iudex iussit eam vocari t inuitari ad sacrificia. Cui illa respondit Ego Corona vocor: t tu queris coronam meam perdere? Quumq̄ nollet acquiescere: iussit iudex militibus suis duas palmas adinuicē inclinari illicq̄ beatam Coronam vtriscq̄ partibus ligari: t subito dimitti. Qui subito vt dimiserunt arbores: Beata Corona scissa est in duas partes: sicq̄ martyrium suum confidenter impleuit. Demum victori iudex caput amputari fecit. Et lac pro sanguine de collo eius exiuit. Propter que miracula multi crediderunt in christum. ¶ Eo tempore passus est sanctus Concordius in ciuitate Spoletana: quē pater suus Concordius nus in scripturis sanctis eruditi fecit quum esset nobilis genere: t a sancto pio papa in subdiaconum ordinari. Qui quū miraculis clareret: comes Tuscie Spoleti tunc habitans/ fecit eum ad se adduci et quum inuitaret ad immolandum dijs eorum respondit. Tu magis sacrifica domino Jesu christo: vt possis euadere tormenta: nam si non feceris t tu et dij tui ardebunt in eternum. Tunc comes iussit eum fustibus cedi et in carcerem trudi. Sed et beatus Antonius episcopus qui erat amicus comitis cum beato Eutice rogauerunt comitem sibi concedi eum per aliquot dies. Quod quum concessisset eum presbyterum ordinauit. Et post aliquot dies quum vidisset eum sibi presentari venienti ait. Quid tractasti circa salutem tuam? Cui concordius. Salus mea christus est: t cui quotidie offero sacrificium laudis: tu vero et dij tui in inferno ardebitis. Et iratus comes iussit eum in eculeo suspēdi. At ille alacri vultu deū glificabat. Et quū diceret comes. Sacrifica Joui magno: ille respondit. Nō sacrifico surdo t muto lapidi: q̄ habeo dñm Jesum christū cui seruit anima mea. Iratus tyann' iussit eū in ima carceris trudi onustum ferro: sine cibo t potu manere vt fame deficeret. Sed media nocte confortatus est ab angelo domini. Demum nolentem immolare: sed spuentem in faciē Jouis precepit comes eum capite truncari. ¶ Eodem imperante Antonio in ciuitate Cabillonensi sub preside Prisco sanct' Marcellus martyrio inaudito coronatus est. Nam quum preses hortaretur vt dijs omnipotentibus Joui et Saturno t alijs immolaret prout imperatores statuerant: t ille respōderet illa simulachra oia fuisse homines mortales t criminibus pollutos t dudum mortuos in infernuz sepultos: quibus qui credit in eternum incendium cum eis pergit: se aūt in christū et vere christianū credere dei filium t mundi conditorem. Priscus inaudito crudelitatis exēplo plus q̄ furore insaniens persequutoris defodere erectū cingulotenus iussit. Atq̄ ita medius iā sepultus sed totus viuus ad celi regna festinans ferre supplicia non refugit: z̄ triduo in laudibus xpi oipotentis dñi et dei sui ore t amore perdurans/ terris interim terrena membra commendans/ spm̄ misit ad celos. Idem tyrannus ibidē sancti Valerium post alia tormenta decollari fecit. Qui in celum intuens vidit christum sibi offerre coronam: qui ei dederat martyrij victoriam. Gāctus Concordius. Gāctus marcellus. Valeri' Diuus Victo.

§. X. Eo tempore Egesippus

insignis habebatur q̄m Eusebius: t nobilissimus apud Gre-

tam inter epiſcopos fuit. Philippus ⁊ Apollinaris ⁊ Melito Hieraſanuſq; et Modeſtus et precipuus Hyreneus: quorum omnium ad nos vſq; apoſtolice fidei ⁊ ſane doctrine p̄clariſſima monumenta perlata ſunt. Hieronymus de viris illu. Egeſippus vicinus apoſtolorum temporibus omnes a paſſione dn̄i vſq; ad ſuam etatem eccleſiaſticorum actuum texens yſtorias: multaq; ad vtilitatem credentium pertinē tia hincinde congregans/quinq; libros compoſuit ſermone ſimplicitꝫ quorum vitam ſectabatur: dicendi quoq; exprimeret charactere. Aſſerit ſe veniſſe ſub Aniceto Romanā decimus poſt Petrum epiſcopus fuit perſeueraſſe vſq; ad Eleuterium eiuſdem vrbis epiſcopum: qui Aniceti quondā diaconus fuit. Preterea aduerſus idola diſputans quo primo erroꝛe creuiſſent ſubtexit yſtoriam. Dionyſius Corinthiorum epiſcopus tante eloquentie ⁊ induſtrie fuit: vt non ſolum ſue ciuitatis et prouincie populos: ſed ⁊ aliarum prouinciarus ⁊ vrbium epiſtolis eruditet. Ex quibus eſt vna ad Lacedemonios: alia ad Athenienſes: tertia ad Nicomediē ſes: quarta ad Cretēſes/⁊ plures alie ad diuerſa loca. Theophilus ſextus Antiochene eccleſie epiſcopus ſub imperatore Marco Antonino librum contra Marcionem ſcilicet hereticum compoſuit qui vſq; hodie extat: ⁊ ad Antholicum tria volumina ⁊ contra Hereſim Hermogenis librum vnum ⁊ commentarios in euangelium ⁊ prouerbiorum Salomonis. Apollinaris Aſie Hieropolitane ciuitatis epiſcop' ſub eodem Antonio floruit: cui ⁊ inſigne volumen pro chriſtianorum fide dedit. Extant ⁊ alij quinq; aduerſus gentiles libri: de veritate duo ⁊ aduerſus Cathaphrygas.

Dionyſius.

Theophilus.

Apollinaris.

§. XI. De morte amborū imperatorum.

Aurelius igitur Commodus (vt ait Hugo flo.) dū in vehiculo cum fratre veheretur anno imperij ſui. xj. cauſa morbi quā greci apoplexiam vocāt/ſuffocatus eſt. Quo defuncto Marcus Antoninus ſolus paucis diebus reipublice prefuit. Fuit autem vir tante ſeueritatis: vt ab infantia vultum nec ex letitia nec ex merore mutauerit. Hic ciuitatē conſtituens a ſuo nomine Veronā nominauit: q̄ Antonin' verus vocabatur. Huius tempore ſimulachrum marmoreū moueri viſum eſt: ⁊ enea ſtatua Herculis ſudaſſe per multos dies. Leges ſeueriores nouis conditionibus temperauit. Per omnes enim prouincias tributa donauit: omniūq; fiſcalium negociorum calumnioſa monumenta ſimul cum geſta in foro incendio dedit. Hic. xiij. ab Auguſt. in Pannonia conſtitutus repentino morbo obijt. Ob cuius honorem templa ⁊ columne ⁊ alia multa p̄dita eſſe reperiūtur. Huic ſucceſſit Lucius aurel' Cōmodus filius eius. Tempoꝛib' Antonini veri floruit Theodotion diuine legis interpres ſcilicet ex hebreo in latinum. Et Aticus philoſophus Platonicus. Euſebius Horum imperatorum tempoꝛib' Fronto oꝛator inſignis habetur: qui marcum Antoninū Verum latinis literis eruditit. Seleucia vrbs cum trecentis milibus hominum a Romanis capta eſt. Eo tēpoꝛe Smyrna vrbs aſie terremotu coꝛruit. Ad cuius inſtaurationem remiſſio decēnalis tributoꝛum data eſt. Tanta peſtilentia per totum oꝛbem fuit q̄ pene vſq; ad internitionem Romanus exercit' peletus eſt. Aurelius igitur Commodus patre defuncto imperauit annis. xiij. Hic (vt ait Hugo flozia.) luxurie ⁊ obceni tati deditus interfecit plurimos ſenatoꝛū: illos tamen maxime quoq; animaduerrit induſtria vel nobilitate precellere. Ea tempeſtate inquit Euſe. lib. v. pax eccleſijs per omnes terram propagabatur: ⁊ ſermo domini ex omni genere hominum ad agnitionem ⁊ pietatem dei ſummi animas cōgregabat. Denicq; multos in vrbe Roma ex illuſtribus ⁊ prediuitibus cum filijs ⁊ vxoꝛibus omnis familia ſociauit ad fidem. Sed hoc non equis oculis ille antiquus humane ſalutis hoſtis aſperit. Unde ⁊ in vrbe Roma Apollonium quondam virum in fide noſtra ⁊ in omnibus philoſophie eruditionibus illuſtrem ad iudicium pertraxit: accuſatoꝛe ei ſuſcitato quodam infeliciſſimo ⁊ deſperato ſalutis homine. Exhoꝛtatur Appollon' vt defenſionem ſuam pro fide ſua quā aduenientе ſenatu atq; omni populo luculenter ⁊ ſplendide habuerat ederet ſcriptam. Et poſt hec ſecundum ſenatuſcō ſultum capite plectus eſt. Ita enim a prioꝛibus lex inquiſſime promulgata ceuſebat.

Vero naciuitas.

Theodation.

Fronto

Apollonius.

§. XII. Philippus aūt illuſtriſ

ſimus vir Romanus ab imperatoꝛe Commodo in Egyptuꝫ directus eſt vt Alexandrie prefecturam ageret. Qui ſecum duxit vxoꝛem ⁊ duos filios mares ac vnam feminam filiam nomine Eugeniā: que liberalibus literis perfectiſſime erat erudita. Et q̄ pulchra erat valde coꝛpoꝛe pulchrioꝛ tamen caſtitate: quū multis appeteretur in cōiugium: omnino obſiſtebat. Jam enim licet ſub paganiſſimis parentibus ageret vitam: animo chriſtiana eſſe ceperat. Quum ergo quadam die cum Protho ⁊ Hyacintho eunuchis cum quib' erudita fuerat/extra ciuitatem Alexandrie per ſuburbia diſcurreret vbi morabantur chriſtiani: audiuit chriſtianos pſallentes ⁊ dicentes illud pſ. Omnes dij gentium demonia ⁊c. Et firmans ⁊ ſuſpirans ait ad Prothum ⁊ Hyacinthum eunuchos ſuos. Philoſophoꝛum ſyllogiſmos vano laboꝛe perſcrutati ſumus: Ariſtotelis argumenta: ⁊ Platonis ideas: et quicquid poeta cecinit: quicquid oꝛator inuenit: quicquid philoſophus cogitauit: cuncta hac ſententia excludūtur qua tripudiantes chriſtianos audiuimus dicentes. Omnes dij gentium demonia. Diutiſſime ergo vim carminum conſiderans ait: Si nolumus perire: credendum eſt. Quumque de deo vero mutuo ſermone tractarent: fit concordia fidei: et oꝛdo queritur quo poſſit ſancta fuga ſtatui: ⁊ fides recta teneri. Cui quum intelleriſſent quendam ſanctum virum ibi eſſe epiſcopum nomine Helenum: decreuerunt ad illum accedere. Hic autem Helenus ab infantia fuerat chriſtianus ⁊ in monaſterio poſtea enutritus ⁊ tante ſanctitatis vt pruinas ardentes in/chlamyde ſua deferret illeſa. Et ipſo iam facto epiſcopo Heliopoleos: quum quidam Zereas nomine magus populo p̄dicaret: vocans ſe a chriſto miſſum. Helenus autem in conſpectu populi cum eo diſputaret ad detegendum eius falſitates: et magus verbis ſuis populo iam videretur ſuperioꝛ: dixit Helenus coram omnibus. Incendatur ignis in medio ciuitatis: et intremus ſimul: et qui non fuerit aduſtus hūc credamus quod miſerit chriſtus. Quod dictum cunctis placuit. Accenſo igitur igne / Helenus primus intrauit hoc mago poſtulante. Quumque iam per mediam hoꝛam in eo permaniſſet nec in capillo aduſtus nec in veſte: mandauit vt et Zereas iam intraret. Ille vero quum reluctaretur: populus eum tradidit igni. Quumq; vi cepiſſet: ſanctus Helenus cum ſemuſtum eripuit de flamma: ſed a populo expulſus eſt a regione illa. Quum autem ſenex ille Helenus feminarum nullam ad diuerſoꝛium accedere fineret: vt eum audire poſſet ⁊ alloqui: ſumpto virili habitu et tonſa capillis vt iuuenis Eugenia cum dictis ennuchis acceſſit ad ipſum epiſcopum: cui totum dominus reuelauerat de aduentu eoꝛum. Petentibus ergo illis humiliter ſanctuꝫ baptiſma: ac etiam recipi in monaſterio ⁊ dicentibus ſe eſſe germanos de vrbe Romana: deſiderinm eoꝛum impletū eſt: licet Helenus cognouiſſet illam eſſe feminam ⁊ illos ſeruos eius: quod ⁊ eis manifeſtauit: tamen confoꝛtans eos baptizatos recipi fecit in monachos. Pater vero eius ⁊ tota familia quum in domo non reuerteretur/de ea diligenter perquiri fecit per regionem illam: ⁊ quum inueniri non poſſet: per phyrones et aruſpices demones conſulentes reſpōſum eſt quod dij eam in celo rapuiſſent in numero dearuꝫ aſſumptā propter quod pater ſimulachꝛum aureum ei fieri fecit. Ipſa vero in dicto monaſterio virorum in habitu virili permanens et animo in diuinis eruditionibus ita profecit vt intra ſecundum annum omnes ſcripturas dominicas retineret. Tanta erat ei tranquillitas animi: vt vna ex numero angelorum diceretur ab omnibus. Erat omnibus omnia: triſtem conſolabatur: leto congaudebat: iraſcentem mitigabat. Tāq; gratiā a dño p̄ſequuta erat: vt quemcūq; in doloꝛe poſitum viſitaret: ſtatim omnis doloꝛ recederet et ſalubꝛitas adueniret. Tertio autem anno deſcendente abbate monaſterij illi' ab oib' Eugenia eligitur. Tunc illa metuens contra regulā viris ſe feminā aliꝫ p̄poni: iterūq; timens ne oēs vnanimiter hoc p̄cātes contemneret: ait. Uideamus quid dñs p̄cipiat in hac nr̄a electione. Si q̄s inquit vult eſſe primus ſit omnium nouiſſimus. Ecce veſtris p̄ceptis obtemperās decreui primatū ſuſcipere: ⁊ dñi iuſſioni obediens vltimū me cōſtituo charitati veſtre. Igitur omne opus monaſterij q̄ō infima perſona exercere ſoleꝫ: ſuſcepit in oib' aquā poꝛtare: ligna concidere immūditias remouere. Deoque tam chara eſſe cepit vt demōes ab obſeſſis coꝛpoꝛibus ejceret: ⁊ cecoꝛū oculos aperiret. Quū aūt quedā matrona Alexādrina ceteris p̄ſtātioꝛ Helācia noie per annū ⁊ ampli' quarta na vexaretur: audita eius opinione venit ad Eugeniā. Quaq; quū illa oleo perunxiſſet: moꝛ abundantiam fellis euomens ſanata eſt. Et quum illa tres ſcyphos ſolidis repletos ei miſiſſet: remiſit dicēs. Abūdamus ⁊ ſuperabundam': ſed p̄coꝛ pauperibus diſtribue. Et illa veniens contriſtata cepit roꝛare vt reciperet. Et dum circa iſta ſit aſſidua ad viſitandū: non deprehendens eam feminam iuuentutis elegantia deciꝑitur: ⁊ in eius concupiſcentiam labitur: ⁊ putans eam amplioris pecunie cupidioꝛem eſſe infinitā ei offert. Sed vidēs omnia illam repellere: cepit alloqui ſecreto ijs verbis. Quid te inanibus abſtinentijs maceras: ⁊ perdit florem gratiſſime iuuentutis: quaſi deus triſtes diligat: et ſua delectamenta contēnentes foueat: ac ſolum hominuꝫ cruciatibus delectetur

Bta eugenia.

Helena ſanctus epꝰ.

Helana cia ma. troña nobilis.

delectet. Videmur eius abuti donis. Igitur afflictionibus finem pone: et letiora tempora suscipias. Talia dicēte Melancia Eugenia volens animam eius a laqueis diaboli eruere ostendebat ei desideria mundi misera: et dum teneri putantur fugere: et vnius puncti delectamentum eterna detrimenta inducere. Sed Melancia hec surda aure audiebat et solicite agens quatenus eā irritaret/languorem simulauit et vt visitaret infirmam rogari fecit. Que quum ex pietate ad eas fuisset ingressa et sederet: obscenis amplexibus infelix Melancia tentare cepit: et verbis procacibus ad crimen hortari. Cui Eugenia. Recte Melācia (inquit) vocaris qz nigredine perfidie plena es: et te habitaculum magnum diabolo preparasti. Discede a seruis dei deceptrix illecebrosa: nos enim aliter militamus. Sicq; illam miseram exprobrās dimittēs recessit. At illa deceptionis sue pudorem nō ferens: secq; detegi timens nisi ipsa prior detegeret/Alexandrie prefectum adijt: scelestum iuuenem christianam religionem simulātē denuntiat: qz quum medendi gratia (inquit) a me vocat? eēt in infirmitate: eo q; diceretur perit? in arte: impudenter ausus est mihi loqui: et ad crimem hortari: et nisi vocem dedissem et ancille mee solatio liberata fuissem: sua me libidine captiuasset. Prefectus hec audiens et furens statim ad monasterium destinauit famulos suos iubens Eugeniam cum suis vinctos duci: et presentatos eos in diuersis custodijs carcerum mādauit includi impudente fama per totam Egyptum diffusa. Oēs credebāt: oēs cōdemnabant: oibus videbat verissimile Melanciā illustrē feminā mētiri nō posse. Cōstituta igit die cōueniunt ciuitates in vicino posito vt videant ferarum morsibus tradi corruptores. Aptant q; eculei verbera/flāme/tortores/et cetera q̄ cordis abscondita solent extorquere preparant. Et adducta Eugenia tait coram omni pplo Philippus perfectus. Dic sceleratissime christianorū. Hec Jesus vester vobis tradidit vt operam corruptioni detis: et fraudulenta astutia pudorē matronalem capiatis? Eugenia autē capite demisso ne posset agnosci rūdit. De? meus Jesus xp̄s cui seruio castitatē docuit: et eā seruantibus vitā eternā pmittit. Et in hanc falsam testē sententiā retorquentis: pbabimus crimen eō objcit in eam redundare tpe suo. Et ad Melanciā ait. O Melancia nigredinis nomen: tenebrosa malitia: precipe ancillā tuam adduci vt possint ex ore eius mendatia refutari. Quumq; adducta fuisset ancilla cepit dñe sue ab ea suborrata testimonium contra Eugeniam ferre: ceteriq; de familia eius. Iratus autem prefectus ait. Quid adhuc infauste dicturus es: quē totum reuincunt testes? Ad hec Eugenia: Tempus est loquendi: qz transit tempus tacendi: Tanta quidem est virtus nois christi: vt et femine in timore eius posite virilem obtineant dignitatem. Ego igitur femina viriliter agendo virum gessi: virginitatem q̄ in christo est fortiter amplexando. Hec dicens tunicam qua induta erat a capite vsq; deorsum scidit: et femina apparuit. Et subdidit. Tu quidem scōm carnem mihi es pater claudia mater fratres mei qui tecū sedent Anitus et Sergius Ego autem pro amore christi mundum cum suis delicijs respui. Et ecce prothus et Hyacinthus eunuchi mei cū quibus schola christi ingressa sum. Agnoscentes igitur eam pater mater fratres et serui cum lachrymis amplexib? eius incumbebant in conspectu populi. Vestimēta auro texta afferuntur et (licet inuita) induitur atq; in excelso pro tribunali collocatur et ab omni populo acclamatur. Unus est verus deus christus qui est verus deus christianorum. Et ne tanto gaudio populi esset probatio castitatis: visus est ignis de celo descendēs qui Melancie domum ita circundedit: vt nec vestigium alicuius quod ad eam pertinerer remaneret. Fit ergo gaudium populi cum timore dei. Baptizatur Philippus prefect?: Claudia eius vxor et filij omnis familia innumerabilisq; multitudo paganorum ad christum conuertitur. Suscipiunt christiani priuilegia: et omnis Alexādrie ciuitas quasi vna ecclesia. Conspirat omnis ecclesia in episcopatū Philippi. Deponitur ab imperatore: Philippus a prefectura propter christianismum assuptum: sed a fidelibus in episcopum electus ordinatur. Qui ieiunijs et orationibus vacans et alijs sanctis operibus demum martyrio coronatur. Sed Eugenia cum matre et fratribus. Prothо et Hyacinthо reuersi sunt Romam. Que plurimos verbo et exemplo trahebat ad fidem. Et inter alios quandam nobilissimam virginem desponsatam illustri viro nomine Pompeio. Virgo autem dicebatur Basilla. Quadam autem die ait Eugenia ad Basillam. Reuelatum est mihi a deo q̄ te magnum virginitatis premium expectat. Et Basilla ad eam. Et mihi reuelatum est q̄ martyrij coronam duplicem accipias. vnam: quam apud Alexandriam pro iustis laboribus acquisisti: aliam quam ex effusione sanguinis acceptura es. Hic Eugenia residentibus sanctis virginibus: multis sermonibus eas de castitate seruanda admonuit/et eas domino commendans discessit ab eis. Eadem die vna ex ancillis Basille accusauit eam apud sponsu suum Pompeium q̄ christiana effecta esset sponsa suamec ei nubere vellet: et hoc per Prothum et Hyacinthū factum esset p magice artis doctores. Pompeius post q̄ percepit sponsam suam nolle eū vel videre: asserentem se christo integrum corpus custodire furens ipse prostrauit se coram imperatore dicens. Sacratissimi principes Romanis vestris succurrite: et deos nouos quos Eugenius de Egypto adduxit secum ab hac vrbe pellite. Ecce christiani coniugū gratiam separant sponsantes sibi associant inuenti sunt ab eis dij qui nasci homines prohibeant. Tunc decreuit imperator vt Basilla aut sponsum reciperet: aut gladio feriretur. Eugenia vero aut numinibus sacrificaret: aut crudeliter interiret. Quum autez Basilla spō sum recipere renueret dicens se sponsum habere christum dei filium regem regum: quia ex regio genere erat et publice audiri non poterat: intra domum gladio transuerberata est. Prothus vero et Hyacinthus ducti ad templum iouis quuz cogerentur ad immolandum ei: cecidit simulachrum ad pedes eorum et ita comminutum est vt vbi fuerit non compareret. Quod prefectus Ulcetius attribuens non virtuti dei sed magice arti fecit eos decollari. Idem prefectus accersita Eugenia cepit ab ea inquirere de artibus magicis. Cui illa constanter respondit. Confiteor tibi q̄ ars nostra maior est arte magica. Nam magister noster habet patrem sine matre: habet matrem sine patre: habet vxorem virginem que sibi quotidie filios creat: et in amore eius omnino perdurat. Quū ast ducta fuisset ad templum Diane vt immolaret: ea orante terremotus factus est: et templi fundamenta cū idolo subuersa sunt. Tunc fit concursus populi Romani/et sermo de ea in varia fertur: alijs innocentem et sanctam: alijs magam affirmantibus. Relatione ast facta a prefecto imperatori super ijs iubet Eugenia saxo alligata in Tyberim iactari. Quo facto statim saxum diruptū est. Eugenia superse dens ita fluuiali aqua ferebatur: vt omnibus appareret illū esse cum ea in flumine ne abscondereturiqui cum Petro fuit in mari ne mergeretur. Iterum inde sublata in thermarum fornaces mittit: que statim extincte sunt. Post hec in tenebrosum carcerem mittitur per. xx. dies sine luce et cibo ibi dimissa: sed quotidie abundabat ibi splendor. Saluator etiaz ibi apparuit: de cuius manu panem niuei candoris accepit confortans eam. Die ast natalis dñi missus est spiculator q̄ eam in carcere percussit. Cuius corpus non longe ab vrbe in proprio predio sepultum est: vbi multos ipsa sepelierat. Claudia ast mater eius quum ad sepulchrum eius cum lachrymis oraret apparuit ei Eugenia cum veste auro texta in medio multitudinis virginum consolans eam et dicens patrē scilicet Philippū et virum suum in numero patriarcharum collocatum: et ipsam sequenti die dominica a domino in celo suscipiendam. Que domum remeans filijs suis in domino instructis die prefata emisit spiritum: ipsamq; filij sepelierūt iuxta Eugeniam. Et in timore domini proficientes post conuersionem multorum per eos factam paganorum migrarunt ad regna celorum. Et notandum quod ista Eugenia simulauit se virum vt reciperetur in monachum: et assentiret prefici in abbatem: licuit iure poli non iure fori. Inspirata enim fuit ad hoc a spiritu sancto: cuius lex non subjcitur legi humane. xix. q. ij. due sunt leges. Uū huius exēpla sequi non licet: nisi qui haberet ad hoc specialem inspirationem a spiritu sancto: et sibi esset certum. Una regula iuris in. vj. de regu. iu. Que a iure communi exhorbitant in consequentiaz non sunt retrahenda. Sed et tunc temporis nondū erant instituti canones ista prohibentes.

Philippus.

Basilla

Prothus Hyacinthus.

claudia

Eusebi? Uincen Uincenti Pere grinus et Poten tianus

§. XIII. Tēporibus quoq; Cō

modi seuiente persequutione in xp̄ianos: aduenientе natali die ipsius Cōmodi edictum ab eo exijt: vt omnis plebs Romane vrbis in vnum conueniret: et in laudem Herculis et Jouis pompatica voce acclamaret. Quod et factum est. Nā rex sedem ascendens publice indutus regia cum mitra turificauit auream statuam Jouis. Et omnis populus acclamauit. Protector esto Hercules reipublice: et defensor libertatis Romane audacie. Eo tempore morabantur in quodam vico aliqui xp̄iani nominis cultores: et inter ceteros Eusebius Uincēti? Peregrin? ac Potētian? qui oia sua pauprib? erogauerant: vt expediti? deo seruirent pro ea mori desiderantes. Hi audito edicto Commodi per vicos discurrebant: omnibus predicantes vt recederent a cultura demoniorum et penitentiam agentes crederent in deum trinum et vnum baptismū suscipiendo. Ad horum doctrinam cōpunct? q̄daz senator Julius noie credidit in christū cū domo sua: et baptismū per Rufinum presbyterum suscepit: adeo feruens effe-

et' vt pro christo mori optaret. Quod quum audisset Cesar ad se iussit adduci: eiq; ait. Iuli qualiter amens effectus es: vt deserens Iouē t Herculē sequeris nescio quam amentiā vanam? Cui viriliter respondens Iulius ait. Tu simul penas cum ijs tuis sustinebis: quos vano errore deos esse temerario ore mētiris. Cōfusus Cesar cuidā magistro peditū Uitellio nomine cōmisit causam huius exquirendam: t si sacrificare Herculi nollet: eius facultates auferri t morte dānari. Suscipiēs aūt eum Uitellius animo ferus t omnibus viriis obsessus: eū in carcerē trusit. Et post triduū ante tribunal suum ipsum nudū t catenatū adduci fecit: ad sacrificandū exhortans ijs eor ne periret: nec haberet in quo cō fideret. Respōdit Iulius. Fiducia mea vita eterna est: t spes mea christus est; q̄ te cū principe tuo dānabit in eternū. Ob que furore replet' Uitellius iussit eū tandiu fustibus cedi quousq; spiritū exhalaret. Hui' corpus occulte rapiētes Eusebius cū aliis supra nominatis deuote sepelierunt. Hoc audiens Uitellius fecit illos capi. Quibus adductis fatereni illū spelisse: nec timere minas suas: ꝛ omnib' votis pro christo pati affectare: iussit Uitellius eos in oculeo suspendi: t neruis t fustibus cedi. Cui Eusebi'. Ante deficiet tibi ad torquendum nos tempus: q̄ mihi deficiat in christo perstistens animus. Dixit aūt Uitellius ad astantes. Iſti securi de arte magica in tormētis gaudent. Respondit autem Uincēti' Nos gaudemus t exultam' in domino Jesu christo. Deinde quū iussisset Uitellius flammas laterib' eorū applicari: illi alacres effecti dicebāt. Gloria tibi domine: qui nos tua visitatione circundas. Unus vero ex carnificibus nomine Antoninus oculis intentis eminus vidit cū spōgia iuuenē stātē fulgore nimio coruscantē t eorū latera extergentē. Tunc emissa voce cum ingenti gaudio cepit clamare. Unus est verus de' christianor: quē hi euidētissima ratione predicant. Video angelū domini circunstantē eos: t a pressura flāmarū protegentē. Tunc iudex velut leo fremens cepit clamare dicēs. O ars magica: o seductores: q̄ alienauerūt mente sua volem clarissimū in republica. Deuouitq; statim Antonin' se in christum crediturū: t ad Rufinum presbyterū accedēs baptisma suscepit. Deinde Uetelli' de eculeo depositis ait. Ut quid vobis ipsis ita crudeles estis? cur non deponitis insaniā vestrā: adorātes eos quos principes iusserunt: vt fruamini nobiscū vita iſta? Beatus Uincentius respondit. O infelicissime omniū: tu crudelis qui tibi ipsi non parcis: nos iā in gloria constituti sumus: tu vero cū principe tuo in gehennam peribis. Tunc Uitelli' precepit linguā sancto Eusebio abscindi. Accurrens autem Antonius clamabat dicens. O Uitelli miserrime q̄ d tibi cū iustis: istiscur eos cruciās? Cepit autem Uitellius sanguinē ex ore vomere. Athleta tamē domini Eusebius post abscissam linguam laudes in excelso christo dabat. Antoni' aūt iussu Uitellij ducta a carnificibus via aurelia decollatus est. Eusebi' aūt cum sociis post macerationē supplicior in carcerē trusi sunt. In quo apparens eis sanctus Julius confortauit predicēs puersionē custodis carceris. Accessit aūt ad eos in carcere positos sacerdos capitolij nomine Lepul': vt instrueretur a sanctis martyribus t baptizaretur: erat autem cecus. Qui eruditus in fide baptismū recepto lumie recepit. Quo miraculo viso custos carceris baptizatus est. Demum facta relatione de ijs Commodo imperatori iussit eos si non deos adorarēt plumbatis tandiu cedi quousq; spiritum exhalarent. Quod factū est t in domino quieuerunt. Porro Commodus imperator Colossi capite sublato (vt ait Euse. in chron.) sue imaginis caput iussit imponi. Item Commodus multos nobilium interfecit. Et spectacula populo Romano prebuit insignia. Incendio Rome facto palatium et edes Veste dee plurimaq; vbis paro solo coequatur. Flagitia (inquit Hugo Floria.) Aurelij Cōmodi imperatoris vbis pena prosecuta est. Nā capitolū fulmie ictū est: ex q̄ inflāmatio facta Romanā bibliothecā rapaci turbino cōcremauit. Porro Cesar Cōmod' cūctis incōmod' in domo vestali strāgulat' iteriit.

Antoni nus carnifex cō uertit ad chri stum.

Lepul'

§. XIII. Aelius aūt Pertinax se

ner a senatu imperator creatus est. Hic imperator sm Eusebium obsecrat' a senatu vt vlorem augustam t filium cesarem appellaret cōtradixit: sufficere testatus q̄ ipse regnaret inuitus. Erat effi septuagenario maior quū prefecturaz vbis ageret: t ex senatus consulto imperare iussus est. Tandem Juliani iurisperiti scelere occisus est. Quē postea Seuerus apud Miluinū pontē interfecit. Julianus autem qui sibi Romanum vsurpauit imperium: imperauit septē mensibus (ait Hugo) Sicq; inter Pertinacem t Julianum eius imperij successorem vnus annus absumpt' est. Seuer' igit genere Apher: qui se ex noie imperatoris quē occisum vlt' fuerat / Pertinacem voluit appellari; Romanum consequutus imperium: imperauit annis t xviij. secundum Hug. hic fuit natura seuus: multisque bellis lacessitus. Fortissime quidem rempublicam sed laboriosissime rexit. Nam Pescennium nigrum qui in Egyppto t Syria ad Tyrannidem aspirauerat interfecit. Judeos t Samaritas rebellare conantes superauit. Partosq; t Arabes coercuit. Et ad extremum Clodio Albino qui se in Hallia cesarem fecerat: Lugduni interfecto in Britanniam bellū transtulit: ibiq; magnis grauibusq; bellis sepe gestis insulā recepit. Quam t vallo t turribus crebris per centum triginta duo milia passuum a mari vsq; ad mare comuniuit. Hic etiam post Neronem quintā in christianos persequutionem exercuit: qua persequutione plurimi sanctorum per diuersa loca t prouincias passi referuntur. Inter quos fuit Leonides pater Origenis: qui pro christo capite plexus tenere adhuc eratis Origenem filium dereliquit: qui Origenes. xviij. etatis sue annum agens grāmaticam docens: inde sibi necessaris procurabat. Census enim Leonidis patris sui qui maximus fuerat: regio fisco p proscriptionem sociatus erat. Cepit autem Seuerus imperare: anno domini. cxciij. secundum Euse. in chron. Hic etiā Seuerus fuit acer ingenio: t grecis t latinis literis sufficienter instructus: t ad omnia que intendisset finetenus perseuerans: benevolentia vero in quos se inclinasset mirabili atq; perpetua: ad querendum diligens et ad largiendum liberalis: t in amicos t inimicos pariter vehemens. Hic primo fuit aduocatus. Primus et vltimus ex Aphrica imperauit. Cui successit in imperio filius Antoninus Caracalla. Quum enim Seuerus decedens apud Eboracum reliquisset duos filios. s. Antoninum qui t Bassianus dictus est: et Betam. Beta hostis publicus iudicatus interiit: t imperius Antoninus sumpsit. Qui Caracalla cognominatus est propter gen' vestis qō Rome ei erogauerat. Cui Antonino succesſit in impio Alexādri. ¶ Imperiū tū post Caracallam a macrino t Diadumeno fuisse administratū: t post eos ab Heliogabalo / cui successit Alexāder: toēs tradūt historiographi.

antoni. Cara calla.

§. XV. De Narcisso t Alexandro Hierosolymorum episcopis qui fuerunt circa tēpora Victoris pape t Seueri imperatoris. Hic Narcissus quum in die solēni vigilia pasche oleum deesset luminaribus: t quūq; illud per ministros innotuisset: meror maximus plebi fuit: sed Narcissus fidens ministris imperat haurire aquā: fibiq; deferri. Aquam vero sibi delatam post orationem benedixit t infundi luminaribus precepit. Tunc repente miro t seculis inaudito genere virtutis / natura aque in olei pinguedinem versa splendorem luminum etiam solito reddidit clariorem. Quumq; esset iusti t recti indeclinaliter tenax quidam homunculi nequam male sibi conscij metuentes ne crimium suorum si arguerentur non possent effugere vindictam: preueniunt factionibus: t circumuenire parant eum cuius iudicium verebantur. Concinnant igitur aduersus eum infame satis t noxium crimen: conueniunt auditores: testes ex semetipsis producunt: qui sub sacramento iuramenti que obsciebantur confirmarent. Quorum vnus testis ita ait: vt igni consumeretur si non vera diceret. Sed testabatur alius ita vt morbo regio corrumperetur. Tertius ita: vt luminibus priuaretur. Et quamuis nec iuramentis illis quidem quisquam fidelium t deum timentium crederet: eo quod vita Narcissi institutio t pudicitia noscereturab omnibus ipse tamen eorum que mota sunt indignitatem t modestiam non ferens / simul t secretam ac philosophicam vitam semper habere desiderans subterfugit ecclesie multitudinem: et in desertis locis t agellis secretoribus delituit annis quamplurimis. At vero ille magnus diuine prouidentie oculus quiescit in longum: sed in impios vltionem pro causa ipsa que sibi in periurijs statuerant maledicta molitur. Primus namque ille testis parua ignis scintilla noctis tempore domo sua succensa cuz omni genere omnicq; familia sua flammis vltricibus conflagrauit. Alius repente ab imis pedibus vsq; ad summum capitis verticem morbo regio quē fuerat imprecatus repletur atque consumitur. Tertius autem priorum exitum videns et oculum diuinum non se latuisse perspiciens prorupit in medium: et audientibus cūctis sera penitentia vniuersum contumacis sceleris pandit ordinem. Tantis autem lachrymis immanis commissi facinus deflet: et intantum die noctuque durat in fletibus vsquequo luminibus orbaretur. Hi igitur figmenti sui penas huiusmodi dederunt. ¶ Narcissus vero quum iam desertum petijsset: ac locis semet. secretioribus abdidisset: vt vbi iam degeret nullus agnosceret: necessarium visum est episcopis vt alium pro ipso ordinarent cui nomen erat Dius. Cui quum paruo tempore prefuisset ecclesie successit Hermanius et Hermanio Vigorius. Tunc

ecce

ecce subito velut rediuus celoq; redditus ex improuiso apparuit Narcissus: et rursus a fratribus ad presidendum ecclesie rogatur. Ueruntamen quum ipse iam senior pontificatus ministerio sufficere non posset: Alexander quidam genere Cappador ibi erat preclare vbis episcopus: qui Hierosolymam adorandi et sanctorum locorum visitandi gratia properauerat: ostensus est euidenter a domino non solū ipsi beato viro Narcisso: sed et alijs plurimis per reuelationes in plebe: vt ipsum in loco sancto episcopum detinerent. Preterea (quod super cetera omnia magis terrificum fuit) eo die quo ingressus vbem Alexander nuntiatus est: multitudo fratrum plurima extra portas in occursum eius egressa est: et vox celitus omnibus audientibus manifeste facta est: dicens. Suscipite episcopum qui vobis a deo destinatus est. Itaq; re ita completa vt predicta fuerat omnibus Palestine episcopis in vnum congregatis adnitente quoq; ipso vel maxime Narcisso Hierosolymitane ecclesie cum eo gubernaculum susce pit. Hec omnia scribit Eusebius libro hi sto. eccle. Refert autem Hieronymus: q; hic Alexander in fine cuiusdam epistole quam scribit ad Antinoitas super pace ecclesie ait. Salutat vos Narcissus qui ante me hic tenuit episcopalem locum: et nūc mecum eundem locum rogationibus regit annos circiter. xvij. et vos mecum precatur vt idem sapiatis. Septima autem persecutione sub Decio quo tempore Babillas Antiochie passus est: ductus est Cesaream et clausus carcere ob confessionem christi martyrio coronatur.

Babillas

§. XVI. Cecilia virgo clarissima

⁊ filio apud Aquileiam/ ⁊ Maximo ⁊ Balbino Rome imperatoribus: Hordianus adoleſcens qui prius fuerat Ceſar appellatus: ſauentibus omnibus Auguſtus et Imperator ⁊ ſenatus ſententia factus eſt. Et imperauit annis ſex. Fuit autem iuuenis letus/ pulcher/ amabilis/ gratus/ oībus literis pro etate doctiſſimus: vt prorſus nihil preter etatē deeſſet imperio. Diligebatur aūt a ſenatu/ a militibus/ ⁊ a populo: adeo vt poſtq̄ ipſe ſolus optinuit imperiū: inter milites ⁊ populum pax fit roborata. Nam Paulo ante tanta ſeditio inter illos fuerat: vt ad bellum inteſtinū ⁊ ciuile veniretur: ⁊ vrbs in magna parte incenderetur. Quunq̄ igitur oībus volentibus Rome Gordianus pacifice regnaret: quidam in Aphrica eius contēnentes etatē duce Gabiniano miſſi ſunt ei auferre imperiū. Quem ſtatim Gordianus per Maurita nie preſidem obſeſſum ad mortem coegit. Quia cōturatione compreſſa Gordianus filiam Miſitthei viri clariſſimi duxit vxorem. Erat autem hic Miſitheus in omni literatura doctiſſimus: eloquentia clarus: prudentia conſpicuus: omnibus venerabilis. Hunc ſtatim Gordianus poſtq̄ filiam eius duxit vxorem: prefectū pretorij inſtituit. Quo facto non puerile iam videbatur imperium: ⁊ quū optimis ſoceri conſilijs Gordianus obtemperans errare non poterat. Nam antea puer inſuetus regimini facile p ſpadones ⁊ eunuchos decipiebatur. Nam ij puero adulantes omnia vendebant officia: ⁊ indignos quoſq̄ ad ea promouebant. Sed poſtq̄ optimi viri Miſitthei verbis cepit acquieſcere Gordian⁹ omnia publica ⁊ priuata in melius ſunt mutata. Quod ex eorum epiſtolis euidenter apparet. Nam Miſitheus ſic ei ſcripſiſſe reperitur. Dño ⁊ filio Gordiano Auguſto Miſitheus ſocer ⁊ prefectus ſalutem. Quaſiſſe nos gaudeo grauem temporū maculam: quam per ſpadones illos qui amici videbantur ⁊ erant vehementer inimici: qui omnia ad voluptatem vēdebant: adeo vt ſi qua vitia fuerint non fuiſſe tua ſatis cōſtet. Mi filii: Neq̄ eſſi quiſq̄ ferre potuit datas eunuchis ſuffragantibus p̄poſituras: p̄fecturas/ preſidentias/ conſolatus/ ⁊ alia Romane reipublice officia. Preterea ad eorum ſuggeſtionē negata laboribus premia: aut interēptos aut liberatos per libidinē atq̄ mercedē quos non decebat: vacuatum erariū per illotā te inūdioſſime frequētabāt vt occiperent ſuggerebantq̄ vt bonos pelleres: malos retineres. Deo igitur gr̄as q̄ eo volente reſpublica emendata eſt. Cui Gordianus ſic reſpondit. Gordian⁹ imperator auguſtus Miſitheo patri et prefecto ſalutem. Niſi oī omnipotentem Romanum tuerentur imperiū etiam nūc p emptos ſpadones quaſi ſub haſta poſiti venderemur. Denicq̄ nūc demū (vt verū fatear) multa noui nō fuiſſe facienda que feci. Sz dijs gratias agemus q̄ te inſinuante qui mihil vendis: nobis ea refers que per ſpadones incluſas ſcire non potui. Mi pater: Uerū audias velim. Miſer eſſi imperator apud quem vera reticent: qui quūq̄ ipſe publice ambulare non poſſit neceſſe eſt vt audiat vel audita vel a pluribus roborata confirmet. Tantum autem valuit Miſitthei grauitas ⁊ ſanctimonia: vt ex puero Gordiano clarum principem faceret: ⁊ ſuis amabilem: hoſtibus vero formidabilem redderet. ¶ Inter hec Gordianus iam potens conſilijs ⁊ apparatu bellico Perſio ac Parthis bellum indixit: magnisq̄ belli apparatibus in orientes pfectus eſt. Tantaſq̄ Romanorum/ Italicorum/ ⁊ aliorum copias duxit: vt in primo conflictu inter Thraciam et Meſiam habito quicquid ibi hoſtium fuit/ deleuit: fugauit: ſubmouitq̄. Exinde nauigio in Syriam venit: atq̄ Antiochiam que a Parthis occupata tenebatur obſedit: in qua exiſtens frequentibus ⁊ grauibus prelijs Sapozem regem Perſarum qui ad obſidionem ſoluendā cum innumerabilibus copijs venerat: bello victum fugauit. Nec multo poſt quum Antiochiam recepiſſet: victorie exercitu tranſito Euphrate intra eorum regna Parthos inuaſit: multiſq̄ illorum expugnatis munitionibus cum Artaxerxe eorum rege difficiliſſimo bello conflixit: vicit: atq̄ fugauit. His victorijs potius Gordian⁹ tantum timoris Parthis/ Perſis/ ⁊ ceteris orientalibus nationibus incuſſit. vt ſponte ex omnibus ciuitatibus quas occupauerāt preſidia deducerēt: eōm pdā quam Romanis abſtulerant/ redderet. eoſq̄ inſequens vſq̄ ad intima Parthorum penetrauit. Sed iſta felicitas diu durare non poterat. Nam Miſitheus cuius conſilio iſta agebantur: Philippi artibus: aut vt alij volunt naturali morbo extinctus eſt. Qui tante reuerentie erat: vt ab omnibus ducibus/ tribunis/ centurionibus/ militibus/ diligeretur ac timeretur. In huius igitur locum Philippus quidam prefectus pretorij factus eſt natione Arabs: humili genere ortus: moribus ſuperbus. Qui ſtatim domino ſuo qui eum ad illud officium puererat ingrat⁹: illi inſidiari cepit. ⁊ cogitare cōtra illum aufferret impe ium. Nam (vt erat homo doloſus ⁊ callidus) tātum artibus ſuis effecit: vt naues que ex Egypto ⁊ Italia victualia deferebant: ab eo portu in quo applicari debebant exercitui proximo/ alium locum peterent. Deinde in ea loca deduxit in exercitum. vt milites annonari non poſſent. Ob quam cauſam ſeditio ⁊ clamor in exercitu moueri cepit: non intelligētibus Gordianum a Philippo deceptū. Inde Philippus per quoſdam ex ducibus quos ſibi muneribus conciliauerat/ diſſeminare in exercitu cepit adoleſcentem eſſe Gordianum: ⁊ ad gubernandum imperium minus idoneum aliūq̄ querendū qui poſſet in tanto diſcrimine ⁊ ſciret militibus iam fame laborantibus ſubuenire. Factumq̄ eſt vt iam Philippus ad imperium palam vocaretur. Quumq̄ in hocamici ⁊ fautores Gordiani aliquandiu reſtitiſſent: ad poſtremum compellente inopia ab exercitu Philippo imperiū mandatum eſt: iuſſumq̄ eſt: vt quaſi Gordiani tutor vna cū ipſo pariter imperaret. Suſcepta Philippus imperij cura cepit contra Gordianum ſuperbiſſime agere: adeo vt Gordianus quum ſciret ſe nobiliſſima familia ortum: nec iam pati poſſet ignobilis hominis ſuperbiam: ſperans Philippum ab imperio deiicere/ euocata exercitus parte conqueſtus eſt de Philippi ſuperbia. Sed voluerunt milites Philippum illi preferre. Poſt aliquot dies quū videret ſe a Philippo circumuentum Gordianus: nec vires ad reſiſtendū ſibi cerneret. petijt vt ſaltem inter eos equale eſſet imperium: nec impetrauit. Deinde petijt vt ſaltez loco Ceſaris haberetur: nec obtinuit. Ultimo vt prefecti officium exerceret/ quod negatum eſt. Poſtremo vt ducis loco in exercitu haberet ⁊ viuere tolerare. Ad qō quum pene cōſenſiſſet: recogitans affectum ſenatus ad eum Gordianum ⁊ populi timens ne ei redderetur imperiū: ſubito captum per ſuos mandauit occidi clam: ⁊ ipſe ſolus ſibi vſurpauit imperium.

Philippus imperator creat.

§. II. Maximus q̄ ſucceſſit Ale-

xandro vt dicit Hugo floriacen. ꝓpter chriſtianiſſimum Alexandrū cui ſucceſſerat ⁊ Mamme matris eius familiā excitauit in clericos ⁊ ſacerdotes pſecutionem. Unde Rome Pontian⁹ papa qui Urbano ſucceſſerat martyrio coronatus eſt. In geſtis tamen Romanorum pontificum inquit Vincen. in ſpe. hiſto.

Pontianus papa

spe. histo. legitur q̄ Pontianus papa in eadem insula afflictus maceratus fustibus defunctus est. Et in locū eius est ordinatus Antheros: quē beatus Fabianus postea adduxit cum clero per nauim ad vrbem: t sepeliuit in cemiterio Calixti. Et de illo dicto Lyriaco papa de quo fit mentio in legenda beate Ursule: qui fuisse dicitur inter Antheron et Pontianum fm chron̄. Martiniañ. qui t martyrij suscepit cum illis vndecim milibus virginibus iuxtā Coloniā ab infidelibus: associat' eis cum alijs episcopis: nil dicitur. Antheros autem natione fuit Grecus: t cathedrā tenuit annis duodecim t martyrio coronatus est. Quod dicitur in dicta legenda q̄ Lyriacus sustinuit sibi Antheron in papatu: videtur intelligendū q̄ suaserit eis ad quos spectabat electio/ q̄ illum vt sanctū virum eligerent ipso renunciante: quod t secutum est. Et notandū q̄ licet martyrij Ursule sancte cū vndecim milibus virginibus solēniter celebret ecclesia: t Colonie habeant valde multa corpora illarū: non tamen clare habetur quādo passe sint martyrijs: t quo imperante. Et aliqui dicūt temporibus his scz circa annum dñi. ccxxxvij. Alij q̄ anno dñi. cclxx. vel circa tempora Hunnorum. Primi mouentur ex eo q̄ Antheros papa qui dicitur successisse Lyriaco pape eunti cum illis virginib' Coloniam ibi martyrizato cum eis: fuit illo tempore. Sed mirum q̄ in catalogo pontificum nil de eo dicitur. Secundi mouentur ex eo q̄ Hunni a quibus dicūtur passe: fuerunt circa illa tempora christianos persequētes. Sed de Lyriaco papa nil dicitur q̄ fuerit illis temporibus. Indubie tamen credi debet eorū martyrium: reliquum deo dimitti.

Antheros.

Ursula.

§. III. Romanorū ergo. xxiiij.

regnauit Philippus: qui Philippū filium suū consortē imperij fecit: hi fuerunt vtriq̄ christiani. Et primi ex imperatoribus: expleto millesimo anno a conditiōe vrbis prima: que edificari cepit a Romulo tempore Achaz vel Ezechie regū Juda scōm Aug. de ciuitate dei. Quam ob causam pro solēnitate multa sacrificia facta sunt dijs a gētibus: t multi ludi theatrales tribus diebus t noctibus. Huic Philippo imperatori iam christiano interesse volēti vigilijs pasche t cōicare volenti restitit Fabianus papa vt ait Haymo. Nec permisit donec confiteretur peccata sua: t staret inter penitentes. Cepit aūt imperare anno dñi. cclvj. t imperauerit simul annis septem: vt dictum est. Qui facti christiani quū dispossuissent multa bona facere pro xp̄ianis: morte puenti violēta non sunt executi. Sed ipsis imperantibus non est illata psecutio christianis. Quod aūt egit Philippus erga Sozdianum: dolose scilicet procurando mortem eius: hoc t ipse recepit duce sui exercitus Decio: ab eo occisus proditorie vbi iuste iudicante vt dicetur.

Imperatores xp̄iani primi fuere Philippi.

§. IIII. Hi autem imperatores:

vt habetur in hystoria beati Pontij referente Vincē. in spe. histo. li. xij. c. xxxiij. conuersi sunt ad fidē christi per doctrinam Pontij. Fuit igitur iste Pontius filius cuiusdam senatoris vrbis qui vocabatur Marcus: mater vero Julia. Hec pregnans cum olim idolorum templa cum viro suo munera portans circūiret: venit ad templū Jouis. Quod quū ingrederetur: forte sacerdos velato capite infulat' ad Aram stabat. Qui arreptus a demone / apprehendensq̄ velamen simul t infulam cepit eam minutatim scindere: voceq̄ mirabili eiulans omne templum clamoribus complere. Hec mulier / inquiens / eum in vtero gestabat: qui magnum hoc templum funditus subuerteret. Quūq̄ iterum atq̄ iterum has voces repeteret. Marcus t Julia hec audientes / erangues effugiunt in prope positam domum: arripiensq̄ Julia sarum / aluum suaq̄ latera tundens aiebat. Utinam eum nō concepissem per quem magnum templum et numina eius erunt euertenda! Melius est vt ego ipsa cum hoc deficiam. Quūq̄ dies pariendi aduenisset: edidit puerū honestū sine vlla macula quē credebant tantis supplicijs maceratū exanimē generari. Mater aūt pueri Julia interficere puerum nitebatur. Cui Marcus pater eius dixit. Sine non interficias eum: si Jupiter voluerit / vindicet se de inimico suo: nos autem non injiciamus manus nostras in eum. Sicq̄ conseruatus est paruulus: quem ex genere suo Pontium vocauerunt. Inde accidit vt in templa idolorum nunquam induceretur. Sed quum ad puerilem venisset etatem a magnis doctoribus imbutus omnium philosophorū fere vel diuersarum artium literas pollebat: omniaq̄ memoriter retinebat. Quūq̄ quadam die diluculo surgens ad preceptorem suum pergeret: audiuit christianos quibus sanctus Pontianus preerat: psallentes et dicentes. Deus noster in celo: omnia quecunq̄ voluit fecit in celo t in terra. Simulachra gentiū argētum t aurum opera manuum hoim. Hec audiens puer t suspirās spiritusancto compunctus flere cepit: t eleuās palmas ad celū dixit. Deus cuius laudē isti decantant: ostende mihi notitiam tuā. Cepitq̄ pulsare ad ianuam vbi psallentes erant. Tūc sanctus papa reuelante ei spiritusancto ait. Aperite t sinite intrare puerum: talium est enim regnū celorum. Puer ergo Pontius relictis pedagogis suis in vico: ingressus est cum vno adolescentulo qui cum eo studebat / nomine Valerio: t inquisita veritate de carmine q̄ audierat eos cantare: a sancto Pontiano in fide cum collega suo salubriter instructus est. Qui abeuntes leti quotidie rediebant ad hoiem dei: t audiebant verbum salutis. Quumq̄ rediret Pontius ad patrem suum: t requisitus an percepisset aliquid a preceptoribus suis: aiebat. Nunq̄ melius a magistris meis audiui q̄ hodie vel heri. Eādem ipsi patri suo idola nihil esse ostēdit. Et introducto ad eum sancto Pontiano ad fidem eum conuertit: ita q̄ ipse Marcus simul cum sancto Pontiano t filio suo omnia idola sua confringens manibus suis: baptismā cum filio suo t omni domo sua suscepit. Sed non multo post patre defuncto, puer Pontius apprehensus a militibus t in curiam perditus nolens ac repugnans loco patris sui constituitur. Eademq̄ gratiam ei dominus contulit: vt in omni curia vel palatio ab omnibus amaretur. In ipsis diebus sanctus Pontianus papa gloriosa morte migrauit ad dominū: post quem Antheros t deinde Fabianus in papatu succedentes ipsum Pontium vt patrem filium diligebant. Sanctus autem Pontius iam perfectus in deo / omnes facultates suas accipiens a beato Fabiano tradidit: qui eas pauperibus distribuit. Duobus autem Philippis imperatoribus quum esset amicus scilicet patri t filio: quadam die quū millesimus esset annus ab vrbe condita: dicūt ei. Eamus t reprobitiemus nobis deos magnos: qui nos in huius anni millesimi circulus natalis Rome perdurerunt. Quos quum beatus Pontius diuersis excusationibus declinare videretur illi velut amicum cogebant ad sacrificandum. At ille videns sibi datam a domino occasionem ait. O pissimi imperatores quum a deo principes homi num ordinati sitis: cur non ei qui vobis hunc honorem prestitit / ceruices vestras flectitis: t ei soli sacrificia offertis laudis? Philippus imperator ait. Propterea ego deo magno Joui sacrificium offerre desidero qui dedit mihi hanc potestatem. Tunc pontius subridens ait. Ne erres imperator. Est verus deus in celo qui cuncta verbo suo constituit: t ea spiritussanctus animauit. Quid plura? His et alijs verbis imperatores credentes baptisma a sancto Fabiano receperunt. Qui Fabianus t Pontius idola omnia magni templi destruxerunt: t ipsum templum funditus euerterunt. Multiq̄ de populo ad notitiam domini concurrentes baptismum alacriter susceperunt. Procedente autem tempore imperantibus Valeriano t Galieno: t christianos persequentibus: beatus Pontius post mortem Philippi patris et filij imperatorum fines Italie transiens vrbem sub iugo Alpium procul sitam petijt. In illis autem partibus presides, quidam nomine Claudius audito de eo suis tribunalibus eum iussit adduciteq̄ dixit. Tu es Pontius qui vrbem Romanam nescio p quam seditionem perturbasti: insuper t priorum principum mentes abalienasti? Cui respondit Pontius. Neminem perturbaui neq̄ subuerti: sed ab erroze demonum ad deum verum conuerti. Quumq̄ non posset ad sacrificandum adducit ait preses. In eculeo extendatur: vt omnia tormenta per membra eius decurrant: t tunc videamus si deus eius eruat eum de manibus nostris. Quumq̄ aptaretur in eculeo dixit beatus Pontius. Licet incredulitas tua dicat deum nostrum impotentem ad me eruendum: tego tamen credo in nomine domini nostri Jesu christi q̄ pene tue ad nihilū redacte nullum corpori meo dolorem incutient. Quum ergo in eculeo tenderetur: magno sonitu est confractus eculeus: ita vt in puluerem redactus non cōpareret: t ministri repentino fulgure facto exanimes redderentur. Sanctus vero Pontius letus t interritus ait. Vel nunc incredule discere quia deus noster est potens pios de tentatione eripere: t vos iniquos in die iudicij perpetuo igni deputare. Tunc preside cōturbato suasit ei Anabius adsessor vt duos vsi magni ad eum in arena mitterentur qui eum deuorarent. Quo facto vsi de caueis egredientes venatores qui eos instigabant discerptos consumpserunt: sanctum vero Pontiū non tetigerunt. Exin de ibi ibi arena coram populo ignem circa eus copiosissimū fecit accendi: qui nec vestimenta eius in aliquo lesit. Quum aūt diceret preses vt sacrificaret deo Appollini vt euaderet alia tormenta: rñdit. Pontius. Ego sacrifico corpus meum domino Jesu christo: vobis autem t principibus vestris cito superueniet diuina vltio: quia iniuste persequimini seruos christi. Demum iussit tyrannus eum decollari. Quo peracto eadem hora Claudius linguam sibi manducans a diabolo

Diuus pōtius.

Mortē sanctus Pontius patiens.

Philippi impatores baptizant.

suffocatur: ⁊ adsessor eius: ⁊ Valerianus imperator a rege Persarū Sapore in bello captus fuit: ⁊ miserabiter tractat⁹ Et Galienus Mediolani a militib⁹ gladijs cōfossus.

Decius imperat⁹

§. V. Romanorum. xxv. impe-

rauit Decius annis duobus ⁊ mensibus sex: vt testatur Eusseb. in chron̄. Et cepit imperare anno dñi. cclij. Hic ex Pannonia inferioribus Dalmatijs natus fuit. Qui Philippum imperatorem quū ei ab vrbe Veronā occurrisset reuertenti de bello cum victoria ad ipsum honorandum: dolose occidit Et vsurpans sibi imperium ad vrbem veniēs: vt videretur zelo cultus deorum illorū occidisse dominū suum quia christianus erat: mouit persecutionem diram contra Christianos: plurimos interficiens: ⁊ inter illos Philippum filium prefati Philippi imperatoris. Sub persecutione decij passa est beata Agatha virgo nobilis genere: pulchra corpore: speciosior fide in Catina ciuitate Sicilie. Quū em̄ prouinciam illam regeret quidā nomine Quintianus: audita eius fama nobilitatis formositatis ⁊ diuitiarū: iussit eam sibi sisti. Et audiens ab ea quia Christi ancilla esset: nec dijs sacrificare vellet: tradidit eam custodiēdam ⁊ inducendā ad veneration̄ deorum cuidā turpissime mulieri Aphrodisie nomine que septem filias habebat turpitudini deditas: sicut ⁊ ipsa. Hec cū filiabus per triginta dies suadere nitebantur: q̄ñq̄ blanditijs: quandoq̄ minis: vt presidi assentiret. Sed quū frustra laborarēt: dixit Aphrodisia tyrāno. Facilius possent saxa emoliri: quam mens huius puelle a proposito Christianitatis remoueri. Adducta igitur ante Quintianum ait prefes. Unum e duobus elige: aut sacrifica dijs nostris: aut diuersis supplicijs interibis. Cui sactā Agatha. Si feras mihi p̄mittis: audito Christi nomine mā fuescunt. Si ignē adhibeas: rorem mihi de celo saluificum ministrabit. Si plagas ⁊ verbera ingeras: habeo spiritū sanctum per quem vniuersa tormenta contemnā. Quū autē in sermonibus eum confunderet: iussit eam in carcerem trudi. Illa autem gloriante ⁊ leta ibat ad carcerem: ⁊ quasi ad epulas inuitata agonem suū domino precibus cōmendabat. Sequenti die mandauit eam coram se adduci: eiq̄ dixit. Quid tractasti de salute tua? Cui illa. Salus mea Christus est. Et ille. Adhuc audes christum nominare? Respondit ipsa. Ego illum inuocor ⁊ dum vixero: innocare non cessabo. Quū autem iussu tyranni in eculeo torqueretur. Ego (inquit) ita in his penis delector: sicut qui audit bonum nuntiū: aut sicut qui videt diu desideratum. Oportet enim triticum flagellari anteq̄ ponatur in horreum. Furens autem Quintianus precepit in mamillis torqueri: ⁊ diutissime tortā abscindi. Cui sancta Impie crudelis ⁊ dire tyrannemon es confusus amputare in femina quod ⁊ ipse in matre suxisti? Ego mamillas integras habeo in aia mea. s. intellectū ⁊ voluntatem: quas ab infantia domino cōsecraui. Post hec iussit Quintianus in carcerem eam recipi: prohibens ei ingressum medicorū: ⁊ nec panem nec aquam ab aliquo sibi ministrari. Sed circa mediā noctem apparuit ei quidam senex in forma medici secū medicamenta ferens: sc̄z apostolus Petrus. Quem precedebat adolescens id est angelus portator luminis. Qui dixit ei. Filia quando ista supplicia sustinebas ubi eram: ⁊ nunc ideo ad te veni: vt per me recipias sanitatem. Respondit Agatha Medicinam carnalem corpori meo nunq̄ adhibui: ⁊ sed habeo dominū Jesum christū qui solo sermone restaurat vniuersa: hic si vult potest me curare. Quūq̄ illa recusaret medicamentū: subridēs senex. Dñs Jesus christus me misit ad te: ego enim sum apostolus eius: ⁊ in nomine ei⁹ scias te esse sanatam. Et subito eo disparēte Agatha ego gratias egit de visitatione ⁊ sanitate. Et de immenso lumine apparente in carcere custodes exterriti fugerūt: ⁊ carcerem apertum dimiserunt. Aliqui igitur rogabant virginem vt abscederet. At illa. Absit (inquit) vt fugiam: ⁊ coronam patientie perdā: ⁊ custodes meos tribulationibus tradam. Post quatuor dies dixit ei Quintianus adstāti vt deos adoraret: ne adhuc supplicia sustineret. Cui illa. Miser sine intellectu ⁊ sine sensu quomodo vis vt imagines ligneas ⁊ lapides adorē: ⁊ deū celi qui me sanauit dimittam. Et Quintianus. Quis te sanauit? Rndit Agatha. Dñs Jesus christ⁹ dei filius. Et ille. Nūc vide debimus an xp̄s te sanabit. Imperauit ergo tyrann⁹ testas fractas spargi: ⁊ carbones ignitos submitti: ⁊ ibi nudam voluitari. Quod quum factū fuisset: factus est terremotus magnus: qui totam ciuitatem ita concussit: vt pars muri iuxta quē erant corruens duos consiliarios Quintiani opprimeret. Quūq̄ populus cōcurreret clamans hec cōtingere propter iniustum Agathe cruciatū: exterritus Quintianus ⁊ se ditionē populi formidās iussit in carcerem remitti. Que ingressa orauit ad dominū: ⁊ spiritum dño reddidit immaculatum. Quod audientes fideles corpus eius cum aromatibus in sarcophago quū collocarent: ecce subito angelus in forma iuuenis albis induti attulit tabulam marmoream: ⁊ posuit ad caput eius in qua hec verba sculpta erāt. Adenitem sanctam: sc̄z habuit spontaneā: sc̄z se obtulit: honorem deo: sc̄z dedit: et patrie liberationem fecit. Hoc miraculum audientes multi ex iudeis et gētilibus sepulchrum eius venerari ceperunt. Quintianus vero pergens ad inquirendum possessiōes eius vt raperet: quū esset in nauj: duobus equis calcitrantibus proiectus est in flumen: ⁊ nusq̄ potuit inueniri. Reuoluto anno martyrij eius mons maximus qui est iuxta dictam ciuitatem emisit ignem: qui quasi torrens de monte descendens ⁊ saxa ⁊ terram comburens ad ciuitatem appropinquabat: vnde multitudo paganorum currens ad sepulchrum beate Agathe tulit cortinam qua erat cooperta: et oppositā igni protinus retinuit ipsum.

Sancta Agatha.

§. VI. Eo tempore Decius im-

perator persequēs christianos quū venisset Ephesum: iussit edificari templa in medio ciuitatis: vt oēs cū eo miscerētur in sacrificijs idolorum. Quum ergo oēs christianos inquiri fecisset: ⁊ inuentos aut sacrificare compelleret aut mortis tanti penarū terror cunctos inuaserat: q̄ amicus amicum: pater filiū: filius patrem abnegaret. Tunc in illa vrbe inuenti sunt septem nobiles Martinus / Martinianus / Dionysius / Serapion / Joannes / ⁊ Constantinus. qui hoc videntes nimis dolebant. Et quum essent primi in palatio: sacrificia idolorum spernentes in domo sua se celabant: ⁊ ibi ieunijs et orationibus vacabant. Accusati igitur ante Decium statuuntur ⁊ comprobati veraciter christiani / dato eis respiscendi spatio vsq̄ ad reditū Decij dimittuntur. Et illi interea patrimoniū suū pauperibus distribuētes: tinito consilio in monte Celion secesserunt: ⁊ ibi esse secretius vsq̄ ad reditū Decij latere decreuerunt. Diu ergo ibi latentibus vnus eorum ministrabat. Et quoties intrabat vrbem: in figura ⁊ habitu mē dici se exhibebat. Reuertētes ergo Decius eos ad sacrificandum perquiri faciebat. Marcus autē qui ciuitatem pro necessarijs intrauerat hec audiens: territus ad socios rediit ⁊ furorem imperatoris eis significauit. Quibus grauiter exterritis: Marcus nihilominus panes allatos obtulit: vt cibo confortati fortiores ad prelium redderentur: Facta igitur cena sedentes ⁊ colloquentes in luctu ⁊ se exhortantes ad inuicem subito vt deus voluit obdormierunt. Facto autem mane quū quesiti a Decio inueniri nō possent: tandem nunciatum est Decio eos bona sua pauperibus erogasse: ⁊ in proposito christianitatis p̄manētes in mōte Celio latitare. Jussit ergo Decius os spelunce dicti montis lapidibus obstrui vt ibi nō valentes egredi fame ⁊ siti morerent incluſi. Quo peracto duo christiani martyrij eorū describētes caute inter lapides scripturam posuerunt. Qualiter autem post annos multos imperāte Theodosio suscitati sunt: dicet infra.

Martin⁹ Martinian⁹ Dionysius Serapion Joānes et Constantin⁹

§. VII. Eodez Decio imperāte

apud Lampsacū ciuitatē comprehensus est Petrus: et proconsuli vt christianus presentatus. Qui quū christianum se esse constanter profiteretur: iussit proconsul eundem adolescentulum speciosum in rotis tendi: ⁊ ad ligna in circumitu posita vinculis ferreis totum corpus eius fecit constringi quo contorto effracta minutatim ossa eius deficerent. At quanto magis torquebatur: tanto fortior apparebat: ⁊ tyranni stultitiam ridens christo gratias agebat. Cuius proconsul perseuerantiam videns iussit eum gladio percuti. Et quū ad ciuitatē Troadem perrexisset: oblati sunt alij tres xp̄m colētes / Andreas / Paulus / ⁊ Nicomachus: qui quū christianos se esse libere profiterētur: iussit proconsul Nicomachum torqueri. Quumq̄ nimium torqueretur: et iam ppe esset vt emitteret spm̄: exclamauit se nunq̄ fuisse christianum: ⁊ sed demonibus sacrificaturum. Tunc iussus deponi quū sacrificasset: a demonio arreptus est: ⁊ elisus in terram comedēs linguam suā dentibus expirauit. Puella autem quedam nomine Dionysia decem ⁊ septem annorum exclamauit dicens. O te infelicissimū hoim qui ꝓpter vnius hore spatiū perpetuam ⁊ inenarrabilem penā acquisisti. Interrogata autem confessa est se christianam: ⁊ ideo infelicem illum plangere: q̄ non adhuc modicū toleraſſet: vt perpetuam requiem inueniret. Proconsul autem iussit illam duob⁹ iuuenibus corrumpendā tradi. Andream vero ⁊ Paulū conclusi. Quumq̄ iuuenes ad hospitium suū virginem duxissent: pugnantibus eis vsq̄ ad noctem vt vim turpitudinis ei inferrent: marcescebat eorū libido. Apparuit autem eis iuuenis splendidissimus per noctem totam domum illuminans: vnde timore percussi ceciderunt ad pedes virginis: rogabantq̄ eam vt ꝓ ipsis interueniret: ne quid mali contingeret eis. Videns autem proconsul q̄ non posset Pauli et Andree constantiam superare

Petrus adolescens.

Dionysia.

Andreas et Paulus.

superare flagellis cesos tradidit eos populo: qui traxerunt eos per pedes extra ciuitatem vt lapidarent. Quod audiēs Dionysia de manib⁹ custodū euadēs cucurrit ad eos: iacta uitq; se super eorum corpora dicens. Concidar etego vobiscum beati famuli dei nec ab hac colluctatiōe vestra inueniar aliena. Quod audiens procōsul iussit eam gladio interfici. Paulus aūt & Andreas lapidibus obruti sunt. Vincen. in specu. histo. lib. xij. c. xlvj. ¶ Ipso quoq; Vincentio cap. xlvij. referēte er gestis eius sanctus Eriphon sub decio passus est: qui ab infantia sua multis miraculis claruit in ciuitate Sansaduconie. Hic a matre sua caste enutritus: & a spiritu sancto & angelis edoctus fuit. Ad eum aūt venit quedā mulier ceca semiarida & a demonibus obsessa. Puer itaq; pa uefactus imposuit manus super caput eius & orauit pro ea. Demones aūt clamabant per mulierem dicentes. A septem annorum infante in gehennam mittimur. Quumq; sanctus Eriphon vrgeret eos exire: exclamauit demon dicens. Romam habeo ambulare ppter Eriphonē: vt ibi ad me veniat vocat⁹. Concutiensq; diabol⁹ mulierem & spumans ad orationem eus egressus est: & mulier sanata est. Demon ergo Romam pergens cuiusdā consulis senatoris prorem grauiter vexare cepit: & die tertio sancti Eriphonem vocare. Cuc inquiri fecerunt de Eriphone isto per ciuitates & castra. Demum inuentū in pascuis oues pascentem: impositum super equum Romam adduxerūt. Ibiq; existens liberauit illam a demonis vexatione. Quo facto per angelos reductus est in patriam suā Sansaduconie. Iurgianus aūt vir magnus qui Rome haberet filiam vnicam: diabolus ingressus in eā vexare cepit: & clamans vocitabat Eriphonem aucarii: Jurgianum autem nimis contristatum de vexatione filie horta ti sunt amici vt perquiri faceret hunc Eriphonem: quē diabolus sepe nominans ostēdebat se timere. Missi igitur plurimi hincinde per diuersa loca ad hunc inueniendum: multi adducti sunt hoc nomine nuncupati: si forte aliquis eorum ille esset quem vocabat puella. Sed per nullius eorū presentiam sanari potuit. Post multū discursum ad huius inquisitionem demum inuenerunt puerū Sansaducone Eriphonem iacentem iuxta ripam lacus & pascentem aucas. Qui interrogatus an ipse esset: respondit se esse. Quem honorifice accipientes ducebant ad vrbem. Quū autem appropinquaret ad eam: cepit clamare diabolus per obsessam. Non possum hic amplius habitare: quia post triduū huc veniet Eriphon ille qui accepit potestatē aduersus nos. Sicq; diabolus dimisit illam. Superueniente autem tertia die Eriphone inuenit eam liberatam. Rogauit autem puerum pater puelle: vt si perfecte sanata esset: ostenderet ei demonem qui illam vexauerat. Quo ieiunante & orāte pro ea ret apparuit diabolus in forma nigerrimi canis et teterrimi: caudam habens ingentem demissam deorsum. Quem videns pater puelle exterritus est: rogās vt ab aspectu eius subtraheretur. Quod & fecit. Et per angelos in patriam suam reductus: vbi multis clarebat prodigijs. Deinde tēpore Decij deprehensus a militibus adductus est in ciuitatem Nicenam ante prefectū Aquilinū. Quumq; publice fateretur se esse christianū: interrogat⁹ cuius esset fortune? Respōdit sc̄z Eriphon. Fortuna non est apud christianos nec fuit. Si aūt vis scire: ingenue conuersationis sum. Et (quod maximum & egregiū est) christianus sum. Prefectus aūt suspensum iussit vngulari. Ipse autem prompte eruens vestimentum & proiciens super terram: cum alacritate gaudij dabat seipsum suspendi super lignū. Quumq; vngularetur: nulla vox egrediebatur ab eo. Sed immobilem cogitationē habebat in fide christi. Prefectus post hec iussit eū equis alligatum per campos trahi: quū esset grauissimis niuib⁹ hyems aspera. Exclamante aūt eo & dicente. Domine deus non patiaris in me dominari hanc iniquitatem: statim liberat⁹ est. Exinde iussit prefect⁹ fustibus cedi: & lampades lateribus eius apponi. Quum aūt torquerent eum: viderunt a splendore solis lumen circunstans: & coronam variis lapidibus exornatam super caput eius dilapsam. Unde timentes corruerūt in terrā. Tandem fecit eū gladio interimi. ¶ In Cesarea Palestine Decio imperatori qui iusserat oēs christico las vbicunq; inuentos cogi per varia tormenta ad sacrificia idoloz̄ presentata est virgo pulcherrima & nobilibus orta natalibus Reparata nomine: oppositi ei christianitatis titulo. Etatis autem erat. xij. annorū. Hec virgo a spūsancto edocta quum in disputatione sua confudisset imperatorem ostendens christū Jesum nō in diuinitate sua sed assumpta humanitate fuisse passum & mortuum pro salute humana sed virtute sue diuinitatis / quia deus & homo vna persona surrexisse a mortuis & ideo non propter hoc probari deum passum: vt Decius asserebat: quum minaretur si deos suos non coleret: grauia supplicioz̄ & varia genera. Respōdit illa propter quecūq; tormēta se xp̄m non deserturam. Unde tyrannus furore succensus in olla feruenti plumbum liquefactum super eam iussit infundi. qō conuersum est in liquores suauissimū: in nullo ea lesa. Exinde lampades ignitas super pectus eius apponi. Exinde in fornacē incensam mitti precepit. Sed nec ignis eam contristauit: immo leta psallebat Demū decollata est octaua die Octobris.

Sancta Eriphō.

Reparata Virgo.

§. VIII. Quum autē Decius im

perator babyloniam & alias prouincias superasset: christianos inuentos in diuersis locis Cordubā adduxit: et diuersis eos supplicijs interfecit. Eorum autem corpora duo subreguli Abdon & Sennes christianissimi sepelierūt. Inter ceteros inuentus est in Babylonia eps noie Polichronius qui quum nollet sacrificare: inclusus est in carcere cum clero suo & presentato coram se cum alijs clericis Decius dixit. Tu es Polychronius sacrilegus: q̄ deos non colis: et mandata principū contennis? Quo tacēte dixit Decius clericis eius. Obmutuit princeps vester. Cui respondit Parmenius presbyter. Nō obmutuit pater noster: sed precepto dñi vtitur dicentis. Nolite proijcere margaritas ante porcos. Justum ne tibi videtur vt os sanctū eius qō purificatus est inquinetur stercore? Tunc iratus Decius ait. Ergo nos stercora sumus. Jussitq; precīdi linguā ei⁹. Qua precisa clamauit dicens. Beate Polychroni ora pro me: quia video spiritum sanctum in te regnantē: & os tuū signantem: & mihi fauū mellis in os distillantē. Quūq; iterū monitus vt sacrificaret non responderet: iussit Decius os eius lapidibus cedi: & sic emisit spiritum. Quum autem Parmenius & alij clerici vincti catenis ducerentur Cordubā: soluti inueniebantur. Demū Decius imputās illa arti magice: post multa supplicia decollari fecit. Et Abdon & Sennes sepelierunt eos. Quod audiēs Decius captos & catenis vinctos Romā adduxit. Qui coram senatu adducti aut sacrificare dijs & libertate rerū suarum gauderet: aut morsibus bestiarum deuorari iubent. Qui contemnentes & spuentes in simulachrū ad theatrū adducuntur: & populo aspiciente duo leones & quatuor vsi ad eos mittuntur deuorandos. Sed in nullo fere eos contigerūt: quinimmo & eos custodiebant. Porro iniectis in eos gladijs occiderunt: & corpora eorum iactata sunt ante solis simulachrū: sed post triduum a Quirino sepulta.

Polychroni eps.

§. IX. Sub decio quoq; refert

Vincen. Secundianus rogatus vna cū Ueriano prefecturam agens in christianos deseuiebat: Qui sc̄z Secundianus secum tacitus cogitare cepit: cur christiani tanto amore flagrantes: mallent pro christi nomine duriter mori q̄ delicate viuere: et blandis principum persuasionibus assentire. Quūq; esset eloquentissimus & oim peritissimus: Marcellianū qui & ipse sapientissimus erat & christianorū persecutor ad domū suam inuitauit: & cū eo de varijs artium sermonibus disputauit. Tandem ad artem grammaticam sermonem retorquentes: ad locum Virgilij veniunt: vbi de interpretatione noui seculi loquens: velut apparente domino in carne renouatus est mundus: ita tempore Octauiam ad eius laudem suos describit libros dicens aurea secula modo nasci.

egloga quarta.

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo,
Jam redit et virgo: redeunt saturnia regna.
Jam noua progenies celo demittitur alto:
Tu modo nascenti puero: quo ferrea primum
Desinet ac toto surget gens aurea mundo.
Casta fave Lucina.

Quumq; perquirerent de quo Virgilius hec diceret: & cepit Secundianus loqui de christianis: q̄ tanto flagrabant amore: vt pro noie christi mallent mori q̄ idola adorare. Aiunt eū (inquit) resurrectionem & iudicium fore post mortem. Illam vitam post illam expectant: futuram perpetuam et immortalem: vbi nullus dolor et gemitus: sed pax et perenne gaudium. Idola vero: que nos adoramus deus eorū omnifariam abominabitur christus. Super his Marcellianus admirans ait. Quid est christus? Rūdit Secundianus. Christ⁹ dicitur vnctus. Nunquid non legisti q̄d eius historiographi dicunt: eū. f. mortuos suscitasse: leprosos mūdasse: cecos illuminasse? His enim signis christiani fidē dantes pro eius ardenti amore coronari desiderāt. Unde & ego credo q̄ ipse sit deus & dei filius: qui crucifixus & mortuus tertia die suscitatus ascēdit in celū. Quādo enim & a quo auditū est deos nostros talia fecisse: quos scimus semper sordidissime vixisse? His & alijs verbis eius assensit Marcellian⁹. Certi⁹ quoq; amicus ambox Uerianus filr. Hos igitur tres baptizauit Timotheus presbyter. sanctus vero Xistus papa consignauit. Post hec Secūdianus a Ualeriano prefecto requisitus

Secundianus, Marcellianus & Ueria nus.

introiuit ad eū: ⁊ subito immutatus est vultus eius tanq̄ vultus angeli. Valerianus vero ob tanti luminis fulgorem stupefactus ipsum interrogatum ⁊ in christianitatis ꝓposita permanentē iussit in custodiā tradi. Qui quū cōprehensus duceret a militibus in carcerē. Marcellian⁹ ⁊ valerianus clamabant, vt quid innocentem in custodiā retruditis? Si ꝓ confessione christi hoc patitur a nobis. Et nos christiani sumus qui eū ꝓ amore christi ad martyrium sequimur. Tunc iratus valerianus simul cū eo illos in custodiā poni iussit: ⁊ cesari Secundianū christianū effectū intimauit. Quod ille vt credens: eum ad se adduci fecit: ⁊ ait. O Secundiane cur immutatus est vult⁹ tuus? Qui respōdit. Clarior ⁊ hilarior solito nūc est vultus meus: qz iam in conspectu regis eterni contēplatione mentis adfisto: qui me de tenebris ad lumen perduxit sue visionis. Deniq̄ sancti dei iussu decij traditi sunt. Quarto ꝓmoto consulari Tuscie. Qui quum nollent ad imperium eius sacrificare ⁊ expoliati iussi sunt cedi. Ipsis aūt exeūtibus in simulachrū / ipm̄ cecidit ⁊ confractum est. Tunc ꝓmotus iussit eos in eculeo suspendi: ⁊ latera eorū vngulis radi. Illis aūt inter hec deo gratias agentibus: ad latera eorum fecit flāmas adhiberi. Quūq̄ diu assarentur: vnus ex ministris qui acrius ad torquendū insistebat / mortuus est: ⁊ alij a demonibus arrepti clamare ceperūt. O sancti dei vt quid vestris torquetis ꝓrationib⁹? hec tormēta que vobis iniuste inferim⁹ nos irremediabiliter cruciant: vobis aūt nihil mali ꝓstant. Videns hic ꝓmot⁹ / iussit eos capite trūcari: ⁊ in mare precipitari corpora eorū. Sed dei prouidētia ad litus puementia adeo datus ea sepeliuit. ¶ Item persecutione decij vt habetur in martyrologio) apud ciuitatē Tuscie Aretinam. iij. nonas Junij sanctorū martyrum Pergentini ⁊ Laurentini fratrū natale. Qui quum essent pueri: post dira supplicia tolerata / ⁊ multa miracula ostēsa / gladio occisi sunt. Alexādrie quoq̄ ea tempestate ꝓ fide christi capti Hieronymus: Arsenius: Isidorus ⁊ Dioscorus puer. Qui diuersis cruciatibus dilaniati: quū iudex pari cōstantia fidei videret armatos: igni traditi sunt. Dioscorus vero multipliciter flagellat⁹ / diuino nutu ad cōsolationē fidelium est dimissus. ¶ Rome quoq̄ sub deciana persecutione Victoria virgo quū esset desponsata cuidam paganoꝛ nec nubere nec sacrificare vellet: post multa miracula ⁊ opera sancta: inter que plurimas virgines deo aggregauerat: gladio ꝓcussa est rogatu sui sponsi a carnifice. Plurimi alij (vt habetur in martyrologio) in diuersis mūdi partibus sub huius Decij ꝓsecutione martyrio coronati sunt. Sed (vt ait Hugo.) non possumus euoluere quante multitudines huius persecutionis igne furēte ⁊ in desertis ⁊ in mōtibus latitantes: fame siti frigore langore latronibus bestijsq̄ consumpte sunt.

Pergētinus ⁊ Laurentinus.

Hieronymus. Arseni⁹ Isidor⁹ ⁊ dioscor⁹ victoria ꝙgo.

§. X. Porro Decius non totis

tribus annis imperio administrato cum filio suo quem cesarem legauerat: in medio barbarorū sinu interfectus est: ⁊ regnū cum vita perdidit. Post quē Gallus Hostillianus cum Volusiano filio suo potitus regno imperauit vix duobus annis. Cepit aūt anno dñi. ccliij. Huius regnū quū ꝓfozeret initio: ⁊ cuncta ei ex sententia cederēt: sanctos viros qui ꝓ pace ⁊ ꝓsperitate regni eius dño supplicabāt (vt inquit Hugo floziacē.) persequi cepit: cū quibus pariter prosperitatē suā fugauit ⁊ pacem. Sed exorta ꝓsecutiōe / exorta est vltio violati nois christiani. Et vsq̄quo ad prosligandas ecclesias edicta decurrerūt: eatenꝰ incredibilis morboꝝ pestis extēditur. Nulla fere ꝓuincia Romana / nulla ciuitas / nulla domus fuit: q̄ non illa generali pestilētia correpta atq̄ euacuata sit. Hac sola ꝓuicie insignes Gallus ⁊ Volusianus: dum cōtra Aemilianū nouis reb⁹ studentē bellū moliunt ciuile occisi sunt. Aemilianus quoq̄ tertio mense inuasę tyrannidis extinctus est. ¶ Per idē tps (inqt Haymo exoziē) questio in Aphrice partib⁹ de hereticis rebaptizādis vel nō. placetq̄ Cypriano Carthaginensi eō debere eos rebaptizari. Sed Cornelio pape ceterisq̄ occidētalib⁹ epis manet potiꝰ hec sni a post abiectionem prauī dogmatis / sola eos manus impositione purgandos. Hec ille. Et nota q̄ hec est vera sententia firmata ꝓ ecclesiā: vnde ⁊ tenenda: nō solū baptismū / sed ⁊ alia sacramēta que cōficiuntur ⁊ cōferunt ab hereticis in forma ecclesie: esse vera sacramenta quo ad essentiā: sed carere vltimo effectu scz gratie: quo sczad suscipiētis sciēter a talib⁹: misi baptisma in extrema necessitate. Et hoc ꝓpter ꝓhibitionem ecclesie: vt ptz dis. xxxij. §. verū. Et pleni⁹. j. q. j. qō quidē. cū. §. seq. Cypzianus aūt asserebat oia sacramēta hereticoꝝ esse inania ⁊ nulla: ⁊ collatiōes eorū similes actiones fimiarū: q̄ effigiāt actus humanos: quū non sint vere sed appareāt: vt ptz. j. q. j. si quis inquit. Excusat tū a doctoꝛib⁹ de erroꝛe quo ad peccatū: qz nondū erat ab ecclesia hec veritas determinata. Bloss. etiam super dicto ca. si quis inquit, multipliciter excusat Cypzianum.

Halli Volusiani ⁊ Aemiliani impatorū exit⁹.

hec etiā habent ꝓz leges vt. C. li. j. ne sanctuz baptizet. ite retur.

§. XI. Fabiano pape per martyriū coronato succedit Cornelius: imperātib⁹ Gallo ⁊ Volusiano fm Vincē. in spe. hist. qō etiā dicit Hiero. liber tamen Romanoꝝ pōtificū testatur Cornelū passum fuisse sub Decio. Decio aūt cōstat ante Gallum ⁊ Volusianum imperasse Sed dicit Helinandus Gallū vocatū fuisse etiā Decium. Et fm hoc fuisset binominus: ⁊ concordarent predicta ꝓtraria. Tēpore Cornelij ortū est schisma. Nā quidā nouatus noīe a quibusdā sibi adherētib⁹ fact⁹ papa vel potius antipapa: ꝓ Romano pontifice se gerebat. Sed cū complicibus suis deiectus est. Quinimmo qz peruersum dogma adinuenit contra catholicam veritatē: asserens lapsis post baptismū non esse locū venie per quantācunq̄ penitētiā: vel saltez quo ad recidiuātes post penitentiā de primo lapsu post baptismum: vt hereticus dānatus est per Cornelij papā in cōcilio. Unde Dionysius Alexandrinus eps sic ait de his. Nouatus Roma ne ecclesie presbyter elatione quidem tumidus: spem penitus salutis eis adimebat: etiam si digne penituissent. ex quo ⁊ princeps hereseos extitit Nouatianoꝝ: q̄ ab ecclia separati superbo nomine seipsos catharos. i. mundos appellarunt. Ob quā rem concilium sacerdotale celeberrimū in vrbe Roma celebratum est. Ibiq̄ statutū est a papa Cornelio Nouatū ab ecclesia cū suis sequacib⁹ alienū esse. Eos vero qui lapsi fuerāt in certamine: fraterna miseratione curandos: ⁊ fomētis penitētie medicandos. Cypzianus quoq̄ de his libꝝ edidit: in quo ⁊ lapsos ad penitentiā cohoztandos: et cō tradicētes a visceribus xpi alienos esse statuit. Quod etiaz vt hereticū reprobat Aug. vcz non esse locum venie relapsis post baptismū. de pe. di. iij. adhuc instāt. Quō aūt Cornelius canonice fuerit assumptus ad papatum declarat Cypzianus dicēs in epistola Antoniani: Cornelius charissimus noster in diuinis administrationibus / dum sepe ꝓmonitus ad sacerdotij sublime fastigiū cūctis gradibus religiōis ascendit tunc epatū ipm̄ nec postulauit nec voluit. Pro pudoze quoq̄ virginalis ptinētie sue ⁊ humilitate ingenite sibi ⁊ custodite verecundie: non quidem vim fecit vt eps fieret: sed ipse vim passus est vt ipse coact⁹ epatū acciperet: quū Fabiani locus. i. loc⁹ Petri ⁊ cathedra sacerdotalis vacaret. Idē Cypzianus vj. q. j. factus. sic ait. Factus est Cornelius eps de dei et xpi eius iudicio: ⁊ de clericoꝝ pene oim testimonio: de plebis que tunc adfuit suffragio: de sacerdotū antiquoꝝ ⁊ bonoꝝ virorum consensu: quū nemo ante se factus esset: quum Fabiani locus. i. quū locus Petri ⁊ gradus cathedralis vacaret. Quo accepto (al's occupato) de dei voluntate: ⁊ omnium nostrum consensu firmato: quisq̄s iam eps fieri voluerit: foris fiat necesse est. Nec habet ecclesiasticā ordinationem qui ecclesie vnitatē nō tenet. quisquis ille fuerit: licet de se multum iactans ⁊ plurimum sibi vendicās profanus est: alien⁹ est: foris est. Et quū post primū esse non possit: quisquis post vnū qui solus debet esse factus est: tiā nō secūdus ille / ꝛz nullus est. Hec ibi. Et in ca. seq. subdit. Nouatianus eps non est quū Cornelio epo in ecclesia a. xvj. coepis facto: adulter atq̄ extraneus eps fieri a desertoꝛib⁹ per ambitū nitit ⁊c. Et in ca. deniq̄. q. ea. ostendit q̄ sit detestabile crimen schismatis. Sed Dionysius Alexandrin⁹ eps: de quo supza ad Nouatū scripsit epistolam in hec verba. Dionysius Nouato fratri salutem. Si inuitus (vt ais) in hoc venisti: ostēdes in eo, si desinas volens. Oportuerat quidē pati oia: ne scinderet ecclesia dei. Erit nō inferioꝛ gloria sustinere martyriū ne scindatur ecclesia: q̄ est illa ne idolis immolet: immo fm meā sententiā maius hoc puto eē martyriū. Ibi vnusquisq̄ ꝓ sua tantū aīa: hic aut ꝓ omni ecclesia martyriū sustinet. Sed nūc siue tu suadere siue etiā cogere potes fratres redire ad concordiā: maius tibi erit emēdatiōis meritū: q̄ fuerat culpa cōmissi: qz illud nō imputabit: hoc etiā laude dignum ducet. Si vero illi in incredulitate permanserint: tu tamen saluas aīmā tuaz. Vale pacē desiderans quam tibi imprecoꝛ. Cornelius autez papa vt in quadam sua epla scribit inquit. Hic Nouatus cupiditate epatus quā intra se latenter gerebat: in hec oia mala decidit. Et eo aūt maxime elatus est: q̄ quosdā de cōfessoꝛib⁹ viros optimos inter ipsa initia huius erroꝛis sibi assumpserit: qui etiaz sero ꝓ fide xpi confessores extiterant: ⁊ qui oia tormentoꝝ genera ꝓ christi fide superauerāt. Sed isti deo miserante quū oia diligētius perspexissent: Nouatū cuncta fraudib⁹ agere ⁊ mendaciꝝ atq̄ periurijs: ⁊ quia bonitatē ad hoc solum simularet vt deciperet ignorantes cum magna execratione eius ad ecclesiā sunt reuersi. De hoc Cornelio papa sic ait Hieroñ. libꝛo de viris illustrib⁹. Ad Cornelium vbis Rome epm extant octo epistole Cypriani. Scripsit ⁊ ipse Cornelius quasdam epistolas: inter quas

Cornelij papa

Nouatiani heretici.

ter quas extat epistola de Synodo Romana ⁊ Aphricana: ⁊ alia de gestis synodi Italia de Nouatiano. Rexit autem eccle-
siam sub Gallo ⁊ Volusiano duobus annis: ⁊ martyrio co-
ronat. Huius aũt martyriũ ex gestis eius sic habetur. Au-
diens Decius cesar q̃ ipse Cornelius multos ad Christũ cõ-
uerteret precepit vt vbicũq; inuenti essent Christiani: sine
audientia punirentur. Cornelius igitur cũ suis clericis cõ-
prehẽsus exilio relegatur: vbi a sancto Cypriano Cartaginẽ
si episcopo / ⁊ aliis multis p literas est cõfortatus. Inde aũt
Decio est presentatus. Et dum immobilis permaneret: plũ-
batis ⁊ flagris cesus ductus ad templum Martis / aut sa-
crificare ei aut decollari iubetur. Quum aũt duceretur ad
locum. Cerealis miles rogauit eũ vt ad domũ suam diuer-
teret: vt pro vxore sua Ballustia paralytica iam per quin-
quenniũ oraret. Quo facto quum viginti ⁊ vnus qui cum eo
erant / vidissent incolumẽ factam surrexisse ⁊ ipsi cum dicto
Cereale ⁊ vxore eius baptizati sunt: ⁊ ducti omnes iussu im-
peratoris ad templum Martis quum expuissent in idolum:
omnes decollati sunt.

Lucius papa. **§. XII. Cui successit in pontifi-** catu Lucius primus natione Romanus: qui sedit annis tri-
b⁹. Hic primo in exilio missus: sed postea dei nutu ad eccle-
siã reuocatus suãta Valeriano imperatore et capite trũcat⁹
est. iij. nonas Maij. vt habet ex gestis pontifi⁹. Hic precepit
vt duo presbyteri ⁊ tres diaconi omni loco eũ non desere-
rent ob testimonii ecclesiastici. Qui quũ ad passionem per
geret protestatem dedit omnis ecclesie Stephano archidia-
cono suo. Unde ipso martyrio coronato: Stephanus natio-
Stephanus papa. ne Romanus in cathedra Petri collocatur. Hic cõstituit vt
sacerdotes ⁊ leuite vestibus sacratis in vsu quotidiano nõ
vterent nisi in ecclesia tantũ. Sedit aũt annos. vi. ⁊ marty-
rio coronat. Nam vt ex gestis eius habet: quũ verbo ⁊ exẽ-
plo multos gentiũ cõuertisset: ⁊ plurima corpora sanctorũ
martyrũ sepelisset. Valerianus ⁊ Gallien⁹ Xpiani nominis
psecutores cũ summo studio pquiri fecerũt: vt eũ ⁊ clericos
aut sacrificare cogerẽt: aut diuersis supplicijs interirẽt. De-
nerãt; edictũ vt quisquis eos ꝑderet: eorũ diuitias obtine
ret. Unde decẽ hui⁹ clerici cõprehẽsi sine audientia sunt de-
collati. Sequẽti die cõprehẽsus Stephanus papa cũ mul-
titudine clericorũ / solus ante tribunal iudicis introiuit ma
nensq; immobilis: ad templũ Martis ducitur vt ibi adora
ret: aut statim capite puniret. Quo dum pueniisset: orauit
deũ vt templũ destrueret. ⁊ statim maxima pars tẽpli corruit
⁊ militib⁹ pre timore fugientib⁹ / solus Stephan⁹ cum aliis
Xpianis ad cimiteriũ scẽ Lucie pexit: Audiẽs aũt valeria-
nus q̃ christianos ibi collectos ad tolerantiã pro fide chri-
sti aret: misit milites plures prioribus: qui venientes inue-
nerũt eum missam celebrantẽ stantẽ intrepidũ ⁊ cepta pfi-
cientẽ. Sicq; eũ in sua sede decollauerũt. Cui successit Xist⁹
Melloni. in pontificatu vbis. Huius Stephani pape tpe imperante
Valeriano: Melloni⁹ quidã de maiori Britannia oriũdus
Romã veni: vt patrie sue tributũ solueret (vt refert Uincẽ.
in spe. hist. ex gestis ei⁹) ⁊ imperatori seruiret. Ibiq; sicut mos
erat ad templũ Martis cũ socijs suis duct⁹ est vt sacrifica-
ret. Audiens aũt q̃ Stephan⁹ papa paucis Xpianis euan-
geliũ Christi p̃dicaret: accessit illuc. ⁊ deuote ẏba ei⁹ audiẽs
cõuersus ad fidẽ baptisma recepit. Et ab eo instruct⁹ / quic-
quid habebat vendidit: ⁊ preciũ pauperib⁹ erogauit. Quem
p̃fatus papa sibi adherentẽ p oẽs gradus vsq; ad sacerdotiũ
p̃mouit Quũq; ieunijs ⁊ vigilijs instaret: quadã die missas
eo celebrante / viderũt ipse ⁊ papa angelum dei stantẽ a dex-
tris altaris. Qui peracta missa dedit ei virgã pastoralẽ quã
manu tenebat: dicens. Accipe virgẽ hanc qua reges populũ
ciuitatis Rothomagensis in neustrie finib⁹. Tibi eam ibi pre
paratus est a deo locus. Licet aũt labor incognite vie tibi
sit onerosus: nequaq; tamen timendũ est: qm̃ sub vmbra ala
rum suarũ proteget te dñs Jesus christus. Tunc accepta be
nedictiõe iter arripuit. Et quũ veniret Altissiodorũ: virgã
tenẽs quã ab angelo accepat: quendã bipẽni vulneratũ cu
ius pes erat in duas ptes diuisus: facta oratione illico sanauit.
Ibi ergo residẽs ⁊ ministeriũ suũ fideliter implens / multis
virtutibus ⁊ miraculis clarus in pace quieuit.

¶ De Valerio assequẽte Romanum imperium / cum Galie-
no filio ⁊ de martyrio Cypriani ⁊ scriptis ei⁹ de Xisto / Lau-
rentio / Hyppolito / Apollonia / et papa Felice / Euticiano /
Caio / Marcellino / Marcello / beatum Xistum subsequen-
tibus. Capitulum. viij.

valeriaⁿ⁹ ⁊ Galien⁹ imperatores. **Post interfectionẽ Galli** ⁊ Volusiani filij eius qui duobus annis impe-
rauerat: ⁊ Aemiliani qui tyrãnice imperiũ in-
uaserat post eos: ⁊ tribus mensis regnauerat:
sumpsit imperium Valerianus cũ Galieno filio suo. Et Va-
lerianus quidem in Grecia ab exercitu augustus: Galienus
Rome a senatu appellatus est cesar. Ceperũt autem impera
re ſm Euseb. in chron. anno domini. cclvj. Hic Valerianus
secundum Euseb. in eccle. histo. lib. vij. miro modo super ce-
teros qui ante fuerant / humanus ⁊ benignus extitit erga fa
mulos deinde vt in initijs multo benignior illis videretur:
qui noie saltem christiani dicebantur. intantũ venerabatur
seruos vt eis domus eius ecclesia dei esset. Et in quodam
chron. de bonitate eius priori legitur: q̃ eius vita apud Ro-
manos laudabilis fuit: adeo vt ex Decij decreto atq; omniũ
voto vt collapsos reipublice mores in melius reformaret:
censor est factus. Que quidem dignitas Rome antiquis tẽ-
poribus in vsu fuit: ⁊ nunq; nisi viris sanctis ⁊ gratibus im
ponebatur. Quod officium quum Decius imperator impo-
neret Valeriano tunc ciui nobili: his vsus est verbis. Feli-
cem Valeriane totius senatus sententia / totius orbis Ro-
mani suscipe censurã: quam tibi Romana respublica cõfert
qua hodie solus etiam inter mortales iuberis iudicaturus
de moribus oim. Tu estimabis qui in curia vel ĩ palatio ma
nere debeant. Tu etiam equestrem ordinem in antiquũ sta-
tum reduces. Tu censibus modum pones. Tu vectigalia for
mabis. Tibi legum scribendarum authoritas datur. Tibi de
ordinibus militum iudicandum est. Tu arma respicies: Tu
de nostro palatio: Tu de iudicibus: Tu de prefectis eminen-
tissimis iudicabis. Excepto prefecto vbis Rome: exceptis
consulibus ordinarijs: ⁊ sacrorum regem maxima virgine
Uestaliũ: si incorrupta permanserit. Laborabunt tamen
illi vt tibi placeant: de quibus iudicare non potes. Ad quez
Valerianus onus tante dignitatis declinans sic respondit.
Queso sanctissime imperator me me ad hãc dignitatem alli
ges: vt de populo Romano iudicem: de senatu: de militibus:
de totius orbis iudicibus. Hec sunt que augusti nomen de-
cent: Apud nos imperator censura desedit. Non possum hoc
implere priuatus. Ueniam igitur huius nominis peto: cu-
ius vita impar est: impar est confidentia: cui tempora repu-
gnant: vt censuram hominum natura non ferat. Quibus au
ditis imperator cum senatu vna voce dixerũt. Valeriani vi-
ta censura est. Ille de omnibus iudicet: qui est melior omni
bus: qui nullum habet crimen: cui nihil potest ab alijs obji-
ci: qui ab ipsa pueritia semper gratis / prudens / modestus / ⁊
bonorum amicus fuit. Nam ⁊ primus genere: emendatus vi-
ta: doctrina clarus: moribus singularis. Ex ista igitur fama
⁊ moribus precedentibus factus est postea imperator. Et vt
dictum est supra: in principio sui imperij fuit christicolis plu
rimum benignus: sed tandem deprauatus est a veritate de-
iectus per quendam doctorem pessimum magistrum: ⁊ docto
rem Egyptiorum magorum: ita vt iustos: ⁊ sanctos viros per
sequi ⁊ interimi iuberet: tanq; qui aduersarentur magicis
artibus: quibus Valerianus se subdiderat. Qui ad tantam
infamiam crudelitatemq; deuenit: vt primo e palatio expul
sis qui christi nominis assertores erãt: deinde Rome ac per
vniuersum orbem octauus a Nerone grauissimam persecu-
tionem contra christi ecclesiam excitaret. in qua ⁊ Rome
Stephanus papa martyrium suscepit. Cui successit Xistus
secundus: vt dictum est.

§. I. Sed diligẽter hic aduertẽ- dum⁹ de passis sub Decio. Nam fuerunt plures Decij. Pri-
mus fuit imperator post Philippum occisum ab eo qui alio
noie non vocabatur. Et sub eo quidam dicunt fuisse passus
Xistum papam cum Laurentio archidiacono suo. Et ab eis
fuerunt requisiti thesauri ecclesie. i. Philippi imperatoris.
qui scs filius Philippi occiso patre a decio: sibi timens / com
mẽdauit thesaurũ ecclesie beato Xisto ecclesie Romane pre
sidenti pauperibus erogandum. Sed huic assertioni contra
dicit: q: ille decius imperauit (vt patet supra) anno cum di-
midio. et sub eo passus est Fabianus papa. Et inter Fabia-
num et Xistum fuerunt plures anni et plures pontifices sci
licet cornelius. Lucius. Stephanus ⁊ postea Xistus. Ex qui
bus ptz q̃ non sub illo primo decio passus est Xistus cũ Lau
rentio. Sed fuit alius decius imperator qui vsitatiori vo-
cabulo dicebatur Galienus. sub quo nomine ponitur hic in
numero imperatorum filius Valeriani de quo est sermo. de
cius est enim Galienus ⁊ decius. et sub isto videtur potius
passus Xistus cum Laurentio. Nec obstat de thesauris Phi
lippi requisitis: quia quum essent magni: ⁊ pontifici christia
norum audissent commendatos. potuit existimari per predeces
sores ad Xistum peruenisse: et sic ab eo exquiri. In alio ta-
mẽ chronico reperi q̃ iste decius sub quo passi sunt Xistus
et Laurentius: non fuit imperator. sed prefectus vbis vel
cesar tantum: qui iussu Valeriani imperatoris prefati predi
ctos Xistum et Laurentium martyres fecit. Helimondus

autem dicit ꝙ et Gallus imperator qui precessit Valeria-
num dictus est etiam Decius: quia binomius. Vincen. in
specu. Hitto. dicit ꝙ miro modo discordant hystorie de mar-
tyribus qui passi sunt sub Decio. Nam ꝛ Cornelius papa di-
citur passus sub eo. Et Eugenia virgo que fuit tempore Cor-
nelij legitur passa imperantibus Valeriano ꝛ Galieno: qui
fuerunt post Decium: ac etiam post Volutianum ꝛ Gallū.
Sed si cōsideretur ꝙ fuerūt plures Decij quia duo vel tres
licet primus tantū sub dicto nomine imperator nūcupetur
erit facile concordare. Nam isti duo Valerian⁹ ꝛ filius eius
Galien⁹ dictus etiam Decius: siue alter prefectus vel cesar
tantū: iussu eorū viram persecutionē mouerūt contra Chri-
stianos per orbem ꝛ diutinā. Nam tenuerunt imperiū quin-
decim annis: ꝛ ambo male fortunati sunt. Quum enim Sa-
por rex Persarum Syriam / Ciliciam / ꝛ Cappadociam Ro-
manas prouincias debellaret. Valerian⁹ imperator hec au-
diens / infinita armatorum milia vndiq; contrahens venit
Antiochiam. Ibiq; bellum contra Persas disponens trans
ito Eupharate in Mesopotamiam applicuit. Ibiq; leuia pre
lia quum satis feliciter gessisset: postremo in eo loco diuino
disponente cōsilio commissum est prelium: vbi necvigor nec
disciplina militaris aliquid valuit. Nam victus atq; fugat⁹
omnem quasi exercitum amisit. Sed ꝛ ipse ad postremum
fugiens a Persis insequentibus eum captus est: regi Per-
sarum traditus: qui cum ignominiosa consenuit seruitute.
Nam donec vixit imperator ipse Valerianus ac moderator
Romani imperij: hanc infamis officij penam: scilicet pertu-
lit: vt humi accliuis regem Saporem equum ascensurum in
humeris suis susciperet. Et vt dicit Orosius iusto dei iudi-
cio tam nefarij in sanctos author delicti: scilicet persecutio
nis in christicolas: hac phrosa punitus est morte. Capto aūt
Valeriano soluuntur pene repente vndiq; permissu dei cir-
cumposite gentes: latatisq; habenis in omnes Romanorū
fines inuehuntur. Primo germani penetratis alpibus Ita-
liam irrumpentes Rauennam vsq; perueniunt. Alemanni
Gallias peruagantes cuncta cede flāma rapinisq; diripiūt.
Macedonia / Pontus / Asia / Bithorum inundatione vastā-
tur. Sarmate pannonias depopulantur. Germani vlterio-
re abrasa Hispania potiuntur. Preterea cōspiratione intrin
secus tyranni insurgunt bella Ciuilia: funditur vbiq; Ro-
manorū sanguis qui effuderant innocentem Christianorū
sanguinem: Romanis Barbarisq; seuientibus.

Valeriani serui ꝙ ignominiosissima.

§. II. Galienus qui et Decius

secundum aliquos dictus est: filius Valeriani postq; rerum
summam capto patre solus obtinuit: claro dei iudicio terri-
tus: patris ꝛ college motus exemplo: mitius leniusq; erga
Christianos agere instituit: datisq; decretis inhiberi sup-
plicia / persecutiones cessare precepit: ac pacem ecclesijs tre-
pida satisfactione restituit. Quum autem Valerianum im-
peratorem carcer Persarum inclusum teneret: reges ꝛ prin
cipes plures qui regi Sapori auxilij tulerant contra Ro-
manos in bello: consuluerunt vt Valerianū Romanis red-
deret: ꝛ tanta victoria prudenter vteretur. Et inter ceteros
Uesonius rex potentissimus in hec verba scripsit. Sapori re-
gi Persarum Uesonius. Si scirem Romanos posse penitus
vinci: gauderem de tanta tua victoria quā tibi dij dederunt.
Sed quia vel facto vel virtute gens illa vinci non potest:
vide ne ꝙ Senem imperatorem vicisti atq; cepisti: in poste-
rum tibi tuisq; cedat in malum. Cogita quot nationes ex
hostibus vectigales fecerint ꝛ a quibus sepe bello victi fue-
rant: vt Galli: Cartaginenses: rex Mithridates. Quere ve-
ro pacis occasiones ꝛ Valerianum Romanis redde. Deniq;
extere nationes scilicet Bactriani: Hiberi: Albani: ꝛ aliarū
gentium duces scripserunt Galieno ꝛ etiam Romanis auxi-
lia pollicentes vt Valerianus de captiuitate liberaretur.
Galienus aūt Valeriani filius homo natura lasciuior com-
perta patris captiuitate gaudebat: locabatur quum esset
omniū ingens merox: ꝙ Romanorum princeps captiuitate
Persica teneretur: quem multū filius relinquebat. Nec ad
patris miserias: ꝛ tantū dedecus mouebatur Romani impe
rij: corde voluptatibus stupefacto: sed ab ijs qui circa eum
erant inquirebat. Quid hodie in prandio habebimus: ꝛ que
voluptates nobis preparate sunt. Et quasi securus vaca-
bat luxurie: quum in eius contemptū multi in diuersis pro-
uincijs se imperatores appellassent. Interea Macrinus: vel
vt alij scribūt Macrianus: qui Cyriacos regebat exercitus:
post Valeriani infortunio querentibus ordinum principib⁹
quid facto opus esset: Ballista quidā ex legatis in conuentu
omnium ait. Ego cōmilitones bonum principem quero: qui
labentem rēpublicam restituat. Sz quis tandē est qui Va-
leriani locū possit implere: nisi Macrinus cui amplissimus
ordo senatus ꝛ Valerianus imperator Egyptum ꝛ Syriam
magnā imperij partem Romani crediderunt: qui est fortis ꝛ
constans: untegerr: (qō vt magis ad imperium pertinet) dio
nes. Indeq; cōuersus ad Macrinū dixit. Accipe locum me
ritis tuis debitum. Macrine: atq; ita agas vt Roman⁹ ppls
te principem factū gaudeat. Ad quem Macrinus. Reprehen
sibile est valde Ballista imperiū desiderare solum vt presit:
sed appetendū est: vt non solum sibi ꝛ liberis: sed reipublice
vtilis sit. Ego autez ea mente imperium recipio: vt Romane
reipublice subueniam: atq; pestē illam humani generis Ga
lienum a gubernaculis submoueam. Et (vt hystorici volunt)
nullus eo tempore aptior ad rempublicam regendam erat.
Huic rei accedebat ꝙ duo filij eius Macrinus iunior et
Quietus viri fortissimi erant: ꝛ tota mente in bella ruebant
adeo vt essent legionibus exemplo.

Macrinus.

Ballista.

§. III. Itaq; macrinus suscepto

imperio vndiq; auxilia petit: ꝛ congregato maximo exerci-
tu ac fortissimo contra Galienum iter arripuit. Quo audito Aureo-
Aureolus qui Illyricos regebat exercitus: cogentibus mi- lius.
litibus in Galieni cōemptū etiam ipse imperiū sumpsit. Et
cū maximis copijs aduenientē Macrino occurrit. Et com-
misso prelio post grauem vtriusq; exercitus cedem: tandem
Macrinus vincitur: ꝛ in fuga comprehensus occiditur. Au-
reolus autē potius victoria omnem Macrini qui superfue-
rat occupauit exercitum. Qui viribus potēs in Illyrico im-
perauit: omnēq; circa positam regionem sibi parere compu- Odena-
lit. Odenatus aūt Palmyrenus qui pro Romanis orienta- tus.
les regebat exercitus: sperans sibi has legiones quas in pre
sidium Syrie Macrinus cum filio reliquerat / coniugere: cō
gregatis orientalibus viribus in Syriam transijt: atq; Quie- Quiet⁹
tum Macrini filium bello victum obsedit. Quisq; aliquan-
diu milites qui cum quieto erant: cruciarētur fame perua-
lida. author Ballista iuuenem occiderūt: proiectoq; per mu
rum corpore. Odenato se omnes dediderunt. Itaq; Odena-
tus post hanc victoriam totum fere orientem obtinuit. Sicq;
orientem Odenatus Illyricum Aureolus: Italiam Galien⁹
eo tempore obtinebant. cū denatus igitur post orientem ob-
tentum: videns se tot legionibus fortem: contra Persas bel
lum vt Valerianum liberaret gerere: statuit. Itaq; ex omni
pene oriente contractis auxilijs contra Persas pergens in
prelium: eos deuicit: ꝛ Nisibim ꝛ Charras ciuitates nobilis- Perse
simas obsedit ꝛ cepit: omnēq; Mesopotamiam quam occu- ab ode-
pauerāt: recepit. Et postremo cum ipso rege Persarum dif- nato vi-
ficillimo bello cōgrediens / ipsum fugauit ꝛ vicit. In quo bel cti.
lo cepit regis thesauros. Et sic Odenatus rem Romanam
in orientē ad statum pristinum restituit. Et quum nihil aliud
ageret: nisi vt Valerianum liberaret eruabat quotidie: ac
in alieno solo ꝛ locorum difficultatibus optimus imperator
pro republica fidelissime laborabat. Quod vbi comperit Ga
lienus: participatū imperio augustum vocauit Odenatum.
Quod factum senatus populusq; Romanus grataner acce
pit. Demum Odenatus rebus in oriēte feliciter gestis: mul
tis bellis victoria Meonio consobrino suo: qui ꝛ ipse ad im-
perium aspirabat cū filio suo Herode magna iactura impe-
rij occisus est. Fuit autez hic Odenatus (qō negari potest)
vir manu lingua atq; prudentia singularissimus: ꝛ in belli-
cis rebus solertissimus ꝛ fortunatissimus. Fuit ꝛ in iuuētute
sua venationibus multū deditus: leones pardos ꝛ vrsos oc-
cidit cum eis congressus. Huius Odenati vxor zenobia fuit
mulier mirabilis: ꝛ viro suo fortior pbibetur / casta / sobria: zenobia
prudēs. Erat illi vox clara: ꝛ virilis seueritas: vbi necessitas odenati
postulabat tyrannorum: vbi pietas requirebat bonorum pn vxor.
cipum clemētia. Historiarum maxime orientaliū tenax adeo
vt illas abbreuiasse dicatur. Omnium preterea linguarum
peritissima. Hec mortuo viro non vt mulieres solent: fletib⁹
vacauit: sz virilt animo interfectores viri persecuta occidit.
Quibus occisis galeata ad contionem venit: cum velo pur-
pureo gēmis dependentibus: in qua conciōe detestans Ga-
lieni luxuriam: exercitus in verba filiorum Herēniani iura
re fecit. Et quia ipsi pueri erāt: ipsa contra Galienum impe-
rium orientis tenuit. Galienus autem Rome luxurie ꝛ co-
messationibus vacans: audiens Odenatum occisum: Per-
sis bellū inferre statuit: seram nimis patris vindictam que
rens. Collectis igitur copijs Heracliano cuidam vni ex duci
bus tributt negotiū belli contra Persas. At zenobia audiēs
illū ad partes illas aduenisse: timens ne victis Persis auferet filijs imperium orientis: congressa cū eo in bellum: oēm
exercitum ejus vel occidit: vel cepit. Quod audiens Galie-
nus a proposito destitit.

§. IIII. Per idem tēpus Æmi-

lianus in Egypto sumpsit imperium. Hic Æmilianum bel-
lis exercitatissimū orientales duces qui bellis superfuerāt:

aut qui in presidijs p̄uinciarū erant: mediū Galieni impe-
riū accipere coegerūt. Qui statim iuit⁹ assumpto imperio
Thebaidam atq; Egyptū quagatus est. atq; barbarorum
gentes que se p̄ Romanas p̄uincias effuderant: magna
virtute belli p̄mouit. Insup occupatis horreis vbi in sub
fidiū vbis magna copia frumēti seruabat. Romanā vrbē
horrenda fame afflixit. Sed hunc Aemilianū postmodum
Aemili anus et Theodosius Galieni dux cruentissimo bello cū eo peracto
Alexan cepit: catenis vinctū Galieno ad vrbem destinauit. Post
der a quē Alexander quidā se imperatorē in egypto nominauit
rheodo Qui ab eodem Theodosio captus ⁊ occisus est. Quumq;
ro capti hec apud orientales tam varie gererentur: quibus insitum
est noua semp desiderare dominia: quū viderent Galienū
in luxurie improbitate persistere. Posthumiū quēdā ex ro
manis ducib⁹ ad imperiū vocauerunt. Erat aūt vir iste in
bellis fortissimus: in pace cōstantissimus: atq; in suis acti
bus cunctis grauissimus: vsq; adeo vt Galienus ei filium
suum Galeniū nutriendum traderet: quasi ⁊ vite custodi:
⁊ morū ⁊ actuū imperialiū institutori. Qui vt quidam tra
dunt fidem fregit: ⁊ eo occiso imperium sumpsit. Sed alij
referunt q̄ Galli eum imperatorem vocarūt ⁊ per milites
ab eis missos filiū Galieni occiderunt. Que postea q̄ Ga-
lienus p̄sensit: pacem cū Aureolo qui se in Illyrico impe
ratorem fecerat/init: studio oppugnandi Posthumiū: qui
Galliam a barbaris occuparam ⁊ ab eis liberatā regebat.
Post Bellūq; inuicem gerentibus. Aureolo cū Posthumio mo
humij do feliciter modo infeliciter egerunt demū expulso Galie
cedes. no de imperio: quū posthumi⁹ q̄ prius erat multū dilectus
Lollia nimis rigide ac seuere se gereret: a Lolliano quodā duce ⁊
nus. magna parte exercitus cōsentiente occisus est. Quo occi
so Lollianus in locū posthumij subrogatur. Et sibi delatū
a Gallicis exercitibus sumpsit imperium: ⁊ Germanos q̄
intra Galliam se effuderant/victos ⁊ expulsos in pace re-
stituit. Sed in hac pace nō diu imoratus occisus est dolo a
Victorino filio Victorie. Hic ergo in Gallijs imperū sum
psit: fortissimus in bellis: ac preter libidinē optim⁹ impera
tor. Sed oīno libido ⁊ mulierū voluptas sic eū perdidit vt
nemo ex antiquis scriptoribus ausus sit eius vitā in fas
mittere: quē cōstat iudicio oīm p̄ effrenatā libidinē debuis
se puniri. Hic nō diu post assumptū imperiū a quodam cu
Victori ius vxorē stupr̄auerat: subito cōfossus gladio iter⁹it. Post
nus. occisum in Gallijs Victorinū: quum Gallici exercitus ali
Mari⁹ quandiu de eligendo imperatore vacillassent: demū Ma-
rius quidā militari rumultu factus est imperator. Qui si
esset fabri ferrarij filius: ⁊ tū ꝑpter maximā corporis fortitu-
dinem/ad plures dignitates vocatus est: ⁊ demū imperia-
Inge lem. Sed hic occisus est a quodā milite: qui quondaz in fa
nuus. brili officina minister eius fuerat. Quidā etiā ex Romanis
ducibus q̄ in Pānonia regebat exercitum: Ingenu⁹ nolet
a Mesiaticis legionib⁹ imperator ast factus. Hic aūt pro
pter singularē animi ⁊ corpis virtutē/semp a Gallieno su-
spectus est habitus: ⁊ potissimū q̄ militib⁹ erat acceptissi
mus. Quo audito Gallien⁹ q̄ etsi luxuria p̄ditus: tū vbi ne
cessitas imminebat/erat vehemēs velox ⁊ fortis: cōgrega-
to ex Italia exercitu cōtra Ingenuū p̄fectus est: ⁊ difficil
limo bello cū eo pacto vicit fugauit ⁊ illū occidit. In quo
apparuit crudelitas ⁊ ferina rabies Galieni. Nam oēs mi
lites eo bello captos iussit occidi: ⁊ in ciuitates que Inge-
nuo fauerāt deseuīēs: illas virili seru vacuas dimisit. Sed
nec Aphri defuerunt: q̄ quū audissent Galienū inter popi-
nas ⁊ balnea cū lenonibus disputare: ⁊ ipsū imperatorem
quēdā p̄consulē noīe Celsum nūcuparunt: qui septima die
Celsus sui p̄erij a Galiena Galieni consobrina occisus est. Inter
tot bellicas clades q̄ sub Galieno emerserūt: etiā terremo
tus grauissimus fuit: quo multa oppida ⁊ ciuitates in ozie
Porten te corruerūt habitatoribus oppressis. Fuerunt ⁊ p̄ multos
tauaria dies sup terrā densissime tenebre. Auditū est tonitruū ma
ximum: nō tonāte celo: sed mugiēte terra. ex quo multi ter
rore mortui sunt. Sed ⁊ ipsa Roma motu vehemēti cōcus
sa est. Preterea ⁊ mare extra limites suos ⁊ terminos erū
pens/multas vrbes submersit. Gz ⁊ pestilentia q̄ sub volu
siano ⁊ Gallo ceperat: ita Romā fatigauit: vt quinq; milia
vna die pari morbo perirēt. Sed ⁊ Byzantiox ciuitas no-
bilissima Thracie naualibus bellis clarissima/per Galieni
milites ita vastata est vt p̄ius nemo ex ciuib⁹ superesset
preter paucos p̄ vrbē dispōs: q̄ tū postea p̄ Constantinum
magnū instaurata est. His tātis malis fessa ⁊ quassata res
publica labem illā improbissimā Galienū sustinere nō va-
luit. Nā etsi fuerit poeta clarissimus: ⁊ ad oēs artes inge-
niosissimus: luxuria oīa corrūpente/naturā suā semp in de
terius vertit: atq; in crudelitatez omnis/indicta cā multos
ex ciuib⁹ occidit. Quisq; iā effect⁹ esset senatui ⁊ pp̄lo Ro-
mano exosus: tractarunt aduocare Aureolū: q̄ in Illyrico
imperabat/ad vrbē: ⁊ ipse iperiū assumēs Galienū amoue
ret. Ad q̄ō efficiendū Aureolus cū exercitib⁹ suis Italiam
intrauit. Hoc p̄cipiens Galienus ei cū copijs suis circa me Galieni
diolanū occurrit ad bellū iuicē pagēdū. Sed ibi ipse Galie itroit⁹.
nus a quibusdā ex ducib⁹ suis occisus est.

§. V. Prefatis Valeriano ⁊ Ga

lieno imperātibus/martyrio coronati sunt multi diuersis
in locis. Nā Valeriano capto a rege Persarū: vt dictuz est
qui iā septē annis potit⁹ erat iperio: postea Galien⁹ filiꝰ
eius iperauit solus annis. viij. q̄ et Deci⁹ vocat⁹ est. Inter
ceteros aūt insignis doctor Cyprianus ei⁹ tpe martyrio
coronatus est. Et aduertendū q̄ hic Cyprian⁹ nō est ille q̄
magus existens quodā tpe postea cōuersus ad fidem: et fa
crus demū epūs/passus est martyrium cuz sctā Justina. Hic Cyprian⁹ epūs
esse fuit tpe Diocletiani: vt 8z infra: iste vero tpe hui⁹ Ga carragi
lieni seu Decij. De hoc igit̄ sic ait Hiero. in lib. de viris illu. nensis.
Cyprian⁹ Apher carthaginēsis epūs glorose primuz rethori-
cam docuit. Exinde suadēte p̄sbytero Cecilio a quo et co
gnomentuz sortit⁹ ē christian⁹ factus: oēm substatiā suam
pauperibus erogauit: ac post nō multū tpis elect⁹ in p̄sby
terum etiā carthaginēsis epūs est cōstitutus. Huius inge-
nij superfluū est indiciū texeret: quū sole clariora sint opa
eius. Passus est sub Valeriani ⁊ Galieni principū persecu
tione octaua: eodem die quo et cornelius. sed nō eodem an
no. Quū essem (vt ex gestis eius habeꝫ) Carthagini predica
tioni instaret: Patrino pconsuli p̄sentatur. Et quuz a fi-
de immutari nō valeret: in exiliū missꝰ est diutinū. Gz ius-
su astasij pcōsulis q̄ patrino in officio successit ab exilio re
uocatus capite eb eo trūcatus est. Contra quē quum lecta
fuisset sententia condēnationis: dixit/Deo gratias. ⁊ spicu
latori iussit a suis dari certā pecuniā. Scripsit plura opusc
la eloquētissimo stilo digesta: et ab ecclesia approbata.
di. xv. sctā romana. Scripsit essem libruz de duodecim abusio-
nibus seculi. Libruz vnum ad Donatū de gratia dei. Libruz
vnū de lapsis. Libruz vnū de aleatoribus. Libruz vnū de vni
tate catholice ecclesie. Librum vnuz de oratione dōnica. Li-
brum vnū de mortalitate. Librū vnū de opere ⁊ eleemosy-
nis. Libruz vnū de bono patiētie. Libruz vnū de zelo ⁊ liuo
re. Libruz vnū ad Demetrium. vnū ad Fortunatam. vnum ad
Quirinum. vnū ad Antonianū. vnū ad Julianū. vnū ad ce-
cilium. vnū ad Cornelium. Libros tres de laude martyrij.
vnum de sacro calice. vnū de duobus montibus. Epistolas
plures ad diuersas psonas. Et in libro quidem qui intitula
tur de gratia dei ⁊ abundantia malitie seculi: sic inter cete
ra inquit. Profluens largiter spiritus nullis finibus p̄mi
tur: nullis metarum certarū spatijs frenatur: manet iugi-
ter exuberat affluenter. Nostrū tātū sitiat pectus ⁊ pareat
quātū illuc fidei capacis offerimus: tantum inundationis
gratie haurimus. Paulisper itaq; te crede subduci in mon
tis ardui verticem celsiorē: ⁊ inde speculare rerum infra te
iacentium facies: ⁊ oculis in diuersa porrectis ipse a terre-
nis contractibus liber fluctuantis mūdi turbines intuere
Jam ⁊ seculi ipse misereberis: tuiq; admonitus ⁊ plus deo
grat⁹/maioriq; letitia q̄ euaseris gratulaberis. Neuenim
esse iā inter innocentes innoxiū crimē est. Malos quisquis
non imitat offendit. Consensere iura peccatis: et cepit lici
tum esse q̄ō p̄hibitū est. Quis enim illic pudor rerū: q̄ inte
gritas esse p̄t: vbi q̄ dānent improbos desunt: ⁊ soli q̄ ite dā
nantur occurrūt? Ceterū quos diuites opinaris: hos etiā
inter diuitias suas trepidos cogitationis incerte solicitu-
do discrutiat: ne predo vastet: ne precusor infestet: ne ini
mica cuique locupletioris inuidia calumnijs litibus in-
quieter. Non cibus securus somnusve p̄tingit. Gemit licet
bibat. In conuiuio suspirat: ⁊ quum epulis marcidum cor
pus tozus mollioz alto sinu cōdideris: in pluma vigilat nec
intelligit miser speciosa sibi esse supplicia: auro se alligatū
teneri: ⁊ possideri magis q̄ diuitias possidere. O detestabi
lis cecitas mentium ⁊ cupiditatis insane p̄funda caligo: In aua
quū exonerare se possit ⁊ releuare ponderibus: pergit ma ros
gis fortunas augentibus incūbare: et penalibus cumulis
adherere. Nulla in clientes largitio est: nulla indigentibus
participatio. Et pecuniam suam dicunt: quam velut alie-
nam domi clausam solicito labore custodiunt. Ex qua non
amicis: non liberis quicq̄: non sibi demq̄ impertiuntur: sz
ad hoc tantum possidet: ne possidere alteri liceat. An tu vel
illos saltem pures inter honorem infulas vel opes largas
stabili firmitate securos: quos regalis aule splendore ful-
ros armorum excubantium tutela circumstat. Maioz illis
q̄ ceteris metus est. Tam enim timere coguntur q̄ timen-
tur. Exigit enim penas pariter de potentiore sublimitas.
Una igitur placida ⁊ fida tranquilitas: vna solita ⁊ firma
securitas. Si quis ab his inquietantis seculi turbinib⁹ ex

tractus/salutaris portus statione fungatur:ad celum oculos tollat a terris:z ad dei mun⁹ admissus ac deo suo mente iam proximus/quicquid apud ceteros humanis in reb⁹ sublime ac magnum videtur:intra suam conscientiam iacere glorietur:nihilq; appetere iam de seculo potest:qui se culo maior est. Idem in libro de aleatoribus. Si oues delin quunt:z pastores delinquentibus ignoscant:nōne ipsi se pondere delinquentiū onerāt: Quid queso est nos fideles q manus q ab humanis iniurijs expiata est.z ad sacrificium dñicum admissa:q ad laudē dñi in oraculo exurgit

In aleatores. q signū christi p qō tueri debemus fronti imprimit. Quid est inquā vitalee ludū exercēs:laqueis diaboli vnde exuta est rursus implicetur. Alea essi diaboli venabulū est:z deleti vulnus insanabile. Ibi diabolus pōsto est ad capiendum submissus:tibi pfidia:falsa testimonia:mentis furia:venale piurium:serpentinū colloquium:illic rabiosa amicitia:fraternitas discordās:illic cōiunctiō:z seua audacia:fera impatiētia:possessionū amissio. O aleatorū pigra nequitia:o mans crudelis ad periculū sui armata:que paterna bona z opes aliorum sudoribus quesita ignominioso studio dilapidat. Alea est alueus malis:supplātatio amicitiq; nec lucrū cōfert sed totū cōsumit. Hinc demū pauperes fiunt:hinc iam consumptis oibus rebus suis mutuis vulneribus se obruunt: hinc patrimoniū sine vlla fori pecunia amittunt. Ille quidem q primū hunc ludū adinuenit:instinctu diaboli qui eū suis artibus adimpleuit:ab imitatoribus suis se colendum.z sibi sacrificandū cōstituit:ita vt qui vellet eius studio adherere nō ante manū in tabulā porrigeret:nisi author ei⁹ prius sacrificaret. Christianus aūt quicūq; es z alee tabula ludis:licet nō sacrifices:tamē legis huius facinoris participes z vtiq; christianus nō es. O qualis aleatorum demētia qui insaniunt/peierant:maledicunt:z diaboli caligine deorbati sibi nunicē manus inferunt:inuicē se deuouent:et parentū originē presentibus turbis dehonorant. Et q iam sepius vincitur:rursus ad nocentius studiū suadente diabolo animatur. O ars infesta studentibus z studiū libidinosum:qō nan diuitias/sed nuditatē z inopiā prestat. Hec ille. Idem Cyprianus in quodā libro ad Julianū ait. Idem mediator dei z hoim homo christus Jesus sic actibus prōijs z dignitatib⁹ distinctis officia potestatis vtriusq; discreuit/ppria volēs medicinali humilitate sursum efferri: nō humana superbia rursum in inferiora demergi:vt etiaz christiani imperatores p eterna vita pontificibus indigerent:z pōtifices pro cursu temporaliū rerū imperialibus legibus vterentur:quatenus spūalis actio a carnalibus distaret incursibus:z deo militias minime se negotijs secularibus implicaret:ac vicissim nō ille rebus diuinis pōdere videretur:q esset secularibus negotijs implicatus. Hec ille di.x.q̄ſſ. Ubi glossa dicit papatū z imperium ab vno habere principiū scz christo q fuit.pōtifex z rex regū:z distīctas esse istas dignitates:papā tamē habere vtriq; gladiū z vtroq; aliquādo vti. Et ideo licet sint distincterm exercitio tamē subalternatim se habēt:ita q imperialis dignitas subijcitur papali vt inferiori superiori.dist.xcvj.duo sunt:z vt sicut vnus princeps in vniuerso:deus videlicet:ita in ecclesia vnus monarcha.s.papa:cui terreni simul z celestis imperij dñs iura concessit:vt dicitur dist.xxij.ca.j.

§. VI. Sub isto etiam Decio

Galieno p diuersa loca seuiēte Dionysius alexādrin⁹ epūs passus est exiliū. Nā vt scribit Eusebius lib.vij.historie ecclesiastice. Quū Valerius cū Galieno sanctos persequerē tur. Dionysius vero iste vnū solū deū qui celū fecisset z terraz diceret adorandū:ceteros aūt neq; esse deos neq; adorari deberem castrū quoddā desertiq; Letro appellatur in exiliū mittitur:ob hoc precipue electū:q loci incole gentiles erāt:z idolor superstitionib⁹ satis dediti. Quiq; hostili animo Dionysiū primo z satis aduersa mēte suscipiūt Postmodū vero quū paulatim p dei gratiā verbū dñi se seminare cepisset.pars maxima trucis z barbari populi relictis idolis conuersa est ad deum verum christo subiecta. Quo cōperto rursum cū ad alium locū vicinū quidē Alexādrie/sed incolis desertū ac bene habitatoribus vacuum transtulerunt. Sed vbi quū pro vbis vicinitate nostrorum populi frequētarent:z tanq; odore pastoris recepto grex letior z constantior redderetur agonib⁹:rursus missus cū centurione militaribus viris ipsum Dionysium z cum eo Caiū z Petrum catenis cōstrictos z diuersis cruciatibus afflictos in desertū quoddā Libye pertraxerūt:loco squalidissimo:z omni vsu humanitatis arente:z ibi nexos vinculis reliquerunt. Denicq; fertur quibusdam se infectantibus respondisse. Quid insectando me laboratis: Caput meum pro quo magnopere fatigamini:nullum ceruicib⁹ sumite:z donum magnū ad tyrannum deferte. De hoc sic ait Hieron⁹.lib.de viris illu. Hic Dionysius alexandrie vbis episcopus sub Heraclea scholā presbyter tenuit:z Origenis insignissimus auditor fuit. Hic in Cypriani z aphri cane synodi dogma pſentiens/de hereticis baptizandis ad diuersos missit epistolas plurimas:que vsq; in hodiernum diem extant. Ad Fabianū antiochene vbis epm de penitentia. Et ad Romanos per Hippolytū alteram ad Xistū papaz qui Stephano successerat duas epistolas:z ad Philemonem Dionysium Romane ecclesie presbyteros duas z ad Dionysium eundem postea Romane ecclesie epm de pascha. Itē duos libros aduersus Nepotem epm:qui milianorū corporale regnū suis scriptis asseuerat:in quibus de apocalypsi Joannis diligētissime disputat. Et quatuor libros ad Dionysiū Romane vbis episcopum. Hic etiam Dionysius in libro.iij.de baptismo quem ad Philemonem scripsit de se sic ait. Ego z tractatus hereticorum lego z traditiones eorum perscrutor:etsi videar ad horam verbis eorū pollui. Sed mihi multum confert hoc ipsum:q ex eorum verbis arguere eos possum. Denicq; quum aliquis ex fratrib⁹ cōpresbyteris phiberet meme heretica lectione tanq; sceni alicuius retror polluerer:mihi visio quedam a deo ostensa est que me confirmaret:z sermo factus est mihi. Lege omnia quecūq; in manus tuas venerint: quia probare potes z discernere singula.quādo quidē ex mitio hec tibi fuit causa credēdi. Hec ille. Qui demum in pace quieuit anno Galieni duodecimo. Nō phi bēda ē hereticoꝝ le ctio.

§. VII. De gregorio Neocesaree episcopo

sic ait Hieron⁹.li.de viris illustrib⁹. Theodorus qui postea Gregorius appellatus est:Neocesaree Ponti episcopus:admodum adolescens ob studia grecarum et latinarum literarum de Cappadocia Byzretum z inde Cesariam Palestine transiit iuncto fratre Theodoro. Quorū quum egregiam idolem vidisset Origenes:cohortatus est eos ad philosophiam:in qua paulatim christi fidem subintroducēs sui quoq; sectatores reddidit. Quinquēnio itaq; eruditi ab eo remittuntur ad matrem. Et quibus Theodorus pficiscens panegyricū eucharistie scripsit Origeni. Et cōuocata grādi frequētia ipso quoq; Origene presente recitauit:qō vsq; hodie extat. Scripsit metaphrasim Ecclesiastes:breuem quidē:sed valde vtilem. Et alie hmōi vulgo ferunt epistole. Sed precipue signa z miracula que iam episcopus cū multa ecclesiarum gloria perpetrauit. Unde Euse. de eo sic ait. Stagnū quoddam erat in ponti regionibus situm/piscib⁹ copiosum:ex quorū captura prediuites reditus dominis suis prestabant. Ista possessio duob⁹ fratribus sorte hereditatis obuenerat. Ex pecunie cupiditas que pene omniū corda mortaliū superat:etiam fraternā vicissitudinem violauit. Cohibebat a fratribus tempore captionis non tam ad capiendos pisces q ad hoies decipiendos/hoim cedes ad bella mouebantur:humanus sanguis pro piscibus fundebatur. Sed dei prudentia aliquādo adfuit auxilium. Aduenies em Gregorius videnscq; prelia mortesq; virorum fratres germanos:qd cause existeret pro qua in exitiū sui suorūq; fratres accenderent inquirit. nullam nisi capture piscium reperit. Tunc ille quum pro honore sui vtreq; partes siluissent paululū:Nolite(inquit)o filioli rationales animas pro mutis animātibus violare:fraternam pacē questus cupiditate dissoluere:dei leges z nature pariter violare. Sed vna mecū ad orā stagni exitialis accedite. Ego iam vos per virtutē dñi omni certamine cruente contentionis absoluam. Et quū hec dixisset in conspectu omniū:virgā quam tenebat in manu ad primas litoris vndas defigit. Et ipse positis genibus manus tēdit ad celūq; excelso supplicat deo. Simul vt ille orandi finem fecit:statim sese vnda subducens z cursu velociori refugiens a conspectu superno iussa discedere / abyssis suis redditur:z arentem campū iam concordibus germanis deliquit. Sed in hodiernū diē frugū ferax dicit esse solū: qō antea fuerat nauium ferax. Demonstratur z aliud illustrius ab eo z diuinius factū. In quodam loco ruris angusti/quū res poscoret ecclesiā constitui rupis quedam vicini montis ex parte orientis obiecta/ex alia vero prererfluēs fluuius spatiū quantū eccl'ie sufficeret denegabat. Et quū alius oīno non esset locus:omnesq; mesti essent q solū ad construendam ecclesiā non haberent:ille plenus fide pnotasse in oratione dicitur:z dñm Jesum admonuisse pmissionis sue fideliter:q dixit/Si habueritis fidem sicut granum sinapis:dicetis monti huic/Tollere:z mittere in mare:z fiet vtiq;. Quumq; hoc plena fidei deuotione deposceret:ad lucem coeuntibus populis inuenta est rupes impotuna recessisse tantum/quātū spatium ad condendā quere-

batur

batur ecclesia. Traduntur eius & alia q̄ plurima: De eodē sic ait Haymo. Gregorius iste quum aliquando per alpes transiret necessitate ninili coactus ad fanū diuertit Apollinis: ibiq; pernoctat. Quo mane recedente/ recessit & demon. Poscitur dare responsa sicut prius: & obmutescit. Cōsulitur a sacerdote oppomitur titulus. Gregorij aduentus Mox sacerdos occupat uiā perueniens ad Gregorij: & re iam expulsi numinis exponit questicq; amissum deplorat. At ille scribit epistolam in hec verba. Gregorius Apollini. Permitto tibi redire ad locum tuū: & agere que consueuisti. Hāc sacerdos ad fanū fert epistolā: ponitq; iuxta simulachrū. Adest iterum demon: iterum dat responsa. Tunc sacerdos in semetipsum cōuersus: ait. Quomodo non multo melior est Gregorius isto Apolline cuius obtēperat iussis? Et descendens eadē hora ad Gregorium: referensq; epistolam rei ordinem pandit: vtq; deo se offerat rogat. Tunc relicta gentilitate factus ab eo catechuminus: quum se castissime vite & abstinentissime mancipasset etiam baptisma consequitur. Et in tantum virtute fidei profecit: q̄ Gregorij successor in episcopatu fuit.

§. VIII. Decio igitur imperāte

nō primo/ qui imperauit duobus annis & mensibus sex: vt ab aliquibus dicitur. quia Xistus eo tēpore papa nō fuit. Nec secūdo/ post quē cū Uoluſiano imperauit gallus: qui dictus est Decius: sm Helinandum eadem ratione. sed sub tertio Decio qui vsitatiori vocabulo dictus est Galienus & cū patre suo Ualeriano imperauit annis quindecim: cuius tēpore papa Xistus creatus fuit. Uel vt quibusdā aliis placet sub alio quarto Decio qui non imperator: sed cesar a Galieno factus est. & Ualeriano nō patre prefati Galieni sed prefecto tunc vbis: passi sunt Xistus papa cum Laurentio archidiacono eius. Qui Xistus natus Athenis studijs vacans philosophus fuit. Audiens igitur Decius cesar quod per Xistum papam multi conuerterentur vel cōfirmarentur in fide Christi: iussit eum sibi presentari. Et quum ante se ductum cum felicissimo & Agapito diaconibus nullis blādimentis a proposito sancto mouere posset: ad templum mandauit adduci: vt aut dijs immolaret: aut in carcerem truderetur. Quumq; sacrificare contennens ad carcerem traheretur: Laurentius hoc audiens ad eum accessit dicens. Quo progrederis sine filio pater? quo sacerdos sancte sine ministro properas? tu nunq; sine ministro sacrificium offerre consueueras. Quid ergo in me displicuit paternitati tue? Nunquid degenerem me probastis? cui commisisti dominici sanguinis dispensationem? Cui Xistus respondit. Non ego te desero filium neque derelinquo: sed maiora tibi debentur certamina. Nos quidem quasi senes leuioris pugne cursum recipimus: te autem vt iuuenē manet gloriosior de tyranno triumphus: post triduum me sequeris sacerdotem leuita. Commisit itaque ei vt thesauros ecclesie qui sc̄z supererant: vel ex oblatis a Philippo imperatore vel ab alijs conuersis ad fidem diuitibus: pauperibus distribueret. Quod & fecit christianis indigētibus qui latebant dispensans quesitis ab eo. Et in domum vidue ingrediens in qua multi fideles occulti manebāt: elee mosynis datis illam a dolore capitis sanauit diu detentaz, & in domo alterius christicole cecum illuminauit. Presentatus iterum Xistus Decio quum ei assentire non vellet: decreuit Ualerianus prefectus illum duci ad templū Martis: cui si non sacrificium offerret: capite puniretur. Quū autem duceretur. Laurentius feruore spiritus instigatus cepit clamare post eum. Noli me derelinquere pater sanctet: quia thesauros tuos iam expendi quos tradidisti mihi. Tunc milites audientes nominare thesuros. Laurentium tenentes ad Decium perduxerunt. Xistum vero cum Agapito & Felicissimo decollauerunt. Presentatus ergo Laurentius Decio traditus est ab eo Ualeriano prefecto vt exquireret ab ipso thesauros ecclesie: & si sacrificare nollet/ variis supplicijs interimeret. Ualerianus autem tradidit eum Hyppolito carcerario custodiendum. Ingressus Laurentius carcerem: inuenit ibi quēdam Lucillum nomine: qui ex nimio ploratu amiserat visum. Cui Laurentius promittens lumen se redditurū si in christum crederet: cōuersum ad fidem & baptizatū subito illuminauit. Et alijs pluribus ad eum accedentibus cecis restituit lumen. Q̄ cernens Hippolytus ait. Ostende mihi thesauros. Et Laurentius ad eum. Non solum o Hyppolite thesaurum tibi ostendo: sed si credideris in christū vitā eternā tibi promitto. Credente igit Hippolyto & baptizato ait. Uidi animas innocētū letas gaudere. Uū totā familiā suā baptizari fecit. Post hec mandauit Ualerian? Hippolyto vt Laurētiū presentaret. Qui cōtā eo adductus quū inquireret de thesauris: petijt triduanas inducias ad eos manifestandos. Qui egressus a conspectu eius intra triduum collegit oēs quos reperit per vrbem pauperes quibus eleemosynas dederat: et ante eū simul adduxit ad palatiū dicens. Ecce thesauri eterni qui nūq̄ deficiunt. Nam quos requiristi man? pauperū in celestes thesauros deportauerunt. Et interrogans Decius Cesar cur deos blasphemaret/ iussit eū scorpionibus cedi: et olim tormentorū genere ante eum afferri. Quem quum sacrificare dijs suis iuberet vt illa euaderet respondit Laurentius. Infelix: has epulas ego semp optaui. Et Decius ad eum. Si in hoc gloriaris: indica nobis vbi sunt tui similes absconsi: vt tecum simul epulentur. Cui respondit. Non es dignus eorum aspectui presentari. Tunc iratus decius iussit eum plumbatis diutissime cedi. Beat? autem Laurentius orauit dicens. Domine Jesu accipe spiritum meum. Stratimque facta est vox de celo dicens. Adhuc multa tibi debentur pro christo certamina. Quod audiens Decius ait. Uiri Romani audistis demones hunc sacrilegum confortantes: qui deos respuit et principum mandata contennit? Iterum fecit eum scorpionibus grauiter cedi. Unus autem ex militibus adsistens Romanus nomine quum cederetur Laurentius: clamauit conuersus ad fidem. Uideo iuuenem pulcherrimum ante te stantem cum linteo extergentem membra tua. Unde adiuro te per dominū qui misit angelum suum ne me derelinquas. Anxiatus autē Decius super eo: precepit eū deponi & in custodiam recipi dicens. Puto q̄ iam per/ artem magicam victi sumus. Romanus autē accedēs ad Laurentium cū vrceolo aque: fecit se baptizari ab eo. Quod quū audisset Deci? de Romano: & fustigatū eū ante se fecisset adduci: & ille clamaret: christianus sum: teū decolari mandauit. Eadem nocte Decius et Ualerianus Laurentio coram se adducto dixerunt. Sacrificia dijs Sin minus nos ista in tuis expēdētur supplicijs. Quibus Laurentius. Mea nox (inquit) obscurum nō habet: sed oia in luce clarescit. Et post percussionē oris dirā lapide: denudatū ipsuz super cratem ferreā sub qua erant carbones igniti eū extendi fecerūt: & furcis ferreis corpus eius comprimi. Quūq; ibi diu assaretur ministrantibus pzunas satellitibus subter cratem: & gratias deo agere: letissimo vultu quasi nil mali sentire videretur versus ad Deciū ait. Ecce miser assasti vnam partem: gyra aliam & manducatam video q̄ diu desideraui. Deinde ad celum oculos erigens ait. Gratias tibi ago dñe Jesu christe q̄ ianuas tuas ingredi merui. Sicq; emisit spiritum Deo eius ait & Ualerian? cōfusi corpus eius super cratem exustū dimittentes abierunt. Sed Hyppolit? cū Justino corpus accipientes Laurenti honorifice sepelierunt.

Xist? papa mart?

Laurentius.

agapit? & felicissimus.

§. IX. Post diem tertium passionis Laurētij audiens Decius. Hyppolitū corpus eius sepelisse: iussit eū ad se vocari: eiq; dixit. Nunq̄d & tu magus effectus es: q̄ corpus Laurētij abstulisti? Cui Hyppolitus Hoc ego nō vt mag?: sed vt christianus feci. Furore repletus Decius iussit eū expoliatū fustibus cedi: tac etiā pectinibus ferreis laniari. Qui ex hoc magis clamabat se esse christianū. Et quū indutus veste militari moneret vt militiam & amicitiam Decij recognosceret: ille autē respōderet se in bona militia sequi christū: imperauit Decius Valeriano prefecto vt facultates eius acciperet: & eū diuersis cruciatibus trucidaret. Qui audito q̄ tota familia eius christiana esset: oēs fecit ante se duci cum Cōcordia nutrice ei? quibus quū dixisset vt deos adorarent: ne cū dño suo mala morte perirent: Cōcordia respondit proibus: Nos cū dño nostro Hyppolito malumus mori pudice q̄ viuere ipudice quam Ualerianus tandiu cedi fecit plūbatis quousq; spiritum exhalaret. Hyppolitus autē gratias deo egit q̄ nutricem suam ante se p̄misisset: et familiā suā in dño roborauit. Ualerianus cernens constantiam eorum: oēs in cōspectu Hyppoliti decollari fecit: et postea eū per pedes ligatū ad colla indomitoꝝ equoꝝ per spinas & tribulos trahi: q̄ gratias deo agens spiritū inuictū dño reddidit: Corpus autē Concordie quod fuerat in cloacam proiectū: Hirene? cloacarius christianus occultus ad requisitionem cuiusdaz militis Porphirij/ q̄z existimabat aurū & gēmas in veste eius haberi/ extrahit. Sed nil tale reperiens in vestibus illi? si mul cū Habūdio christiano corpus ipsuz deferentes Justino presbytero/ iuxta aliorū corpora sepelierūt. Qui Hireneus & Habundi? ppter hoc martyrio coronati sunt. Ipsi autē Decius et Ualerianus quū in theatrū itrare vellēt ad cruciandum fideles: arrepti a demonibus publice clamabant. Decius quidē o Hyppolite vinctum me catenis asperis ducis Ualerianus autem. O Laurenti igneis chatenis me trahis: qui presente Decio expirauit. Ipse autē Decius

Concordia Hyppoliti nutrix.

Hyrene? & Habundi?.

triduo vexatus: tandē deficiēs ad inferos descendit anima
Tripho nia ⁊ cy rilla. eius. Tripho nia autem vxor Decij his exterrita cū filia sua Cyrilla baptizari se fecit a Iustino ⁊ in oratione posita ad dñm migrauit. quod quum audissent milites. s. conuersionem Tripho nie ⁊ Cyrille: ⁊ ipsi cum sororibus suis baptismā susceperunt a Dionysio successore Xisti pape: quos omnes claudius successor Galeni in imperio decollari mādauit simul cum Cyrilla filia Decij: quum nec nubere nec sacrificare vellet. ¶ In magna autem veneratione habet apud fideles super ceteros martyr Laurentius post Stephanū. ⁊ festum eius ab ecclesia solenniter celebratur. Cū quia in vrbe Romana passus tunc alijs dominātē. Tum qz archidiaconus summi pontificis: primus tamen ⁊ vltimus de cuius etiam martyrio ipse Xistus papa prophetauit. Cū qz thesauros ecclesie pauperibus fideliter dispensauit. Cū quia post multa tormenta acerbissima vitam finiuit cum maximo feruore letissime omnia sustinens. Unde antiqui doctores multum eum commendant in sermonibus suis. Augustinus. Leo papa. Ambro. et Maximus. Et triplici quidem igne qui intus latebat. s. fidei magnitudine ⁊ dilectionis fernore: dei irradiatiōe extinxit omnē ignem malum. s. materialis flamme gehenne: carnalis concupiscētie: mundane auaritie: ⁊ tyrannice iracundie: refrigerium habens ex celesti consolatione premij ostensi: ex legis dei mediatione: ex conscientie sinceritate. Unde Maximus vel Ambrosius. Non enim beatus Laurentius ignium tormenta visceribus sentire poterat: ⁊ sensibili paradisi refrigeria possidebat. Idē. Dum christi precepta cogitat: frigidum fit ei omne qđ patitur. Idē. Ardet pfecto totis visceribus martyr fortissimus ⁊ vrit: sed regna celi ptractās refrigerio conscientie victor exultat. Qui nō solū mirificatus a deo ex illuminatiōe cecorū extitit cōuersatus in terris: ⁊ pauperū sublevationes: sed ⁊ in celū assumptus innocantibus patrociniū prestare nō desistit: ⁊ ex tremore se colendum ostendit. Nam referente Gregorio Turonēsi quū quidam pauper sacerdos ecclesiā quādam in eius honorē dedicatā vetustate collapsam reparare statuisset: vna extrabibus pro recto reficiēdo adductis inuenta est breuior vnde ad opus ineptatsed oratione a sacerdote ad sanctum Laurentiū missa vt paupertati sue succurreret: intantū aucta est vt diminuere oportuerit. Que pars vt superflua excisa ⁊ in frusta diuisa/multis fuit remediū sanitatis per tactum ei⁹. Gregorio quoq magno narrante in dialogo suo/ Operarijs conductis a Sanctulo ad instaurationem ecclesie sancti Laurentij quum cibus deficeret: precibus ad martyrem fusis ab eo ab subuētionē in clibano ecclesie vicino inuentus est panis celitus missus: ⁊ per multos dies laborantes refecit. Lucē crystallinū pulcherrimū quū ad altare deferret diaconus: minutatim ex collapsu in terrā cōfractum deprecatiōe directa ab eo redintegrauit martyr egregius in ecclesia ppe Mediolanū. Henrico imperatore migrante ex hoc seculo: quū bona eius ⁊ mala pōderarentur coram superno iudice: ⁊ mala bonis preponderarent. Laurentius subito calicē aureū mire magnitudinis quē Henricus Merseburgēsi ecclesie in honorē sancti Laurentij obtulerat: in statera seu bilāce bonorū proiecit: ex quo bona in pondere mala superauerūt: vnde ad saluationē iudicatus est. Quum aūt (vt ait Gregori⁹ predecessor eius) quedā sepulchrū sancti Laurentij meliorare decreuisset: fodiētib⁹ plurimis in pauimēto ad inueniendū corpus ipsum quum locus ignoraret: ex improuiso patefactū est. Ex quo exterriti sunt ministri operis: ⁊ oēs infra decennīū mortui sunt vt nullus eorum superuixerit qui corpus ipsum viderunt. Sicq opus omissum est. Et cum eo in eodez mausoleo dicitur quiescere corpus Stephani promartyris ⁊ primi leuite delatum Constantinopoli. Quod autem diuulgatum est apud mulierculas beatum Laurentiū quarta quaq feria animas aliquas de purgatorio liberare. Uel etiā q⁹ visitās q̄s limina ecclesie sancti Laurentij etiā vbiuis cōstructe quarta quaq feria per annū integrum p anima alicui⁹ defuncti: liberet eā de penis purgatorij ea facilitate ptēnt qua probatur. Nec hystoria hoc docet: nec ratio persuadet quinimmo superstitiosum videtur q⁹ magis quarta feria q⁹ alia valeant defunctis suffragia. vel q⁹ beatus Laurētius liberationē faciat tali die magis q⁹ altera. Et pie de christo conceditur q⁹ de limbo ascēdēs in resurrectiōe/semel rātū aliquas animas habentes pauca vel de facili expiabilia de purgatorio eduxerit. Non est aūt maior seruus dño suo. Uisitationem atq ad ecclesias sancti Laurētij non reprehēdim⁹ ⁊ preces ad eum pro viuis vel defunctis: sed obseruātiam dierū ⁊ fabulas ignotas non recipimus.

§. X. Deci⁹ itaqz vt ait Hiero.

martyrum persecutor testāte Cypriano qui sub eo passus est: volentes mori non permittebat occidi. Perseuerantem igitur in fide martyrem quendam/ ⁊ inter eculeum laminasq victorem/ iussit melle perungi: ⁊ sub ardentissimo sole ligatis post tergum manibus supinari. vt scz muscarum aculeis cederet q̄ ignitas sartagines ante superasset. Aliū iuuenili etate florente in amenissimos hortulos pcepit adduci: ibiq inter candentia lilia ⁊ rubentes rosas quū leui iuxta murmure serperet riuus: ⁊ molli sibilo arbor folia vent⁹ subrigeret: sup extructū plumis lectulū resupinari iussit: ⁊ inde ne se posset excutere/ blādis serrorū nexib⁹ irretitū reliquit. Oō quū recedētibus cūctis meretrix specio sa venisset: cepit delicatis colla strigere amplexib⁹. Et (qō dictu quoq scel⁹ est) manib⁹ attrectare virilia: vt corpore in libidinē cōmoto meretrix impudica ei subiaceret. Quid ageret miles christi: quo se verteret nesciebat: quētēta non vicerāt superabat voluptas. Tandē celitus inspiratus precisam mordicus linguā in osculantis faciem expuit. Et sic libidinis sensum superās doloris magnitudo calcauit. Quo tpe Paulus primus eremita dū psecutionis declinaret pcellā: timēs ne hmōi horribiles cruciatus sufferre nō valeret. xvj. etatis sue anno intrauit desertum. Sed de hoc inferius. Ut aūt attestat Euse. in lib. vj. eccleastice histo. tam dira sub Decio fuit cōtra christianos pfecutio: vt nullum fidelibus esset iter peruium: nullius platee transitus indulgebat: nec die nec nocte pcedendi vsq erat facultas libera. Ut essi quisq christianorū apparebat in publicū: statim clamor vulgi ⁊ seditio nascebat: vt vel pedibus traheretur in ius: vel ignibus incenderet. Ex quo perterritis pene oibus quidā ex ipsis nobilibus statim spōte ipsis actibus se ingesserunt. Alij cōuenti tantūmodo nōnulli a domesticis prodiri/ ad sacrificia execranda ⁊ ad immūdas hostias pperabant. Aliqui ex ijs psallentes ⁊ tremētes vt magis immolari q⁹ immolare idolis ipsi viderent: ⁊ tarde etiā a spectante vulgo irriderent: eo q⁹ ⁊ ad moriendū ⁊ ad sacrificandum ita meticulosi videbant. Alij tam impudēter ad aras pfiliebant: vt affirmare se nunq⁹ fuisse christianos ni terentur. Ji vero qui beati effecti sunt tanq⁹ colūne firmissime donis ipsius spiritus cōfirmati/ p fidei sue merito virtute a dño percepta/ admirāda deo ⁊ angelis martyrij sui spectacula prebuerunt. Quorū primus Julianus quidā q̄ podagra adstrictus nec incedere nec stare poterat: cum ijs qui eum portabant in sellula iudici offertur/ Quorū vnus statim negat: alius cum Juliano in fide perseuerat martyr effectus. Quāte multitudines in desertis oberrantes mōtibus/ fame/ siti/ frigore/ langore/ latronibus/ bestijsq consumpti sunt: qui oēs gloria martyrij coronati sunt: ⁊ pleriq etiā videtes aliquos in tormētis deficere: dum nutib⁹ aut gestibus vel verbis conabātur erigere confortantes: manifestati q⁹ essent christiani: ⁊ ipsi coronam martyrij adepti sunt. ¶ Narrat etiā Dionysius Alexandrinus q⁹ in Alexādria inter ceteros fideles cruciatos pter fidē christi fuit quedam virgo sacra longeue etatis Apollonia. Cui qz sacrificare idolis nolebat/ primo excusserunt oēs dentes: deinde cōgestis lignis extruxerunt rogū circa eam: cōminantes eam viuā incensuros nisi assentiret cū eis deū blasphemare. At illa videns rogum/ paululū quid in seipsa mollitur: ⁊ repente de manibus se eripiens impiorum in ignem sponte profilijt: ita vt perterrerent etiā ipsius crudelitatis auctores: quia pōptior est inuenta femina ad mortem q⁹ persecutor ad penam. ¶ Eusebius in hystoria ecclesiastica lib. vij. refert q⁹ eo tēpore apud Cesareā Palestine tres admirandi adolescentes scz Priscus/ Malchus/ ⁊ Alexander diuino fidei calore succensi: ceperunt seipsos ignauie ⁊ segnitiei increpare: q⁹ quum celestes in vrbe martyrij corone proponerentur/ ipsi nō desiderarent: ipsi eas non raperent quū saluator dicat/ Regnū celorū vim patitur. Jisq se alloquijs incitantes vrbem petunt. Et adorso iudice truculēto cur tantum in sanguinem piorū deseuiret. Ille cōtinuo nobiles animos iuuenū q⁹ dignis remunerans affatibus: Deuorandi (inquit) bestijs subrigantur: quibus non placet piorum sanguinē fundi. Sed ⁊ mulier quedā supradictorū iuuenum secuta fertur audacie ⁊ magnanimitatis exēplū simileq sortitur exitum pene.

Hec habētur i vita bti Pauli pmi ere mite.

Julia⁹ mar tyr.

Gāta apollo nia.

Prisc⁹ maleh⁹ Alexan der.

§. XI. Marinum quoqz virum

militarem Hierosolymorū ciuē honorez diuitijs clarū quū in dicta vrbe inter collegas suos per ordinē gradus sui honor quidam contingeret militaris vt fieri solet: insequēte collegam suum subit inuidia: ⁊ exclamat non posse Marinum adipisci superiorem gradum: eo q⁹ esset christianus. Quūq super eo interrogatus hoc non negaret: datur ei a iudice triū horarū spatiū vt eligat aut oīs immolare ⁊ honorem

nozem illū consequitaut cū christianis interimi. Egressum igitur tribunali. Theotocinus episcopus loci in ecclesiā ducit: et post exhortationē ad cōstantiā fidei/ante altare ostēdit ei gladiū quo ipse Marinus erat precinctus: et sanctum euangelium: quid ex duobus his malit accipere. Qui prō prissima fide librum euangeliorū assumpsit: probatusq; ēt episcopus ait. Optime o fili elegisti: contēnens vitam presentem/eternam sperato. Confidenter perge: et suscipe coronam tibi a deo paratam. Qui subito ad tribunal iudicis regressus asserit q; oportet deo magis q̄ hoibus obedire: pro qua responsione statim capite truncatur. ¶ Sed inter eos cunctis clarior meritis fidei super ceteros insignis memoratur Asterius vir Romane urbis senator patritius: nobilitate/facultatibus/propinquitate etiam regia/: et omniū bonorum fama satis clarus. Hic quū predicti martyris extremis interesset exequijs: et capite cesō cadauer subiectis humeris: et substrata veste qua induebatur exciperet: honorem quē martyri detulit continuo martyr ipse assequit. Hic: et multis alijs claris festis in fide christi emicuisse traditur. Et precipue apud Cesaream Philippi sub radice montis ex quo fluuij Iordanis prima fluenta prosiliunt: quum mos esset gentilis erroris vt certo solenni die immolaret victima quedam tea imposita arte demonis nusq; apparebat. Quū semel iste Asterius adesset: et attendisset errorem: cunctis hoc mirantibus tanq; assumpta a deo esset in celū victima: eo orante cum lachrymis vt prestigium demonis detegeretur: factus est vt victima oblata que inuisibiliter putabatur assumpta: superferri aquis videretur: et conspectibus oīm reddi. Sicq; talis error: et superstitio ablata est ab illis. Decius quoq; quum i itinere cōstitutus Florentie alicuibus diebus resideret: vt persecutor acerrimus christianorum inquiri fecit an aliqui sub hoc nomine christo militarent. Quum aūt sibi insinuatū fuisset de quodam iuuene nobili nomine Himatereum coram se fecit adduci: et non valens eū nec blanditijs nec minis a fidei christiane cōstantia reuocare: leopardus ad ipsum occidendum emittitur. sed leopardus ex se subito moritur. Exinde in fornacem ardentē proiciturr: sed ab angelo confortatus illesus egreditur. Leoni ad deuorandum exponitur: sed leo rugiens ipse extinguitur. In eculeo extētus deo gratias degens fortior redditur. Plumbū liquens per aures eius immittitur: at ille incolumis perseverat. Subuli seu calami acuti i digitis inter vngues: et carnem inserūtur: sed dei virtute roborat. Demum capitali sententia condēnatur. Cuius corpus in ecclesia maiori Florentina dicitur quiescere.

Asteri⁹.

Sanct⁹ mimas.

§. XII. Romanorū igitur. xxv.

Flauij claudij⁹ iparor.

iij. regnauit Claudi⁹ qui imperauit annis fere duobus ſm Eusebium in chron. et cepit regnare anno domini. cclxxj. Ab initio autem mundi quinquies millesimo. ccccl xx. Hic Gothos vastantes Illyricum: et Macedoniam per annos xvj. superauit: et incredibili strage deleuit. Unde clypeus aureus: et statuta equestris ei decernitur a senatu. victisq; Allemannis obijt. Hic ſm aliquos fuit Dardan⁹: ſm alios Dalmata: et fuit vir bonus: excepta tamē occisione sanctorum: omnibus percharus: legibus amicus: senatui populoq; Romano acceptissimus: vini parcus: et maxime rebus bellicis emicuit. Aureolus aūt qui se imperatorem fecerat in Illyrico: et iam Italiā intrauerat vt pugnaret cōtra galienū: audita morte eius: et Claudiū in imperio successisse timēs eū legatos misit tractās de pace cū participatione imperij. Qō ille recusauit: et pugnātib⁹ simul Cladius aureolo occiso victor emersit cui exercit⁹ Aureoli remanens se tradidit. Hoc bello ciuili finito aliud externū agressi ē. Nā Scytharum populi scilicet Petini, Thuringi Ostrogothi Miletingi alij spe prede Romanū in solum se vndiq; effuderant: more locustarū oia vastantes. Erant aūt armatorum trecenta milia absq; seruis: et populo inermi. Cōtra quos pergens Claudius sagacissimus: quū tamen esset lōge viribus impar scz in multitudine: ita eos attriuit: et tanta cedet: vt vix supereſſet nūtius q̄ ista referret. Nec vno prelio barbarorū tantū sanguinis effusum est. Inde ex cadaueribus occisorū aere infecto secuta est pestis maxima: que multa milia hoīm regionis illius de medio tulit. Hac porro victoria Claudius: cōgregata ex omni Italia nauium multitudine: et in exercitu imposito: Gothis q̄ se mari terraq; effuderant/parat occurrere. Et quum bello nauali ouari fortuna pugnasset: Gothi etsi plures demū victi sunt: et fere vsq; ad internitionē cesi. Et vt refert trebellius Pollio absq; captis duo milia nautū barbarorū. Claudius in hoc bello submersi. His duobus bellis plerisq; barbarorū reges capti sunt: capte barbarorū nobiles femine: q̄ more amazonum viris nō erant inferiores. Totq; capti sunt: vt Romanorum seruis: et agricultoribus barbaris repleretur ciuitates: et oppida Gothis. Eo tempore apud Antiochiam Demetrio epo Paulus Samosatenus successit. Qui indigna de christo sentiens/ vrpote tumidus: et superbus hereticus predicabat eum hoiem tantū cōmunis fuisse nature. Hic Paulus ab omni concilio Antiocheno condemnatus quum ecclesiā nolle exire: et precepto Aureliani manu publica electus est: vt ait Helinādus. Eandem defuncto Claudio Quintilius frater eius ab exercitu est electus: et in foliū ſperij sublimat⁹: vt refert Hugo Floriacen. xvij. die imperij sui occisus est: quia seuerus.

Paul⁹ hereticꝰ

§. XIII. Romanorum igitur

xxix. regnauit Aurelianus anis q̄nque. mēsib⁹ sex: ſm Euse. in chron. Cepit anno dñi. cclxxiij. Mundi vero quater mille simo. ccxxxvj. ſm minorē computationē. sed ſm maiorē q̄n quies millesimo. cccclxx. Et iste (vt dicit Hugo) fuit iudustrie militaris expertissimus: et Gothorū gentē duris plis pfligauit: ditionemq; Romanam antiquis terminis stabiliuit. Et Syriā totam receptā sibi vendicauit. Unde magna gloria Rome triūphauit. Et post modū muris firmioribus eam stabiliuit. Preterea status ecclesie hoc tēpore prosperioribus incremētis augebat quotidie. Unde apud Antiochiam celebre concilium est congregatū: in quo presat⁹ Paulus hereticus cōuictus manifestissime de hereſi sua est cōdēnatus: insistente maxime Melchione Antiochene ecclesie presbytero viro sapientissimo. Huic essi ab omni epitoro cōcilio permissum est disputare cum Paulo excipientibus notarijs. Uerū Paulus sacerdotio excisus: et cōmunione priuatus nolebat exire de domo eccl'ie. Unde interpellatus est Aurelianus imperator vt illū exire cōpelleret Qui mox imperauit illū vi publica expellī: et dominū virtutibus multis adornatū ecclesie tradi. Nondū em erat Aurelianus malis aliorū consilijs deprauatus: q̄bus processu temporis: bonū ppositū immutauit: et persecutionē duriſſimam posteaecclesijs excitauit. Quo tempore per diuerses puincias multi p christo occubuerunt diuersa certamina peragētes. Porro Aurelianus quū aduersus nos persecutionem mouisset (vt ait Eusebi⁹ in chron.) fulmē iuxta eus comites: q̄ eius ruit: ac nō multo post inter Cōstantinopolim: et Heracleā occisus est. Fuit hic Aurelianus (vt refert Jacobus de columna) facie decorus statura proceriorneruis validissimus: vini: et cibi paulo cupidior: libidinis rare: seueritatis immense: armorū cupidissimus: naturaliter seuus atq; crudelis: supra humanū modū sanguinari⁹ adeo vt aliquib⁹ ciuitatib⁹ hostilibus captis oēs pueros senes ac mulieres occidi iuberet. Seruos peccātes coram se scindi iubebat causa seueritatis tenēde. Et quū egrotaret: nunq; medicorū cōsilijs vti volebat: sed solā abstinētiā cibi p cura morbi sufficere credebat. In voluptatib⁹ erat rar⁹. Hic etiā ante imperij susceptionē multa egregia fecit. Nam in Illyrico erūpētibus Sarmatis cū trecentis solū presidialibus occurrit: et manu propria. xl. vna die occidit. Francos multis bellis attriuit. Uſi: et ducatus plures merito suscepit: et cōsulatū. In principio aūt imperij Aureliani oēs nationes q̄ aquilonarē tractū respiciūt/ cōtra Romanū ipe rium cōiurantes: cū incredibili multitudine p eam partem Italie q̄ Alamannia respicit/ Italiā intrauerunt igne cede rapinis more locustarū oia deuastantes. Quibus quū aurelianus occurrisset: cuz eo barbari aperto marte cōgredi noluerūt sed in dēsissimis syluis se cōferentes dū imparatos illis a fronte nō occurrere: sed illos solū a dorso perse q̄ parat: subito declināte iam die e syluis erūpens ille barbarorum globus castra Romanorū inuasit adeo vt illorū impressionē Romani sustinere non possent: sed in fugam actis tāta Romanorū cedes secuta est: vt Romanum pene solue retur imperiū: ipse q̄ imperator fugiens vix cū paucis euasit. Hec aūt calamitas post q̄ cōperta est: adeo fuit trepida vrbs: vt multi relictis menibus fugere tētauerint: pauentibus cunctis ne barbari sicut Galli Senones ad vrbem venientes eā incendio traderēt. Congregati itaq; senatores consiliū faciebant q̄d in tanto discrimine opus esset. Tunc Vulpius Syllianus q̄ inter patres prime sentētie erat: surgens in mediū/ dixit inter cetera. Sero nimis patres cōscripti de reipublice salute cōsultamus. Meministis me sepe in hoc sacrario dixisse/ iāpridez quū nūtiatū esset barbaros Italiā penetrasse: consulenda esse decreta sibillina: ex quosdam vestrū ingenti calumnia recusasse: quū adulando dicerent tanta principis nostri esse virtute: vt opus nō esset cōsuli deos: et tū literas vidistis quibus rogat imperator deorum opem: que nunq; cuiq; turpis est. Agite itaq; pontifices: et sacratis manibus libros euoluite: fata nostre reipublice q̄ sunt q̄rite: et pro principe nostrū necessitate publica labo-

Aurelianus imperatoꝛ

Paulus hereticꝰ

Gothorum clades.

Romanorum strages

rantem adiuuate. Et loquitur de libris sibillinis: quos .s. Sibylla prisco Tarquinio regi Romanorum presentauit: et preciū accepit. vt dictū est supra. Uict⁹ aūt Aurelian⁹ barbaris iterū pugnaturus occurrit. Illosq; nō ijs falsis sed deo vero/etsi ab eis ignoro /operante: tribus licet difficillimis bellis vicit. Primo nō lōge a Placētia. Secūdo iuxta amnē Metharum. Tertio in Ticinēsibus cāpis. Quo vltimo prelio tanta in barbaros strage debacchatus est: vt premo occisorū multitudine victores victos insequi impedirent. adeoq; vsq; ad internitionē deleti sunt: vt ex sexcētis milibus armatorū vix sexta pars supfuerit. Uictis itaq; in Italia barbaris: Aurelianus romā reuersus est: et quū aliquā diu cure ciuiliū negotiorū vacasset: animo fer⁹ quiescere nō valebat. Erubescat etiā q; tanta victoria clarus adhuc Tetricus Gallias magnā partem imperij obtinneret. Hic enim Tetricus vir igētis et seueri animi occiso Uictorino qui Gallias occupauerat: cogēte exercitu purpurā induit: seque imperatorem nominauit. Et quum multa feliciter fecisset contra Alemānos ita vt Romanos formidolosos redderet: doū Gallias tenuit. Sed quū militū suorum supbiam et impudentiam vt homo seuerus tollerare nō posset: reddere Gallias Romane reipublice cogitauit. Quumque audisset Aurelianū Rome imperare: atq; victis barbaris se petere: per occultas literas eum deprecatus est vt ab incepto minume desisteret: atq; superbissimū et intolerabilem exercitum in suam redigeret potestatem. Aurelianus ergo adueniēs. Tetrico prodente exercitū absq; bello facile Gallias recepit. Quibus receptis oēm illū exercitū q; ad Galliarum presidium fuerat/amouit: nouumq; conscripsit. Tetricum vero Luciane prefecit: securius sibi et reipublice reputans virū ingentis animi aliquam partem Italie regeret: q; trans alpes inter Gallos q; semper nouis rebus student/regnare. ¶ Uidens aūt Aurelianus victor in occidēte fortunā sibi arridere: contra Zenobiā ad orientem transiit: ad qō bellum multa Germanorum auxilia atq; Gallorum secum traxit. Sed antequ ad orientem veniret: multa prius bella confecit. Nam in Thracia et Illyrico occurrentes sibi barbarorum copias strauit. Insuper et Gothorum ducē cū q̄nquaginta militib⁹ hoīm sibi trans Danubiū obuiantē bello victū occidit. His potitus victorijs: nobilissimā ciuitatem Tyanam obsedit et cepit: in qua magna zenobie Palmyrenorū regine presidia cōprehēdit. Hanc vrbem licet omni copia munita esset: tamen Catonis eiusdē vrbis ciuis pditione eam in deditionem accepit Quē statim imperator obtēta ciuitate iussit occidi: dicens. Ego patrie sue pditorē amare nō potui. Nec⁹ essi mihi seruare fidem potuisset: q; patrie nō seruauit. Bona aūt illius filijs eius restituit: me q̄s criminaret q; hoīem locupletissimū diuitiarum suarū causa fecisset occidi. Recepta Tyana antiochiā obsedit: quā zenobia occiso Abdenago in suā prātem accepta: et vrbē ipsam intra triduū tradētib⁹ eā Romanis q; in ipsa erāt ciuib⁹ accepit. Hac igit expugnata quū aliquā tulum ibi exercitū suū recreasset: cōtra zenobiū pgressus est: cui⁹ aduentū quū zenobia ante p̄senfisset: cum suis copijs Aureliano occurrit: cū quo difficillimo p̄lio p̄clixit: in quo milites Romani multitudine hostiū obruti quū iā deficerent ac terga iā darēt (vt ferūt hystorici) quidaz diuina forma apparuit: q; romanos redintegrare prelio et denuo inuadere hostes iubet. Qui quasi diuinit⁹ afati/versis habenis tanto impetu hostes inuadunt: vt quos primo deuictos fugerent: fugere compellerent. Preterea ex alia parte exercitus p̄pedites eq̄tes restituti sunt. Itaq; zenobie exercitus ex magna parte cesus solutis ordinib⁹ fuga salutem quesiuit. Aurelianus suis aliquot diebus quiescere iussit: quinto demū die zenobiam insecutus/ Palmarū quo ipsa cōfugerat venit: quā vndiq; obsedit. A latronibus tamen Syris multa passus est in itinere incōmoda. Ipsam aūt ciuitatem zenobia credens obsidendā incredibili apparatu belli muniuit. Nā nulla pars munierat quā binis vel trinis ballistis relinqueret immunitā. Ju qua obsidione ipse Aurelianus fere sagitte ictu periclitatus est quū zenobia non quasi mulier se intra muros defenderet: frequētiq; eruptione Aureliani fatigaret exercitū. Quū aūt diu iā obsidio p durasset: in qua nō minus obsessores q; obsessi fame et frigore laborarēt. Aurelianus epl̄am zenobie scripsit in hanc fere sententiā Aurelianus imperator Romane vrbis ac receptor orientis/ zenobie ceteriscq; quos societas belli tenet Sponte facere debuisti ad qō nūc meis literis iuberis. Deditionē essi p̄cipio: vt vite impunitate p̄posita: ita vt tu zenobia cū tuis vitā agas vbi te senatus sententia collocauerit: gēmas aurū et argentū in Romanū erarium conferas. Hac epl̄a recepta zenobia insolētius supbiusq; rescripsit q; ei⁹ tunc pditio posceret. Ex quibus iratus Aurelianus aucto exercitu atq; munitore: eab extrinseco aliquē paterent incursum: totis viribus vrbē parat inuadere: et auxilia q̄ ab hostib⁹ mittebant intercepit: illaq; vsq; ad internitionē deleuit. Quo tumore Saracenorū et Armenorū innumerabiles copie q̄ in subsidiū zenobie veniebant ad ppria remearunt. Quibus auersis auxilijs in quibus zenobia summe sperabat: iam se posse Aureliano zenobia resistere desperauit. Quare sibi et filijs timēs/et seueritatē Aureliani valde formidans/clam de nocte vrbē cū sibi charissimis egrediens ad Persas fugere disp̄ōebat. Oō quū audisset Aurelian⁹ expeditis eq̄tibus ipsam p̄sequi iussit: a q̄bus capta ad aurelianū est ducta. Fuit aūt inter milites ingens seditio zenobiam ad penā poscentiū: sed Aurelianus indignus existimans Romanorū p̄cipē mulieres occidere: militū tumultum grauissima oratione cōpescuit. Et post paucos dies ciuitatem capiens multitudini pepercit eos solos iussit occidi quo⁹ cōsiliū zenobiā p̄tra Romanos ad bellū commouerat. Inter quos occisus est Longinus p̄s: quo illa magistro ad grecas lr̄as vsus fuerat. Reseruaūt ergo Aurelianus zenobiā ad triumphū: vt ppli Romani oculis esset ostētui. Pacato itaq; orīēte quū Aurelian⁹ ad vrbē rediret parare: et esset in Thracia infirm⁹: q̄dā q; regebat Egyptū cōtra Arelianū se imperatorē fecit. Ad quē opp̄imendū reuertit. Nec illi defuit felicitas solita. Nā vno p̄lio victo⁹ fugit. Et quū copias reparare vellet: nō valeret/laqueo sibi vitā extorsit. Princeps igit Aurelianus toto orbe pacato et in suā redacto ditionē: victor Romā ad triumphū est regressus. Qui triūphus oīm q; antea Rome fuerāt speciosissimus fuit. In quo tres regij currus fuerūt. Unus Adonechi. scōs quē donauerat ei rex Persarum. tertius zenobie auro argēto et gēmis p̄ciosis ornati. quart⁹ dr fuisse regis Gothorū: quo vect⁹ est Aurelian⁹ in capitoliū. Jp̄m autem p̄cedebāt elephanti. xx. tecti aureis. Gladiatorū septingenta paria. Deinde diuersarū nationum captiui. s. Bzeni. Exonite: Indi: Bactriani: Arabes: Hiberi: Saraceni: Perse cū suis mulieribus: Gothi: Alani: Rossolani: Sarmate: Frāci: Sueui: Uuādalit. Mar. homāni. Cū his oībus nationib⁹ signis collatis Aurelian⁹ bello cōflixit. Sūt et mulieres multe i habitu virili inter Gothos capte: q̄ iudicabāt urde Amazonū genere descēdisse. Postremo p̄cedebat ipa zenobia ornata auro et gēmis igētib⁹ adeo vt ornamētorū onere laboraret. Uincti tñ erāt ei⁹ pedes auro: man⁹ manicis ferreis ligate: nec collo catenula aurea deerat. Ultimo seqbat Aurelianus in curru triūphali: circūstāte senatu populoq; Romano. Quē sequebantur collegiorū vexilla atq; legionū Post q̄ oia sequebat victor exercitus cū palmis et ramis oliuarū zenobiā autē istā post triūphū ferūt i magna veneratione cū filijs suis diu vixisse apud Romanos data sibi possessiōe Tybure. Que hodie zenobia dr. Quo tpe apud Dalmatas (vt refert. Eutrop⁹) Septim⁹ q̄dā impertū sumpsit. Quūq; cōtra illū Aurelian⁹ pararet exercitum ex suis ipe Septim⁹ interfect⁹ est. Quū g̃ post triūphū a bello⁹ motu q̄euisset Aurelian⁹: circa res ciuiles ingēti animo vacare cepit: et vrbē quidē validioribus muris cinxit: et templū solis magnificētissimū cōstrui fecit. Optimas et seueriss̄imas leges edidit. primusq; ex Romanis p̄ncipib⁹ diadema more regio sibi posuit: gēmis et auratā veste ornat⁹. qō fere incognitū Romanis moribus erat. Prim⁹ porcine carnis vsum populo Romano instituit. Sed post tot ciuiles exterasq; victorias adeo efferatus est ei⁹ animus: vt multos nobiles et aliquos etiā ex senatu sola animi seueritate interfecerit. Quam ab causam magnam illam gloriam bellicam: qua et magnum illum Alexandrum Gaium Julium Cesarem aut equauit aut vicit: quum duodecim annis vnus horū vellicis victoriis Indiā vsq; penetrauit. Alter decēnio Gallias subiecit: aduersus ciues quadriēnio congressus. Hic autem solis tribus annis Romanum imperium ab inuasoribus recuperauit: et nimia crudelitate substrauit: ita vt timeri ceperit p̄nceps optimus: non amari. Fuit tamē parsimonia ita cautus: vt amicos suos imperator factus honeste ditauerit: et modice: vt miserias tñ paupertatis effugerent: et diuitiarū inuidiā patrimonij moderatione vitarent. De annona vbi inferenda ne populus fame laboraret diligēter prouidit. Dicebat essi (qō hodie verissimum est) populo Romano saturo nihil potest esse iucundius. Sexto aūt anno imperij sui quum Parthicū bellū magnis copijs instruxisset: et iam in Bzeciam transisset ad exequendum: et cuidam ministro Aurelianus fuisset iratus: ille timens sibi librum composuit: in quo scripta erant nomina multorū etiam potentum quos finxerat Aurelianū occisurū. Quem cum ostendisset illis credentes hoc illū interfecerūt. Mortuo igit Aureliano quū nō reliquisset filiū: exercit⁹ qui in Thracia erat retulit ad senatū de imperatore eligēdo.

Gallie Romano⁹ p̄ restatez redeūt.

Zenobia fugies capitur.

Aureliani triūphus.

Larnis porcine vsus.

gendo. Idcirco q̄ nullū de eis ſtendum putabat: q̄ reipublice tam neceſſarium principē occidiſſent. Uerūtamen ſenatus hāc eandē electionē ad exercitū remiſit: ſciens milites non libenter imperatores ſuſcipere quos ſenatus eligeret. Deniq; iam tertio hoc factum: ita vt per ſex menſes Roman⁹ orbis imperatore careret. Cōgregato deniq; ſenatu Uelī⁹ Bordian⁹ p̄ſul exhortat⁹ eſt p̄m⁹ in cōcilio perorās de eligēdo p̄cipe: q̄ neceſſariū foret. Scōs poſt eum

Tacit⁹ deligit imperatoꝛ. Tacitus noie inter ſenatores antiq̄oꝛ locut⁹ eſt cōmēdās mirabiliter ꝓbitates Aurelianiꝛ dolēs de morte tā vtilis p̄cipis. Et quū adhuc loqui conaret: ois ſenat⁹ vna voce clamauit. Tacite auguſteq̄ te ſeruēt: te oēs eligim⁹: te p̄cipē facim⁹: tibi curā reipublice orbiſq; mādam⁹. Quūq; Tacit⁹ ſe excuſaret: vt ſenex ⁊ non apt⁹ tāte dignitati: Meti⁹ Falconi⁹ q̄ poſt eū ſedebat / vir p̄udētia ⁊ eloquētia clariſſim⁹ ſurrexit dicēs: nūq̄ ſenatū meliorē dediſſe ſentētiā hanc. ſ. ſeniorē p̄cipē factū ⁊ virū: q̄ quaſi pater orbis cōſulleret: nihilq; imaturū ab hoc nihil perērā: nihil aſperū: nihil in eo emēdādū: ad ſuſcipiēdū iperiū ipm̄ ꝓhortauit. Poſt hec prefectus vrbis egreſſus de curia ad pp̄m q̄ expectabat / dixit. Tacitū de voluntate oīm ſenatorū p̄cipē cōſtitutum. Fuit autē hic Tacitus vite parciſſime: fabricarū peritiſſimus: marmoꝛū cupidus: venationum ſtudioſus: nec nocte vnq̄ intermiſit: quin aliq̄d legeret vel ſcriberet. Fact⁹ aūt imperator oēs poſſeſſiones ſuas templis ⁊ fiſco attribuit. Dicebat eſſ / Quū ſit p̄ſona publica iperatoꝛ: nihil p̄uatum poſſidere debet. Et quū conſulatum fratri ſuo Floriano viro vtiq; ingenti a ſenatu ⁊ pp̄lo poſtulaſſet ⁊ nō obtinuiſſet: nihil diſplicentie oſtendit. Sexto autem menſe imperij ſui militaribus inſidijs occiſus eſt: vel ſm alios morbo perijt: p̄pter breuitatē tēporis nihil magnificū agere valuit.

Floria⁹ nus ipe ratoꝛ. huic ſucceſſit in imperio Florianus frater eius: nulla ſenatus auctoritate ſed p̄prio motu: quaſi hereditariū eſſet imperiū. Qō vir duob⁹ mēſib⁹ tenuit ⁊ occiſus eſt a militib⁹ in Tarſo Licie: qui audierant Rome a ſenatu ⁊ militibus Probum imperatorē creatum. Fuit autē Florianus fratri ſuo Tacito in moribus valde ſimilis.

§. XIIII. Prob⁹ igitur poſt Flo

Prob⁹ impera toꝛ. rianū Romanū ſuſcepit iperiū vir gloria militari illuſtris. Qui imperare cepit anno dñi. cclxxx. Et imperauit annis ſex menſib⁹. x. Fuit autē e Pannonia oriundus: ſed Rome ſemp nutritus: patrimonio nō magno: clarus virtutibus: ⁊ ingentis animi. Nam adhuc adoleſcens adeo virtutibus bellicis abūdauit. vt Ualeriani imperatoris grauiſſimi iudicio tribunatū militū adhuc imberbis acciperet: ⁊ in proceſſu tēporis cū ingenti ſeueritate ac modeſtia primo Gallias rexit: vbi fuſos Alemānos trans Rhenū fugere cōpulit. Deinde Aphrice proconſulari poteſtate prefuit in qua Nortymannoꝛ gentē i puinciā prumpentē bello ſtrauit. Poſtmodū in Pānonias translatus Sarmatas ⁊ Bothos magis cladib⁹ afflixit. Hic ergo quū in oriēte eſſet factus imperator: teriā ſe plurimū excuſauit: ſed coactus imperiū ſuſcepit. Romāq; veniēs ab oībus ſuſceptus eſt imperator. Et cōſideras erga ſe ſenat⁹ clementiā: legē iſcripſit in qua

Leges i fauoꝛez ſenatus late. ſenatui permiſit / vt a magnoꝛ iudicū appellatione ipſi cognoſcerent: q̄ ſoli antea principes cognoſcebāt. Et p cōſules etiā in prouincijs ipſi facerēt: ⁊ legatos pcōſulibus darēt. Uoluit etiā q̄ nulla lex ab imperatoribus ſanciꝛetur niſi legis haberet: niſi prius a ſenatu cōfirmaret. Et multa alia que prius imperatores faciebant ſenatui p̄miſit. Publicis igitur rebus Rome diſpoſitis cēgregato magno exercitu Gallias petijt: q̄ mortuo Aureliano a Germanis poſſeſſe fuerāt. Quo quū veniſſet: tāta prelia ⁊ tam feliciter cū ipſis barbaris geſſit: vt intra madicuz tp̄s. lx. ciuitates expulſis inde barbaris acceperit. Deinde nō longe a Remēſi ciuitate generali bello tanta cede Germanos afflixit. vt ex. cccc. milibus vix tertia pars remaneret. Quo peracto paululū recreatis legionib⁹ ſuis / barbaros inſecut⁹ Rhenū trāſijt: ⁊ in Gemania romanoꝛ caſtra collocans ita eos deterruit vt nomē ex eoꝛū regulis volūtarie ad imperatorē Probū venientes ante pedes ei⁹ pſtrati veniā peterēt. Ille autez obſides dare iuſſit: vt predā a Gallis ablataz reſtituerēt: ⁊ ciuitates deſtructas ab eis illis iſtaurarēt: q̄ oīa impleuerūt. Jpſiſq; p̄ſentientib⁹ Germania in puincie formā redacta. Deinde Illyricū petijt vbi Sarmatas ceteraſq; gentes ita cōtriuit: vt ppe ſine bello cūcta reciperet q̄ a Romanis abſtulerāt. Poſt q̄ iter p Thraciā fecit vbi oēs Bothos fama rerū a Probo geſtarū territos aut in deditionez aut in amicitiā recepit. His peractis oriētem petijt: ſed in itinere Palſurio quodā latrone potentiſſimo bello occiſo: omnes Iſauriā liberauit. Deniq; tot ⁊ tanta ⁊ ita magna in oriente fecit: vt Parthi legatos ad eū mitterēt ſuppliciter pacem poſtulantes. Sed ⁊ Narſeo eoꝛum rege qui per legatos ſuos munera magnifica ei deſtinauerat. ita reſpondit. Miramur regem veſtruz de oībus que noſtra futura ſunt tam pauca miſiſſe. Quo reſponſo territi: obſides miſerunt pacem querentes. Exinde Probus contra Saturninū qui Egyptū cū pte Aphrice ⁊ vēdicauerat: arma p̄uertit. Fuit autē hic ex genere Balloꝛ: contra eoꝛ mortem ſapientiſſimus ⁊ in bellicis rebus expertiſſimus. Hic iuitus ab exercitu imperator ſalutatus / cōcionem pulchram ad eos fecit. inſinuās q̄ ſunt imperij pericula ⁊ mortes: q̄ ſibi oīa euenere. Nam vno bello a Probo victus vitam ⁊ imperiū perdidit. Saturninus. ¶ Poſtq̄ autē Probus oīa in oriente ſedauerat: inter ea Proculus ⁊ Bonoſus quos Probus ad preſidium Galliarū in Gallia dimiſerat: apud Agrippinā vrbem cōmuni animo imperium ſibi vſurparunt: ⁊ brachatas Gallias deinde Hiſpania inſuper ⁊ Britanniā occupauerunt. Quod ſentiens Probus magno cōflato exercitu ex Italia de Roma Gallias tranſijt: ⁊ in primo prelio eos gentibus ſpoliauit: in ſecūdo reparato exercitu cum barbaris eos deuicit ⁊ illos duos principes occidit. Proculi ⁊ Bonoſi cedes. Ex quo rediens ad vrbem Probus ſuſceptus feſtiuiſſime a ſenatu ⁊ populo glorioſiſſime triumphauit diebus. v. ſpectaculis multis adhibitis. Poſt hoc quū magnū apparatū feciſſet ꝓtra Parthos per gens Illyricū ⁊ poſtea Smyrnū venit: ibiq; hyemans quū deſideraret ad fecūdandū ſolū illud quandā paludē deſiccare: aliquib⁹ menſib⁹ totū exercitū ad hoc occupauit. Oō milites egre valde tulerūt quū illos imperator Prob⁹ tpe pacis nō pateret eſſe otioſos: aſſerēs annonā gratuitā militē cōedere nō debere. His addidit grauiſſimū illud dictū Si vnq̄ eueniat ſalutare reipubli. tp̄s: milites neceſſarios nō futuros: q̄ ille aio p̄ceperat. Ex his milites deſpici foꝛmidātes: q̄ ꝑpter frequētiā belloꝛ in Romana repub. oīa diſponebāt p libitoriā de Probi nece tractabāt. Concitato igit̄ tumultu vna dierū fugiente Probū ad quandā turrim eū ibidē occiderūt: ſepulchrum ſpecioſiſſimū nihilomin⁹ ei ibi p̄ſtruētes. Eius autē morte ſenat⁹ populuſq; Roman⁹ grauiſſime tulit. Naz vt ait Uopiſcus: p̄mittebat Probus ſeculū aureum in quo nulla futura erant bella.

§. XV. Probo itaq; occiſo ſuc

ceſſit Car⁹ nobili Romanoꝛ ſanguine oꝛtus: moꝛib⁹ ⁊ vita clarus: qui p̄ ciuiles ⁊ militares gradus ad prefecturā per uenerat. In quo quidē honore oīm ſibi amoꝛē cōciliauit. Cepit aūt imperare anno dñi. cclxxxv. Et impauit cū filijs ſuis: ſcz Carino ⁊ Numeriano annis. ij. Quibus filijs. ſ. Carino ⁊ Numeriano ceſaribus appellatis: Carinū quidē ad tuēdas Gallias cū viris electiſſimis deſtinauit. Numerianū vero vt adoleſcētioꝛē ſecū duxit p̄cedēs ad Parthicum bellū iā a Probo paratū. Sz aūq; illuc p̄ficiſceret. Sarmatas Probi morte feroces effectos: adeo vt nō ſolū Illyricū ſz etiā Italiā ſe inuaſuros minarent: vno prelio cōrudit. xl. milib⁹ ex illis occiſis ⁊ p̄ximis captis. Quo bello ꝓfecto cū ingenti apparatu Parthoꝛ regna ingreſſus: primo Meſopotamiā quā Parthi occupauerunt recepit: ⁊ deinde Carras populoſiſſimā ciuitatē cepit. Carus impera toꝛ. Ueruz glorie auidus / ad p̄ſequendū parthos p̄cedēs / vt aliq̄ dicunt fulmine: alij ꝏ morbo (vt referūt) vita functus eſt. Nam quū intabernaculo iaceret egrotus: tāti turbinis tēpeſtas exorta eſt: vt oīa caligarēt: ita vt alter alterū nō videret: tātūq; tonitruū factū eſt: vt multi hoꝛroꝛe exanimarent. Eo aūt mortuo Numerian⁹ fili⁹ ei⁹ ab oībus imperator ſalutat⁹ eſt. Quāuis eſſ⁹ Carin⁹ frater ei⁹ maioꝛ eſſet etate: hic tū virtutib⁹ clarioꝛ valde moꝛigeratus ⁊ maxime eloquētie: ⁊ in verſibus componendis oēs ſui tp̄is poetas vicit. Numerianus. Hic ergo conſenſu oīm factus imperator: quū victoꝛ ad vrbem exercitum reduceret: cepit oculoꝛū doloꝛe grauari: ita vt in lectica vndiq; clauſa portaretur: ne a ſole vel puluere viſus lederetur. Aper. Qui quū ſic deferretur factione Apri ſoceri ſui qui Romanum intendebat imperiuz vſurpare: occulte occiſus eſt: ita vt per multos dies moꝛs ei⁹ exercitib⁹ q̄ lectica ſequebant occulta maneret. Quūq; interrogaret Aper de ſtatu eius: reſpondebat bene valere: ſed nō poſſe adhuc videri: ne aer oculos eius offenderet. Sed quū poſt aliquot dies fetoꝛe cadaueris res prodita eſſet: Aper cui⁹ dolo Numerianus putabatur occiſus / captus ante ſigna legionū manu Diocletiani interfectus eſt. Carin⁹. ¶ Carinus aūt Cari filius ⁊ frater Numeriani in Gallia degens: oībus ſceleribus ⁊ voluptatibus animū dedit: ⁊ prefectū p̄toriū fecit quēdam ſcelerati ſſimū quē ſtuproꝛū ⁊ libidinū ſemp habuerat ſociū. Audiens autē pater Carus turpē eius vitā: dicebat illum nō eſſe filiū ſuū. Statuerat in locū filij ſubrogare in partib⁹ occidentalibus Conſtantinum patrē Conſtantini magni: quū tūc eſſet Dalmatie preſes vir optimus ⁊ carnū filius

suñ occidere. Sed morte preuentus nō valuit exequi. Sed
Diocle- Diocletiano facto post numerianū iperatoꝛ reuertēti de
tianus. partibus ozientis/quū occurreret cū magnis copijs volēs
sibi imperium defendere ipse Carinus: post plura prelia ad
inuicē gesta in Dalmatia: demum a suo exercitu proditus
vt ei exosus succūbit: & Diocletiano se dedidit.

§. XVI. Ad summos põtifices

qui a tempoꝛibus Valeriani ⁊ Galeni imperatoꝛū vsq; ad
tempus Diocletiani cathedrā Petri tenuerunt vertendus
est stilus. Xisto pape martyꝛio consummato cuius beatus
Laurentius diaconus fuit sub Decio: modo quo supradi-
Quisin- ctum est: successit Dionysius in papatu. Qui Dionysius pa
stituit paro- rochias diuisit. vnde. xiij. q. j. c. vnico. ipse sic inquit. Eccle-
chias. sias singulas singulis presbyteris dedimus: parochias ⁊ ci
miteria eis diuisim⁹: ⁊ vnicuiq; ius propꝛiuꝫ habere statui
mus: ita vt nullus alterius parochie terminos aut ius in-
uadat: sed vnusquisq; terminis suis sit contentus: ⁊ taliter
ecclesiam ⁊ plebem sibi commissam regat: custodiat: vt añ
tribunal eterni iudicis de omnibus sibi commissis rationē
reddat: ⁊ non iudicium sed gloꝛiam pro actibus suis perci
piat. Hec ibi. Hic post annos duos ⁊ menses sex martyꝛio
coꝛonatur in vrbe. Huic autem successit Felix primus na-
Felix tione Romanus qui statuit super memorias martyꝛum
papa. missas celebꝛari. Sedit autem annis duobus mensibus. x.
ex parte genitus Constantioꝛi de regione capri tauri. Hic
fecit basilicam in via aureliana miliario abvrbe. x. marty-
ꝛio coꝛonatus ibi sepultus est. Post quem cathedram pe
tri suscepit Euticianus natione Tuscus de ciuitate Luna.
Eutician⁹ Et pontificatum tenuit annis. viij. mensibus. x. diebus. iij.
Hic constituit vt fruges seu primi fructus benedicerentur
super altare. Et vt sanctissimus ⁊ humillimus. ccclxiij. mar
tyꝛum coꝛpoꝛa per diuersa loca manu propꝛia sepeliuit.
Instituit insuper vt quicunq; martyꝛem sepeliret: sine dal
Caius. matica vel collobio non sepeliret. Demum martyꝛio coꝛo-
natur sepultus via appia cimiterio Calixti. Eum secutus
est in sacerdotio summo ecclesie Caius natione dalmata.
Hic constituit vt ad omnes oꝛdines gradatim clerici ascen
derent per interstitia tempoꝛum. Hic etiam ait. ij. q. vij. pa
gani. Paganꝰ vel hereticꝰ siue etiam iudei non possunt chri
stianos accusare aut vocem infamationis inferre. Item sta
tuit quod clericos apud seculares iudices nullus accusare
presumat: vt habetur. xj. q. j. nemo. Et quod difficilioꝛes
questiones: vt de fide semper ad apostolicam sedem referā
marcel tur scilꝫ decidēde. Qui post annos. xj. ⁊ menses. ix. ⁊ dies.
linus. xj. martyꝛio coꝛonatus est. ¶ Et successit Marcellinus pa
pa natione Romanus. Hic sub persecutione Diocletiani ⁊
Maximiani a paganis Rome comprehensus ⁊ ad templū
adductus vt idolis immolaret: timoꝛe moꝛtis deuictꝰ thu
ra idolis imposuit: qui recedens ⁊ recognoscens peccatum
suum congregato concilio aliquoꝛum episcopoꝛum ⁊ sacer
dotum publice confessus est peccatum suum: submittens se
iudicio eoꝛum. Sed responderunt. Prima sedes a nemine
iudicabitur: oꝛe tuo iudica causam tuam. Ex oꝛe tuo iusti-
ficaberis: ex oꝛe tuo condemnaberis: noli iudicari nostro
iudicio. Negasti tu: negamus ⁊ Petrus magister tuus. Et
quis apolozum ausus fuit eum publicare? sed egressus fo-
ras fleuit amare. Tu ergo in teipso collige causam tuam.
xxj. distin. nunc autē. Et q̄ ibi dicitur/coactus imposuit tu
ra idolis: intelligitur de coactione condꝛionata non abso
lutavt dicit glos. alias non peccasset. Marcellinꝰ igitur
in cōcilio ait. Ob scelus idololatrie iudicio me deponendū
⁊ anathematizo omnes qui coꝛpus meum tradiderint se-
pulture. Pergensq; ad Diocletianum confessus est se esse
christianū: propter quod martyꝛio coꝛonatus est postq̄ ca
thedram Petri tenuerat annis septem: mensibus. vij. ⁊ die
bus. xxv. Quum autem coꝛpus eius per. xxx. dies iacuisset
inhumatum: apparuit beatus Petrus Marcello successo
ri suo in vsu dicens. Quare coꝛpus meum permittis inhu-
matū iacere? Quūq; ille responderet coꝛpus tuū iādiu hu-
mi. reconditum: declarauit ei Petrus q̄ de Marcellino lo
queretur. Cui Marcellus. Dñe (inq̄t) ipse anathematiza
uit qui eum sepelirēt. Et Petrus ad eū. Nescis qꝛ scriptum
est/Qui se humiliat exaltabitur? Vade igitur ⁊ sepeli eū
iuxta me: qō ⁊ factuꝫ est. Hic autē Marcellinus (vt habet
xxv. q. j. omne) sic ait. Omne qō reprehensibile est defendit
catholica ecclesia. Iniustum iudiciū etiam diffinito iniusta
regio metu vel iussu oꝛdinata a iudicibus nō valet. Nequa
q̄ quod contra euāgelicam vel propheticam vel doctrinaꝫ
apl̄icam constitutionē ve eoꝛum vel sanctoꝛū patrū actum
marcel fuerit: stabit. Et quod ab hereticis vel infidelibus factum
lus. fuerit: noīno quassabit. Hec ibi Marcellus autem Marcel
lino successit. Dicit tamen Vincent. spe. histo. q̄ sm chro
nica Romanoꝛum pontificum Marcellino per martyꝛium
sublatoꝛ: vacauit papatus annis. vij. propter immanitatem
persecutionis Diocletiani. Postea Marcellus creatus in-
stituit titulos cardinaliū. xv. Natione Romanus fuit. Qui
etiam statuit clericū ad iudiciū seculare a quoquaꝫ nō esse Tituli
trahēdū. xj. q. j. clericum. Quū autem quadā die imperato cardina
rem Diocletianū procedentē cū solenni apparatu per vrbē lium a
modeste argueret: ⁊ conquereretur de iniusta persecutiōe qun in-
cōtra christianos pro republica exoꝛantes: fustibus eum ce stituī.
di iussit. Et domum venerabilis femine Lucine quam ipse
Marcellus ad preces eius ecclesiam consecrauerat stabu-
lum fieri mandauit: ibique Marcellum ad custodiam ani
malium deputari. Qui post annos quinque ⁊ dies. xxv. mi
grauit ad dominum. ¶ Post hunc suscepit regendaꝫ eccle
siam Eusebius natione Romanus. Sub cuius pontifica- Eusebi
tu secūdū aliquos dicit inuēta sancta crux christi Hiero- us
solymis. Unde ab ipso dicitur institutum festum de inuen
tione crucis: vt habetur de consc. distin. iij. crucis. Ab alijs
tñ dicitur inuenta tēpoꝛe Syuestri pape. Hic inter cetera
statuit dicens. Prius opꝛtet oſa legibus expoliatis red-
integrari: ⁊ ecclesijs que sibi sublata sunt cū oi priuilegio
restituit: ⁊ postmodū sub Augusto tpe spatiū ei⁹ indulgeat
iij. q. iij. prius. vide ibi glos. Hic post annos. ij. ⁊ mēses. xj. et
dies xxv. migrauit ad dñm. Sedem eius accepit Melchia melchi-
des patria natione Apher. Qui instituit vt die dñica vel fe- ades.
ria quinta nō ieiunaret a fidelibus. Nō q̄ hoc de se sit ma-
lum: sed ad tollendā superstitionē gentilitatis ⁊ obseruatiam
vanā hereticoꝛ: vt troisti. xxx. si quis. Hic post annos tres et
menses sex et dies. viij. martyꝛij suscepit. ¶ Notandū añ
q̄ in cōputatione numeri annoꝛū quibus prefati tenuerūt
pontificatum. Uincē. in specu. histo. discordat a Martino
in chꝛo. Nam vbi Uincentius dicit Stephanum papaꝫ qui
fuit ante Xistum sediſſe annis. vij. Martinus ponit annis
iiij. Et vbi Uincen. asserit Dionysium prefuisse annis sex
Martin⁹ ponit ānos duos: ⁊ vbi Uincē. assignat vnū ānuꝫ
Euticiano: Martin⁹ scribit ānos. vij. ⁊ mēses x. ⁊ vbi Uin
cē. dicit de Eusebio cathedrā tenuisse eū ānis. vij. Martin⁹
dicit annis duobus.

¶ De martyꝛib⁹ passis sub Claudio ⁊ Numerianoꝛ: videli-
cet Cesario ⁊ Juliano/Saturnino/Speciosippo/Jouilla/Aga
pito/Babillo/Chꝛysanto/Daria/Pelagia meretrice ⁊ Ma
nicheo heretico. Capitulum. ix.

DE martyꝛibus qui passi
sunt in diuersis locis tpe prefatoꝛū imperatoꝛ
Et primo tēpoꝛe Claudij imperatoꝛis venit de
persidis partibus quidā noīe Marius et eius Mari⁹
vxoꝛ Martha cum duobus filijs. s. Audifface et Abachuc: Mar-
christiani viri Romā ad oratiōnē apl̄oꝛ: ⁊ref ert Uincē. tha Au
spec. histo. li. xij. Ji quū coꝛpoꝛa sanctoꝛ solicite per carce difax et
res ⁊ sepulturas requirerent: venientes in castrū trās Ty Aba-
berim inuenerunt sctm. Quirinū in carcere: qui iaꝫ multa chuc.
verba pro christo fuerat perpessus. ⁊ facultate sua nuda
tus. Et mittentes se ad pedes eius: vt oraret pro eis cepe-
runt ei ministrare de facultatibus suis: lauare pedes eoꝛ
qui constricti erant in carcere: ⁊ aquaꝫ in capita sua ⁊ filio
rum suoꝛū effundere scilꝫ ob deuotionē. Eo tpe Claudius
diuulgato precepto vt christiani punirēturtenuit. cclxxij.
christianos: quos iussit extra muros poꝛte Salinarie du-
ci: ibiq; in āphiteatro iuclusos a militib⁹ sagittis interfici
quoꝛ coꝛpoꝛa Marius ⁊ Martha cū filijs sepelierūt. De-
inde venientes trās Tyberim ad castrū requirendo sanctū
Quirinū: qui nocte fuerat gladio occisus ⁊ tractatus in Ty Quiri-
berim: requirentes inuentum coꝛpus sepelierunt. Audien nus.
tes autem prefati/in quodam cenaculo multitudines chri-
stianoꝛum psallentium pulsantes cum gaudio intrauerūt.
Datisq; oculis adinuicem et oratione fusa/manserunt ibi
absc̄ditī per duos menses. Interea Claudius imperatoꝛ Valēti
tenuit Valentinū presbyterū qui multos trahebat doctri nus.
na sua ad fidem. Et post biduum de carcere ⁊ compedibus
eductum fecit sibi presentari. Interrogatusq; ab imperato
re de dijs eoꝛum quare non veneraretur: respondit Jouez
Mercuriuꝫ ⁊ alios fuisse miserrimos hoies sceleribus de
ditos. Cōmendansq; plurimum doctrinā christi: ⁊ exhortās
ad eam suscipiendā: vt terrenū regnū possiderent: ⁊ celeste
postea consequenēturꝫ. Dixit imperatoꝛ ad barones suos
Quod rationabilia iste persuadet nobis? Sed instinctu
diaboli dixit vn⁹ ex illis. Seduct⁹ est impatoꝛ. Propter qō
timens imperatoꝛ displicere suis familiarib⁹ qui fideles
erant: retraxit se ⁊ dedit Valētinū in manus Asterij: vt in
duceret eū ad sacrificādū mollibus: sermonibus. Ingres-
sus igitur Valētinus in domū Asterij magni viri in curia
imperatoꝛis: positis genibus oꝛauit dicēs. Deus oīm crea-
toꝛ qui

cor qui misisti filium tuum vt nos de tenebris ad lucē perduceret: conuerte domū istam ⁊ da ei lumen vt cognoscant te deū verū trinū ⁊ vnū. Audiens hec Asterius ait. Asteri⁹ Miror te virum prudentē vt dicas christū verū lumē. Cui Valentinus. Vere lumē est verū / illuminās oēm hominē venientē in hunc mundū. Et Asterius ad eū. Si illuminat christus oēm hoiem: illuminet filiā meā obscuratā: ⁊ faciam quodcūq; precipies. Valentin⁹ ergo fusa oratione cū lachrymis ponēs manū super oculos ei⁹ illuminauit eam. Quo facto Asterius ꝓpunctus ad fidē post triduanū ieiuniū sibi indictum baptisma recepit cum vxore sua ⁊ omni domo sua numero fere. xlvj. ⁊ oēs christianos quos Asterius tenebat in carcere relaxauit. Que gesta sunt Marius ⁊ Martha venerūt cum gaudio ad domum eius gratias deo agētes. Et peractis diebus. xxxij. Claudius imperator audiens Asterium principē christianū factū: iratus valde dimisit eū cū familia ad ciuitatē Ostiā: ibiq; diuersis cruciatibus exanimatum occidit. Valentinū vero fustibus cesum mandauit decollari. Marium vero ⁊ vxorē eius ⁊ filios sibi presentatos tradidit Hustiano vicario: iubens vt sacrificare faceret vel supplicijs interire. Qui iussit eos fustibus cedi deinde in oculeo suspēdit: ⁊ ignē ad latera eoꝝ ponit: vnguibus ferreis radi. Deinde manus Mario ⁊ filijs precidi. Martha autem sanguinem mariti ⁊ filiorū colligens cum gaudio caput suū liniebat. Demū per ciuitatē circunducti decollati sunt. Martha vero in lympha necata⁹. Quorum etiā corpora vt sepultura carerent tyrānus mādauit incēdi sed quedam matrona noīe Felicitas corpora illa semiusta rapuit: et in predio suo sepeliuit: ac etiā Martham de lympha leuaram. ¶ Quum Claudius diuulgasset edictum per orbem de colendis idolis: erat quidā pontifex idolorum in Taracina ciuitate Campanie noīe Firminus qui per singulos annos die kalendarū Januarij quasi ꝓ salute reipublice ⁊ principum suadebat hominibus crudelē audaciam exercere. Nā ante prefatum tps nutriebatur iuuenis octo vel sex mensibus in delitijs ⁊ lasciuijs ad interfectionē suā Exacto autē tēpore armatus et ornatus ascēdebat in montem marinū: ⁊ accepto equo ꝓ salute reipublice ⁊ principum ⁊ ciuiū salubritate: ⁊ vt nomē haberet glorieripse se in mortē precipitabat. Cuius corpus cū grandi honore colligebatur: ⁊ ad templū perducebatur Appollinis ⁊ incendio cōsumebatur: ⁊ cineres eius ꝓ salute reipublice in tēplo Cesari⁹ conseruabant. Eo tēpore Cesarius ex Aphrica Taracinam veniēs latuit ibi vsq; ad kalēdas Januarij apud quendam christianū: cū quo vigilijs ⁊ orationib⁹ vacabat. Die autem prenotata quū vidisset superstitionē crudelē i quodā iuuene Luciano exerceri: clamare cepit. Viri sapientes: q̄d facitis. Stultum scelus. Ue reipublice ⁊ principibus qui cruciatibus delectātur ⁊ effusione sanguinū. Ur q̄d perditis alias diabolice fraudis deceptionib⁹. Tunc Firmin⁹ pontifex iussit illū teneri: ⁊ in custodiā publicā trudi. Qui per triduum maceratus traditus fuit Leontio cōsulari: ⁊ ductus vinctus et nudus ad templū Apollinis. Ad quod quū appropinquaret subito ruit: ⁊ Firminus ibi oppressus ⁊ mortuus est. Iterū Cesarius in custodia maceratus ⁊ capillis suis rectus: q̄ nudus erat: ⁊ angelus dñi eum die noctuq; custodiebat: in mediū forū est adductus. Illicq; cadens in terram adorauit dñm: factaq; est lux sup eū sicut coruscatio: ⁊ prorexit eum. Uidēs hoc Leontius ait. Vere domin⁹ Teōti⁹ deus est quem Cesarius predicat. Et missit se ad pedes eius exuensq; se chlamyde sua induit eum: petēs cozā omni populo baptismum. Quo recepto: ac etiā corpore ⁊ sanguine Julian⁹ dñi per Julianū presbyterum cum gloria tradidit dño spiritum. Porro Luxurius primus ciuitatis: tenens sanctos Cesariū ⁊ Julianū dedit sententiā contra eos: vt ambo in saccū missi in mare precipitarētur. Ad quē Luxurium ait Cesarius. Me quidem aqua que regenerauit quasi filium suum ex se renatum suscipiet: ⁊ vt ipsa me modo martyrem faciat cum patre meo Julliano. Te autem hodie comedet coluber: vt sciat omnis hec patria: q̄ vindicat dñs sanguinem seruoꝝ suoꝝ ⁊ virginum quas ignibus concremasti. Eodem igitur die quo mersi sunt: eiecti sunt ab vndis ad littus vbi etiā iacebat Luxurius tot⁹ turgidus serpente percussus. Nam quum equo incidens in villam ad prandium festinaret: ⁊ iuxta arborem preteriret: ꝓ nequitia sua euenit vt illaberetur serpens inter collum ⁊ caputium tunice eius: ⁊ intra tunicā ventrē eius et latera suis morsibus laniaret: ita vt ꝙ ventrē vsq; ad coz peruenireт. Jacens ergo totus turgidus anteq; expiraret: vidit oculis suis ambos psallentes: ⁊ cum honore digno corpora eorū vndas deferentes. Quorum corpora colligens Eusebius: qui cuz ipso habitauerat: sepeliuit iuxta Taracinam sub kalē. Nouembris. Et post quinq; dies quū Eusebius ad sepulchra eorū orаret: ⁊ multos ad eum cōfluentes doceret: ⁊ baptizaret: eos Felix presbyter. Audiens hoc Leontius filius Leon⁹ Eusebi⁹ tij consularis: fremens de morte predicta patris: fecit illos et Felix. capi: ⁊ nolentes sacrificare idolis fecit eos decapitari: ⁊ in fluuium iactari: sed corpora eorum ad littus delata sepulta sunt iuxta corpus Cesarij.

§. I. Sub principe aureliano in

territorio Tricassino: vt refert Uincē. in specu. hist. passus est sanctus Seuians siue Sauinus. Nam quum audisset imperator Aurelianus multos per eum conuerti ad fidem Sauin⁹ misit plures ministros ad eum capiendum: q̄ timentes nō appropinquabant ei. Et mittente eo iterum multo plures sponte venit. Quū autem inuenisset eum in fide constantissimum iussit eum in carcerē trudi: ⁊ a quadraginta octo militibus custodiri. Quos quū cōuertisset ad christū: Aurelianus decapitari mandauit. Sauinū vero manus ⁊ pedes ligari: ⁊ ad vectes ferreos cedi: ⁊ in capite eius cassidē ignitam mitti: ⁊ postea in ignem proijci. Ex quibus nil lesus est. Post que fecit eum a militibus sagittari: sed sagitte remisse in aere suspense manentes eū non contingebāt. Quum autem ei imperator insultaret dicens. Ubi est deꝰ tuus: liberet te nunc si potest de his sagittis aut de manibus meis: vna ex sagittis reuersa retrorsum oculū imperatoris percutiens excecauit eū. Iratus imperator iussit eū vinctum catenis a multis militibus in carcerem mitti. Sz ipso orante milites illi excecati sunt et catene cōfracte. Ille ergo liber factus a vinculis egrediens ciuitatem pernenit ad ripā Secharie. Quo orante aqua congelata est quasi petra: fluuio transito orauit vt celerius iuberet eum dominus coronari. Et ecce milites querentes eum velociter appropinquabant vt eū decollarent. Quū autem timerent dixit eis. Uenite ⁊ portate de sanguine meo imperatori vt videat gloriam dei. Decapitatus autem sanctus dei caput suum portauit in manibus suis. Et militibus portantibꝰ de sanguine eius in linteolo imperatori linitis oculis sanitatē recepit. Hic Sauin⁹ quū adhuc gētilis legisset seu audisset hūc versum ps̄. Asperges me dñe ysopo ⁊c. orauit vt sciret expositionē eius. Cui angel⁹ apparēs ait. Quū aspersum fuerit caput tuū chrismate: mūdaberis ⁊ quū mūdatus fueris aqua viua in noīe Jesu christi candidior eris ḡ nix. Unde ⁊ baptisma suscepit. Baptizat⁹ iuxta fluuiū Secharie: factaq; postmodū ex one figens baculū in terrā coram multis: bacul⁹ ille ramos frōdes ⁊ flores subito pduxit. Ex quo miraculo mille. xvij. hoies cōuersi sunt ad xp̄m.

§. II. Refert etiam Uincenti⁹ in

specu. histo. de tribus iuuenibus fratribus vno partu matris exortis: scilz Speosippo: Eleosippo: ⁊ Meleosippo. Qui literis edocti quū ab auia eorum Leonilla ad cōtemptum idolorum exhortati fuissent: ⁊ ad orationē dñi Jesu Speo- christi veri dei ⁊ creatoris cunctorū conuersi ad fidē bapti- sippus zati sunt a sancto Benigno presbytero. Hi ergo Lingoni- Eleosip- cam ciuitatem ingressi imperante Aureliano: interrogati pus et de cultu eorū ab infidelibus: cōstanter ⁊ publice fatebant Meleo- se esse christicolas: ⁊ cecos ⁊ insensibiles esse qui metalla ⁊ sippus statuas adorabant arguebant. Exurgens autem Quadra- fratres. tus preses Speosippū ⁊ Eleosippū i faciē pugno percussit iratus. Ipsi essi tñi duo locuti fuerant. Dolens autē Meleosippus exclamauit presidi dicēs. Cur me hoc dono percussionis cum fratribus meis participem nō fecisti: sed in illis optabile principium passionis ostendens me a sancto consortio sequestrasti. Unanimes in xp̄i confessione sum⁹ equaliter de christi remuneratione per vestrā perfidiā gratulamur. Quibus Quadratus preses hodie (ait) ꝓ contēptu deoꝝ nostroꝝ diuersis supplicijs vos faciā interimere. Auia autē eorū Leonilla cum lachrymis ⁊ osculis eos viriliter exhortabatur vt persisterent in christi confessiōe. Quū ergo nollent sacrificare idolis: ligatis manibus sursum ⁊ pedibus deorsum in vna arbore suspensi sunt. Tantaq; tormentorū adinuentione sunt extensi: vt pene putarentur a membrorū cōpagine separari. Meliosippus autē insultabat iudicibus dicens. Saluator noster dñs Jesus christus pepēdit ꝓ nobis in ligno affixus clauis: nos ergo eius famuli pēdētes in stipite crucis signaculū adepti glorioſi martyres efficimur. At illi dixerūt. Non in ista arbore sed igne cōsumemini. Depositi igitur ligatis manib⁹ ⁊ pedibus proiecti sunt in copiosum ignē: sed illesi permanserunt laudantes deum: ⁊ tortores irridētes. Uidētes autem choros angelorū stantes iuxta se paratos ad se recipiendū: flexis genibus orantes pretiosas animas deo reddiderunt. Uidens autem quedam mulier Jouilla nomine tā pretiosam eorū cōsummationē: spreto maritali cōsor- Jouilla.

et Leonilla.

tio paruuli quoꝯ ⁊ vnici filij dulcem relinquens amplexu inter incredulitatis turbas adhuc in persecutionis ardore cōmotas veloci cursu ꝓperans exclamauit dicens. Et ego xp̄i ancilla sum ⁊ christum verum deum esse pronuntio ⁊ idola vestra despicio. His dictis comprehensa/ ⁊ per capillos suspensa/multisq; afflicta supplicijs: quum negare christum recusaret/vna cū Leonilla prefata gladio necate sunt

Benignus.

Exinde Benignus presbyter post conuersionem multorum per predicationem suam ⁊ idolis templi ad nihilum redactis oratione sua post diuersa supplicia angelo in carcere eum visitante ⁊ demum martyrio vitā finiuit ⁊ columba visa est egredi ab eo in celum odore inde secuto.

§. III. Symphorianus quoque

ꝑcibus ꝑfis sui Fausti nobilissimi viri quū esset trienis: a prefato sancto Benigno baptizat⁹ est ⁊ a sctō Andochio de fonte leuatus. Hic autem Andochius quum christum publice confiteretur Senonis ab Aureliano cum sancto Tirso: post plura supplicia in ignē iniectus: sed nil lesus est. Tādem vsq; ad mortem colla eorū vectibus feriuntur. Predictus aūt Symphorianus adhuc puer tāta extunc sanctitate pollebat: q̄ senior vitam anticipans in celesti conuersatione ⁊ diuine legis studio permanebat. Quum ergo Aurelian⁹ imperator a Senonis Diuionē properaret: cōsiliarē Heraclium duxit: vt sicut vbiq; faciebat ita ⁊ ibi oēs christianos vt sacrificare idolis aut mori compelleret. Quum ergo tunc pagani festū Veneris mira insania celebrarēt: et statuā eius in curru cozā Heraclio deportarent: Symphorianus adfuit: ⁊ nolens eam adorare diu ceditur: ⁊ carceri mancipatur. Et quum eductus de carcere diebus singulis Heraclio offerretur ad sacrificandū monitus / nullatenus acquiescebat dicens. Si periculosum est quotidie ad profectum anime aliquid nō addere: quāto periculosius est a salute discedere. Vitā quā christo reddituri sumus ex debito soluamus ei ex voto. Sera penitudo est sub iudicis timuisse conspectu. Munera vestra fucati mellis permista dulcedine male crudelis mētibus venena parturiūt. Cupiditas vestra omnia habendo nil possidet: q̄ diabolicis actibus obligata miseri lucri cōpedibus detinet: ⁊ gaudia tēporum vestrorum in similitudinem vitri quum ceperint splēdere franguntur tunc iudex ira succensus data sententia iussit ministro vt Symphorianū deos ⁊ principes blasphemantem occideret: sicq; deorum ⁊ legum iniuriam vindicaret. Quumque duceretur ad locum martyrij ⁊ venerabilis mater eius de muro hortaretur ne timeret: mox gladio decollatus est: ⁊ a christianis sublat⁹ alibi sepultus est. Ubi tanta miracula videbantur fieri: vt etiā paganis mirantibus in marmo haberetur honore. Et Gregorius turoñ. narrat q̄ quū quidā christianus tres lapillos de loco vbi decollatus est cum sanguine eius collegisset: ⁊ in quadam capsa argentea in ecclesia cuiusdam castri collocasset: castro illo cū ecclesia ipsa igne consumptis tēpore Clodouei regis Francorum: capsa illa argētea illesa reperta est.

Andochius ⁊ Tirsus.

Agapitꝰ puer

¶ Rome quoq; sub preside Antiocho puer Agapitus vt christianus captus in carcerem truditur: per dies quatuor sine cibo ⁊ potu dimissus: sed a deo confortatus. Postea preses iussit prunas ardentes capiti eius imponi: post quod fumū teterrimum fieri ipsumque Agapitum nudatum capite deorsum suspendi: sicq; dimitti solum: donec corpus eius nuntiaretur a feris ⁊ auibus deuoratum. Attalus autem cornicularius qui prius ei fuerat in carcere vt a stultitia sua recederet: me in tormentis flore sue iuuētutis amitteret: post quatuor dies uit ad locum vbi martyr suspensus manebat ⁊ vt nūtiaret presidi q̄ adhuc viueret. Qui inuenit eum in veste candida sup fumū deambulantem ⁊ psallentē illud. Non moriar sed viuā ⁊c. Angelus eñ dñi soluerat ⁊ eū sanauerat. Attalus ergo stupēs ad hec nūtiauit p̄sidi dicēs. Credo q̄ magnus est deus christianorū: nec sit alius deus preter eū. Cui preses. Seductus es? Et hoc imperatori notū faciā. At ille respondit libētissime cū Agapito penā se sustinere martyrij. Precepit post hec p̄ses Agapitū expoliari ⁊ aquā bullientē in ventrē ei⁹ mitti: sed frigida fiebat. Quūq; puer presidē argueret: cecidit p̄ses de tribunali ⁊ clamauit dicēs ministris. Currite ⁊ subuenite mihi: q̄ totus ardeo ⁊ qō iniuste egi. De martyre puero magni ⁊ eterni dei Agapito iuste recipio. Quo dicto expirauit. Hoc audiēs Aurelianus iussit eū exponi leonibus. Ministri ergo ducentes eū ad vrbē Prenestinam in amphiteatro leonibus proiecerunt. Qui mox depositā omni ferocitate pedes eius linxerunt. Tunc populo circūstante ⁊ deū glorificante: rapiētes eū ministri sceleris non longe ab vrbe educentes gladio percusserunt.

Charionꝭ xv. kal. Septēbris.

¶ Sub aureliano q̄s imperatore apud martyr. Iconium ciuitatem Isaurie passio sancti Charionis ⁊ filij eius: qui primum ignito ferro suppositi: deinde craticulaꝭ suppositis prunis et oleo superinfuso cōstanter superauerūt. Postea tā frixorij q̄ suspēsiōis i eculeo ac ignis penas passi: malleo ad extremū ligneo manibus eorū cōtritis in laudē oipotētis dei spiritum emiserunt.

§. IIII. Sub Numeriano autez

imperatore passi sunt plures in diuersis locis pro nōie christi. Et rome quidē sub prefecto Celerino passus est Maurus: nō quidē ille q̄ fuit discipulus scti Benedicti: sed alter qui in Aphrica existens parentes hūs fideles: sub stantiam multā parentū suorū pauperibus erogauit: ⁊ oratioui insistens dei inspiratione vitā monasticam assumpsit. Et. xvij. annū agēs Romā venit: vt apl̄orū limina visitaret. Ubi au diēs vocē rabidā Celerini christianos psequentis: de vrbe se subtraxit: ⁊ in spelunca latuit. Post tres aūt menses media nocte soporatus/post oratiōnē vidit virum splēdidissimum virgā ferentē in manu sua quasi auream sibi dicentē Surge Maure: q̄ nō te despexit deus quē diligis ex toto corde: ⁊ sine mora vrbem ingredere. Quod quum fecisset deprehensus q̄ esset christianus peregrinus: duct⁹ est ad prefectum Celerinū. Et quū inuitatus ad sacrificia recusaret asserens ea vana ⁊ fragilia idola eorum: iussus est in eculeo suspendi: ⁊ vngulis raditlateribꝰ quoq; eius laminas ignitas apponi: ⁊ demum capite truncari.

Maurꝰ martyr.

¶ De sancto Babillo cum tribus pueris referente Uincē. in specu. hist. li. xij. c. cxxj. Quum Numerianus imperator apud Antiochiā de monijs immolasset: ⁊ voluisset ingredi ecclesiā dñi: prohibuit eum Babill⁹ episcop⁹ manus obuias opponens. Altera die Numerianus sedēs in cōsistorio precepit sibi episcopum offerri. Cui ait. Quid mihi fecisti? Nescis q̄ rex est q̄ tibi loquebatur? Rūdit episcopus. Me seruus humilē placuit deo vt constitueret pastorem plebis. Ideo quum vidi te lupū venientē ad oues eius: timens ne aliquā ex eis perderem: prohibui te ab ingressu ouilis. Cui Numerianus. Ergo tibi lupus visus sum: ⁊ non rex. Respondit ep̄s: fecidum idulgentiā dei rex es ꝓpter pctā nostra: vt vel sic ꝛbe rati reuertamur ad ipsum. At numerianus. Quis ē (inquit) deus quē colis? Rūdit. Uirtus ⁊ sapientia ⁊ verbū patris. Et Numerianus ad eum. Quid ergo est homo? Respondit Constantia vita ⁊ fruitio eorū q̄ facta sunt a deo. Tunc iussit Numerianus vt imponerēt torques ferreas ⁊ compedibus pedes adstringerentur. Et quum intumasset se habere tres paruulos sub disciplina eius eruditos: adducti sunt. Qui christū cōfitentes iussi sunt flagelis cedi quorū vnus erat. xij. annorū: alter. ix. tertius. vij. Deinde fecit eos cum Babillo suspendi. Et quuꝭ nec blanditijs nec minis moueretur? decollati sunt cum Babillo ⁊ simul sepulti.

Sanctꝰ Babillꝰ

§. V De Chrysantho et Daria

refert Uincē. specu. histo. li. xij. circa finē. Polemius vir illustrissimus Alexādrie vrbis primus Romaꝭ cum filio suo veniēs a senatu susceptus est: a Numeriano imperatore illustratus cathedrā in curia suscepit. Huius filius Chrisanthus pbor studijs tradit⁹ quū vniuersa librorū volumina curiosius discuteret: ad euangelicos/apices veniens: ibiq; curiositatis sue cursum figens: ad semetipm ait. Tandiu te docuit per librorum tenebras tuarum curarū frena laxare q̄diu ad veritatis lumen pertingeres. Non est prudētie vt ad tenebras redeā de lumine. Hec secum reuoluenti ⁊ quotidie christi famulos perquirenti dictū est ei Carpophorū christianū quendā sanctū per omnia eruditū virum p persecutione seuiente in quodā montis speleo collocatum vix posse a paucissimis ⁊ fidelissimis visitari. Ille referētis genibus aduolutus etiam cum lachrimis postulabat vt ad ei⁹ notitiā peruenire mereret. Sicq; peruenies ad sanctuꝭ Carpophorū quinte regionis presbyterū: intra paucos mē ses oibus litteris diuinis imbuitur ⁊ ita diligēter instructus est: vt post septē dies baptismatis sui christū dei filiū publice predicaret. Quo audito pater ei⁹ irat⁹ fecit eū i loco tenebroso ⁊ squallido clauditac vespertinis horis aridissimo cibo refici. At ille magis ad exercitationē id sibi q̄ ad supplicū dicebat inferri. Unus aūt ex audiētibus dixit patri eius. Si filiuꝭ tuus ab hac vsurpatione conaris eripere: magis debes eū voluptatibus occupare. Nā hmōi tenebras et afflictiones christiani ad gloriam sibi existimant euenire. Tunc ille filium de illa terre habitatione auferēs vestibus preciosis induit ⁊ ponens eum in triclino fulgentibus vestibus strato / quinq; pulcherrimas virgines accuratissime ornatas cū eo cōstituit: atq; quotidiana eius conuiuia affluētissimis dapibus exhiberi ꝓcepit. Puellis aūt minatus ē dicēs. Nisi eū iocis ⁊ amplexibus vris ab itētiōe christianitatis separaueritis: diuersis vos faciaꝭ supplicijs interire

terire. Inter hec autē ludibria vir dei immobilis permanebat: z delitias quasi stercora cōtemnens/puellas quasi viperas erhorrebat. Jacebat autez in oratione immobilis: z amplexus earum z oscula quasi sagitarū ictus scuto fidei excipiens/clamabat. Exurge dñe in adiutorinz mihi. Dic anime mee dñe: Salus tua ego sum. Quū autē longā orationem cōpleſſet: tam graui somno correpte sunt virgines: vt nisi de triclinio foras eiecte essent: penitus excitari non possent. Euigilabant ergo foris: z cibos capiebāt. Statim autē vt ingresse fuissent orante sancto / somno arctabant. Dixerunt autē patri quidam ex amicis eius. Hic artes magicam a christianis didicit: z aduersus puellas simplicissimas facile prevaleat incantando. Sz si eruditam aliquā ad eum miseris: poterit eū ad tuū arbitriū inclinare. Tūc virgo vestalis nōie Daria Hēmis z auro rutilans ad eum ingredit: z tanta eū sermonis elegantia alloquitur: vt si esset ferro durior: plūbo molior rederet. Sed ille medium inter se z illam spiritū sanctum postulās sic eam affatur. Si mihi mortali tantū pulchritudinem ac sermonis melliflui dulcedinē spe connubij tēporalis ostendis alijs iam amoribus occupator: quanto magis amantē se z desiderantē immortalē regis filiū obtinere poteris: si animam tuā in corporis integritate custodieris? Et sicut corpore pulchra es ita z mente pulchrior fieres. Eruntq; tibi landatores angeli: paranymphi apostoli: martyres amici: christi? sponsus: qui talamum tibi in celo custodiēs dotem tibi in celo sempiternam tribuet possessiones paradisi. Ad hec Daria compuncta respondit. Nulla mecū o iuuenis cuz his vestibus petulāris animi ad te signa perduxi z sed patris tui lachrymas miserta cupio te patri tuo reddere: z deorū cultura re vocare: que nobis eos facit esse custodes. Chrysantus ait Quomodo possunt esse nobis custodes: qui nisi custoditi fuerint a canibus: nocte a furibus rapiunt? Daria respondit. Si vulgus ignobile posset absq; his imaginibus deorū cultura celebrare: nulla esset necessitas sil'itudinis exhibēde. At Chrysanthꝰ. Inquiramus ergo ait quorū sint ipse imagines: z videamus an ijs merito honorē deorum exhibere debemus. Deus aūt nō potest estimari nec credi nisi qui oēm scitatē oēmq; supergredit maiestatē. Que ergo bona Saturnꝰ falcifer habuit: q̄ pprios filios quoties nascebant occidit: vt nō dicā comedit sicut scriptores eius referunt? Que dona vel bona in Joue fuisse existimas: qui quot dies vixit: tot audita incestat? tot homicidia perpetrauit qui omni castitati vsq; ad mortem inimicus extitit: vt etiā Ganymedē libidine polluerit? z terrā suis sordibus inquinauerit? Hec z alia multa pſequente Chrysantho credidit Daria: z quasi simulata volūtate inter se z chrysanthū habuit consiliū vt nomē cōiugij assumerent: ita vt ambo indei timore z castitatis gloria perdurarēt. Et ita baptizata Daria sctō Chrysantho nō corporeo calore est iunctat sed spiritussancti feruore societa. Quū autē multe virgines relicto sponsalij amore per eā christo se traderent: z iuuenes relicto carnali cōmercio se castimonie māciparēt. excitata est in vrbe seditio sub Celerino prefecto iuuenibus publica interpellatione clamantibꝰ. Spōsas nostras per Dariā amittimus: maritos p Chrysanthū perdimus z iam filios nō habemus. Tradit ergo Chrysanthus tribuno Claudio qui dedit eū septuaginta militibꝰ: vt ducerēt eū extra ciuitatē ad sacrificandū Herculi: cogentes diuersis penis. Ad strinxerunt autē eum huic rei non acquiescentē crudis neruis: vt ad ossa eius vis ligature ptingeret. Sed statim oia celerrime resoluta sunt: tita vt non occurerēt oculi videre celeritatem resolutionis eorum. Et illi quasi luctantes cū tra ligaturas diuersomdo diuersis cōstringebant nodis. Qui iterum z alijs nodis arctius strinxernut. Et subito ligamina dissoluta sunt. Et quum in cippum nouū et nodosissimū inclusissent ei insultantes: rita putrefactum est lignum vt statim cippus in cinerē verteret. Deinde pfuderūt lotione vrine: dicentes. Modo amittes maleficia tua. Sed aqua putidissima intantum odorem conuersa est: vt putares eum nō vrina sed balsamo perfusum. Exinde excoriantes vitulum: eodem corio recenti cinxerunt eū nudum: ponentes eum ad solem: z per totam diem in estu solis feruentissimo nulla potuit corium calefactione siccari: aut dei famulum in aliquo anxiare. Tandem catenis ligantes manus eius pedes ac collū: in obscurissimo carcere clauserūt sed mox solutis vinculis lux immensa ibi refulsit. Hec quū nunciata essent tribuno: aduenit illuc: z lumē vidēs in carcere iussit egredi dicens ei. Que tanta maleficiorū tuorum vis est vt ista perficias? Cui Chrysanthus respondit. Si in te esset vel scintilla prudentie: cognosceres me non maleficio: argumentis: sed diuinis iuuari adminiculis: deosq; aduerteres voces ad se clamantiū audire nō posse; nihilq; intus preter argillam z plumbuz habere. Tunc iratus tribunꝰ iussit eum fustibus cedi. Allateq; virge durissime ceperunt in manibus cedēriū quasi pluma mollescere. Inter hec tribunus cōpunctus iussit eum erigi et vestibus suis indui: Conuersusq; ad milites suos ait. Ne humane artes penitus non sunt: vbi diuinarum virtutum potestas apparuit. Quid superest nobis: nisi vt oēs hominis huius gentibus aduoluti veniā sceleris postulantes: rogemus vt nos deum talez faciat colere: qui cultores suos in omni pugna facit esse vincētes? Quumq; ita fecissent: audito ab eo dñi verbo: recepta fide baptizati sunt eadem die Claudius et Hilaria vxor eius et amici z septuaginta milites cum suis. Et per singulos dies ab eo verbum eruditionis audientes cum omni reuerentia optabant pro christi nomine etiā tormenta perferre. Hec quum audisset Numerianus imperator: iussit Claudium tribunum ingenti saxo constrictum in medio maris precipitari. Ceteris aūt tantā gratiā cōcessit deus: vt filius eius Jason et Maurus etiam non interrogati christū se colere dicerēt: et pro confessione nois eius mortem optarent. Quos omnes alij imitantes intra vnam horam decollati sunt: et ab Hilaria corpora filiorum collecta in sarcophagis collocata. Que quum assidue circa sanctorum confessionem deum exoraret: tenta quum trahere tur ad iudicium: rogauit vt prius orationem suam perficeret: et postea veniam (inquit) quodcūq; volueritis. Igitur quum fixisset gradum: accepit sacramentum dominici: z quū rogasset dominum vt eam filijs suis associaret: in ipsa oratione domino spiritum reddidit. Interea sanctus Chrysanthus ponitur in carcere Tullianor: vnde fetor terribilis ascendebat: quia cloacarum cuniculis deiecta domorum stercora illuc decurrebant: Eratque vna lutea et tam tenebrosa custodia: vt penitus ibi lucifluus aer nec vestigium aliquod lucis ostenderet. Illuc ergo Chrisanthus ferro vinctus mittitur nudus. Daria vero in publico ponitur conturbernio meretricum. At vero et Chrysantho lux diuina et odoramenta sancta prestantur: et Darie leo fugiens de cauea amphiteatri dirigitur. Qui ingressus cellam in qua Daria in oratione prostrata iacebat: prostrauit se ipse iuxta eam: vt videretur etiam ipsam adorare: qui presentiam suam deprecanti virgini exhibebat. Nescientes igitur leonem intus esse/ miserunt ad eam vnum turpissimum: ideſt scelere corruptionum opinatissimum: in quem vt ingressꝰ est/ insiluit leo: z prosternens eum pedibus suis cepit ad faciem virginis respicere: quasi interrogans quid de eo iuberet. Quod illa intelligens ait. Adiuro te per filium dei pro quo martyrij passiones libenter amplector: ne illum in'aliquo ledas: sed permitte eum sermonem meum absq; terrore suscipere. Tunc leo relinquens eum potuit se i introitu portę: vt nec ille fugere nec alius intrare posset. Dixit ergo Daria ad eum. Ecce ferocitas leonis audito nomine christi dat reuerentiam deo: et tu homo in tantis criminibus exercēris: vt etiam in hoc in quo miser lugendus es glorieris. Tunc ille prosternens se ante eam clamauit. Jube me hinc egredi sanum: vt et ego clamē omnibus christum quē colis solum esse verum deum. At illa iussit leoni vt amoueret se ab ingressu. Ille vero egressus per totam ciuitatem clamabat. Sciatis omnes Dariam deam esse. Igitur quuz diuersi venatores et populi ad capiendum leonem pergerent: hanc leoni deus virtutem cōcessit: vt omnes caperet: z sine lesione ante pedes Darie poneret. Quos illa sic allocuta est. Si promittitis vos christo crediturosific poteritis abscedere. At illi omnes vna voce clamant. Qui non credit christum verum deuz esse: non exeat hinc viuus. Et hoc dicentes ceperunt omnes egredi clamantes. Credite populi Romani non esse alium deum preter christum. Tunc Celerinus prefectus iussit ignem copiosum accendi in ingressu cellule in qua erat Daria cum leone. Quod leo quum fieri videret: cepit expauescere et rugitum dare. Cui sancta Daria ait. Noli timere: quia non incenderis: nec capieris: nec morieris: sed securus egredere: quia quem in me honorasti ipse te liberabit. Leo ergo iclinato capite egressus est per medias populorum turbas iter faciens: neminemque lesit nec illum quisquam capere potuit. Ji autem omnes qui ex ore eius incolumes euaserant: baptizati sunt. Nuntiata sunt hec numeriano imperatori: qui iussit Chrysanthuz et Dariam diuersis puniri supplicijs si sacrificare non cōsentirent. Quum Chrisanthus imponeretur eculeo: omnia ligna eculei comminuta sunt et vincula disrupta: lampades quoq; incense ad latera eius posite extincte sunt. Postremo imperator hec non virtutibus diuinis sed artibus magicis deputans: iussit eos in viam Salariā duci: z in arenario ambos simul deponi: et lapidibus obrui viuos. Qui orationibus et hymnis insistentes in vnam foueam quasi

Jason z Maurꝰ

Bta Hilaria.

in vnum lectulum ambo deponuntur. Et facta est in passione sanguinis societas: sicut fuerat mentis. Quum autem multa beneficia de? venientibus ad sepulchrū eorum praestaret: accidit vt die natalis eorum infinita populi multitudo occurreret viri mulieres ⁊ infantes. Quod quum Numeriano nuntiatū fuisset: iussit vt in introitu ipsorum quo cryptam ingressi fuerant/paries leuaretur. Quod quum factū esset: desuper ad fabulonē super eos montem iecit: oēsq; pariter dum sacramentū cōmunionis perciperent: ⁊ martyrum gloriam celebrarent: ad martyrij gloriā peruenerunt: inter quos erat Diodorus presbyter ⁊ Marianus diaconus: ⁊ plurimi clericorum. Etsi tēpore Numeriani imperatoris isti passi sunt Chrysanthus ⁊ Dariatnon tū ipso Numeriano Rome existēte tqz in via dum illuc reuerteretur occisus est: vt patet supra. Et quod dictū est de Daria quo ad miraculum leonis: simile legitur supra de sancta Lolliba sed vsa ibi fuit que illam defendit ⁊ sub Aureliano imperatore: hanc leo iuuit ⁊ tempore Numeriani. Fuit vtraq; virgo pro christo martyrium passa.

Diodorus et Marianus.

§. VI. Circa ea tēpora vt refert

Uincē. li. rij. ex gestis eius quū apud Antiochiā p quadas causa octo vicini episcopi cōuenissent ⁊ inter eos eps Heliopoleos Domnus nomine ciuitas nunc Damiata vocata predicante ipso epo adstanti populo: subito quedam femina palam coram oibus superuenit summa faciei ⁊ ornamētorum puchritudine splendēs: quā maxima pōpa inuenus ⁊ puellarū precedebat: quos ita sui cōtemplationem trahebat: q; vbicunq; esset: totū aerem musci ⁊ diuersorū aroma tum odore replebat. Quam vbi epi nudo capite preterijsse viderunt: ab ipsa quasi a grauissimo peccato oculos auerterunt. Sanctus vero Domnus eps Heliopoleos quū eas diutius aspexisset: reclinans in genua facie post longas lachrymas ⁊ profunda suspiria/dixit ad coepiscopos. Rogo vos fratres: nōne estis delectati in tanta pulchritudine huius mulieris? Ipsi vero tacuerunt. Iterūq; flens ⁊ valde suspirans/pectusq; percutiens: rursus interogauit eos an essent in pulchritudine mulieris illi? delectati. Et ipsis adhuc tacentibus ait. Uere delectatus sum ego: ⁊ huius mulieris pulchritudo mihi placuit. In veritate dico vobis q; hanc in iudicio deus prefert nobis. Nos essi sponsus habentes eternum/donantē sibi seruientibus diuitias sempiternas: ⁊ ipsum videre in quē desiderant angeli prospicere negligentia torpemus ⁊ anime nostre facē ab immūditia non lauamus vt ei placeam?: sicut hec misera toties ⁊ tandiu studuit vt se abluens ⁊ depingēs amatoribus suis pulchra appareat. His ⁊ hmōi dictis ingressus hospitium pro ruit sup pauimentum: ⁊ faciem ad terram feriens ⁊ lachrymis rigās dixit. Altissime deus ignosce mihi peccatori: tqz vnius diei meretricis huius ornatus totius vite mee indumentum superauit. Illa pro terreni ⁊ caducis summo se studio decorauit: ego tibi immortali deo placere ppossui: et p meā negligentiā nō ipleui. Quumq; hec diceret ⁊ fortiter eiularet: subito obdormiuit ⁊ visus est ei q; columba nigra ⁊ sordida ac fetida nimis eum circunuolaret. Dumq; quasi ad missam stans catheccuminos recedere precepisset: columba disparuit ⁊ post missam rediens ⁊ ab ipso epo in vase aque immersa inde mūda ⁊ candida exiens: tam alte volauit q; videri non potuit. Euigilans eps quū hoc clero suo recitasset ad ecclesiā pergit. Et cum populos predicaret: illa meretrix que cum predicationes audiebat/in tantam compunctionem conuersa est: q; sero ad epm nuntios suos mittens sic ei mandauit. Sancto discipulo christi epo peccatrix discipula diaboli. Audiui de deo quē colis q; non pro iustis: sed pro peccatoribus de celo descēdit: ⁊ cum publicanis peccatoribus comedit ⁊ bibit. Si ergo discipulus eius es: non me despicias penitentē ⁊ saluari cupientē. Ad hoc eps. Quecūq; es: deo nota es. Sed tū me pctōrem noli tentes. Quod si saluari ⁊ me videre deposcis: ⁊ inter eos alios me videbis. Nam solum me videre non poteris. At illa non differens ad hospitium epi se venisse mādauit. Et ille conuocatis episcopis ad se eam venire precepit. Que statim prostrata cū eiulatu magno pedes lachrymis rigās ac crinibus detergens: dixit. Miserere dñe peccatricis ego essi sum Pelagia: pelagus inquitatis exundans fluctibus peccatorum: ego sum abyssus perditionis: ⁊ vorago ac laqueus animarum. Fac ergo me pater sanctissime baptizari: vt anima mea possit a tantis sordibus emundari. Cui sanctus. Canones continent non debere meretricem baptizari nisi p fide iussores spondeat q; se vltra prauis actib? non inuoluet. Tunc illa iterū se prosternens ⁊ eiulans ait. Rationē reddas deo pro anima mea: ⁊ tibi imputetur peccatorum meor? iniquitas: si me distuleris baptizare. Tunc sanctus nomen eius quesiuit. Et illa dixit se a natiuitate Pelagiam: sed propter pompam ornamentorum vocari Margaritam a populo. Quum ergo baptizata ⁊ communicata fuisset: ecce diabolus quasi nudus clamabat dicēs. O violentia quam patior ab hoc sene. Non tibi sufficiebat Heliopoleos ciuitates que quondam mea fuerat. Maledictus dies in quo mihi cōtrarius natus es. Quid feci[sti] mihi o Pelagia? Tu in me Judam imitata es. Domina mea Margarita quid tibi vnq; mali feci. Nonne ego lapidibus preciosis ornaui et auro ⁊ argento cumulaui? Dic mihi in quod te contristaui: ⁊ tibi satisfaciā tātum ne me deseras: ne opprobriū christianis efficiar. Et illa protinus se signauit: ⁊ flatu suo demonē effugauit. Tertia die congregans per seruum suum omnes diuitias suas ad consilium episcopi: nihil sibi retinens: omnia pauperibus erogauit ⁊ indutа cilicio nocte fugit in habitu virili: et in monte oliueti inter monachos vir reputatus/sub nomine Pelagij est receptus. Post tres autem annos clericus dicti episcopi quū pergeret Hierusalem ad visitandum loca sacra: miunxit ei episcopus vt diligenter inter monachos Pelagium inquireret: ⁊ humiliter salutaret. Quod ⁊ fecit ad locum veniēs ⁊ ipsum virum existimans. Et quia dum alios visitaret patres: multum commendari audiuit dictum Pelagium de sua sanctitate: iterum ad eum reuersus ad viuendum/defunctum inuenit. Quo diuulgato propter famam virtutum eius: monachi cum episcopo Hierosolymorum conuocati ad exequias eius: feminam inuenientes honorifice condiderunt: laudantes deum qui multos habet seruos abscondi tos. Et reuertens clericus epo suo omnia enarrauit que viderat. ¶ In illo etiam tempore scilicet imperante Aurelia no quidā Manes genere Persa: tacer ingenio: vita ⁊ moribus barbarus: vt ait Eusebius in chron. qui sm nomen suum insaniens se paracletū nominabat: multā religionez ⁊ austeritatē ostentās. Duodecim etiam discipulos tanq; apostolos instituit: qui dogma suū peruersum vbiq; diffunderent: qui ⁊ Manicheus est dictus: vnde heresis Manicheorum habuit originem. Hic asseruit duo esse principia: vnum bonorū aliud malorū: deum creatorem inuisibilium diabolum visibiliū: ⁊ christū habuisse corpus phantasticū ⁊ alios multos errores: quos oēs rationibus acutissimis Augustinus per nouē annos eo errore ante baptismū ei? inuolutus: sed baptizatus disputationib? / predicationib? / ⁊ in libris suis precipue in illo contra Manicheos cōfudit. Que quidē heresis quū repullulasset in Italia tpe Innocentij quarti: sic anno dñi millesimo ducentesimo quinquagesimo vel circa: p beatum Petrū martyrē ordinis p̄dicatorū tūc inquisitorē predicationibus miraculis ⁊ martyris precibus ⁊ meritis de illis partibus totaliter expiata est.

Damiata ciuitas olim Heliopolis dicta.

Sācta pelagia

Hereses Manicheorū origo

Titulus octauus de psecutione Diocletiani ⁊ Maximiani.

¶ De martyrio sancti Mauricij cū socijs ei? / Victore: quatuor coronatis / Sebastiano / Erasmo / Bonifacio / Juliana Cosma / ⁊ Damiano / Blasio / Dorothea / Januario / Anastasio Barbara / Euphemia / christina / Aphra / Juliano / Celso / Lypano mago / Uincētio / Georgio / Theodoro / Cyriaco / Marcellino / Lucia / Catharina / Agne (quā agnetem dicūt) Margareta / Christophoro ⁊c. Cap. j.

Romanorum igitur trigesimus tertius imperator fuit Diocletianus: qui regnare cepit anno dñi. cc. octogesimo septimo mundi vero quater millesimo ducentesimo quinquagissimo. Uel sm aliā cōputationē maiorem: quinquies millesimo quadringentesimo octogesimo sexto. Hic dalmata scribe filius fuit: q; imperator electus statiz Aprū in cōcione militari occidit: iurās sine scelere suo. Numerianum ab Apro fuissa occisum. Hic vt deū se adorari iussit: ⁊ primus gemmas vestib? calciamentisq; inseri iussit: quū ante eū oēs imperatores in modū iudicū salutarētur: ⁊ chlamydem purpureā a priuato habitu plus haberēt. Charinum fratrē Numeriani imperatoris apud Dalmatiaz flagitiose degentē difficillimo bello superauit ⁊ extinxit. Illis autē diebus Amandus ⁊ Helianus? in Gallia collecta rusticorum quos Bagādas vocant multitudine perniciosos tumultus exitauerunt: vt testat Hugo florida. Diocletian? ergo Maximianū Herculeū quondā p militonē suū cesarē fecit: ⁊ in gallias destinauit. Qui facile agrestiū hoim imperitā multitudinē ⁊ cōfusam militari virtute cōpescuit. Sed in ipso itinere ab ipso Maximiano sacra Thebeorū legio Mauritij cū socijs martyrū suscepit: vt dicet. Duz autē Diocletianus cū Maximiano christianos persequerent: ⁊ graues per oēs Romani imperij fines subitarū perturbationū cōcre-

puere

puere fragores: Charausio qui ad obseruanda oceani lito
ra positus fuerat: in Britania re bellāte: r Achilleo in egy
pto: quō r Aphrica Quinquegentiani infestārēt r Narse⁹
rex Personarū oziētē bello premeret. Quo periculo diocle
tianus permotus Maximianū Herculeū ex cesare augu
stum fecit. Constantinū vero r Galerium cesares fecit: tra
dens Constantio Theodorā vxorē filiā Maximiani Her-
culei: r suā filiā Maximiano Galerio. Mozuꝰ Constātius
Constantini magni pater/ Claudij nepos ex filia fuit: sm
Eusebiū in chroñ. Galerius autē in Dacia notus. Quos
vt Diocletianus etiā affinitate sibi coniūgeret: Cōstatius
priuignā Herculei Theodorā accepit: ex qua postea septē
liberos Cōstantini fratres habuit. Galerius aūt filiā Dio
cletiani Valeriam duxit: ambo vxores quas habuerant re
pudiare compulsi. Cōstantius igit Cesar in Gallia primo
prelio ab Alemannis pfligato exercitu suo: vt ait Hugo: t
vix ipse euasit. Scōo prelio satis secuta ei pspera fozt̄una
seu victoria. Nam paucis hozis. lxx. milia Alemānoꝝ cesa
referunt. Ac Maximianus Augustꝰ Quinquegentianos
in Aphrica pdomuit. Diocletianus aūt Achilleū obsessum
p septē mēses cepit apud Alexādriā: r interfecit. Sed im
moderate victoria vsus Alexandriā direptioni dedit. Egy
ptūq; tōtā prescriptionibꝰ fedauit. Erat etiā diocletiano
in illis diebus cōstatinus iunenis inclytus filius cōstan
tij cesaris: quē ex Helena priori sua pluge pcreauerat: quē
Diocletianus dolo perimere Galerio instigāte satagebat.
Sed cognita fraude ad patrē suū saluus pudentia remea
uit Constantinus. At Maximianus Galeriꝰ quū duobus
iā prelijs aduersus Narseum cōflixisset: tertio cōgressu vi
ctus amissis copijs ad Diocletianū refugit: a quo arrogan
tissime susceptus est: ita vt per aliquot milia passuū purpu
ratus ante vehiculum eius cucurrisse referatur.

Cōstan
tius Cō
stantini
pater.

§.I. Imperauit autē Diocletia

nus iste cū Maximiano annis. xx. quoꝝ persecutio cōtra
christianos decima fuit: r asperior r diuturnior ceteris oī
bus. Et (vt dicit Hugo) semel cepta rabies huius psecutio
nis vsq; ad septimū Cōstantini magni imperatoris annum
furere nō cessauit. Mozo inquit Euse. in hist. eccl'. predicte
psecutionis ignis exordiū inter solos militares parua scin
tilla pflauerat. Quūq; quereret si q̄ essent ex militibus chri
stiani: plurimi ex eis militia p fide xp̄i nō pauci etiā aīas
posuerūt. Inter quos precipui fuerūt Mauritius cū sacra
legione Thebeoꝝ: numero sex milia sexcenti sexaginta sex.
Qui fuerūt vt refert Uinc. in spe. histo. li. xiij. c. ij. ex gestis
eozū (ex Thebis Egyptiq; est ciuitas nobilissima sup Ni
lum sita. Hi ergo milites christianissimi a fctō zabda Hie
rosolymozū epō subsceperūt in oziē te: r ad vbē veniētes
apud Marcellinū papā fidem cōfirmauerūt: r vt ante gla
dijs interirent q̄ fidē susceptā violarēt. Ji iuncti exercitui
Maximiani quū contra Bagandas pergeret in Galliā re
bellātes: trāsitis alpibus quū in quadā planitie residerēt:
iussit Maximianus vt oēs idolis immolarēt: r contra Ba
gandas r christianos persequendos fidem confirmarent.
Qō audiens sacra legio huic sceleri nolens assentire: octo
miliaribus ab Octodozo vbi Maximianus cum suis erat
recesserūt. Hoc audiēs Cesar mādauit eos reuocari. Sed
hoc recusante sacra legione inquit. Jungit despectui meo
celestis iniuria. Sentiat ergo cōtumax miles me dijs meis
posse dare vindictā. Unde ira succēsus missis militibꝰ plu
rimis: nolentes reuerti ad sacrificandū decimum quēq; de
collari precepit. Sed fctī cū gaudio capita porrigētes: quo
dāmodo cōcertabāt vt alter alterū preiret ad mortē. Quo
rum decima parte trucata sanctus Mauritius eozū dux r
precipuꝰ remanētes cōfortans alloquit: r vt pstanter qō
ceperāt confirmarent exemplo sociozum r fidei deuotione
exhortatur. Quū autē Maximiano firma eoꝝ in fide sen
tentia intimata fuisset: iterū decimū quēq; trucidari māda
uit. Quo facto Exuperius signifer cū duce Mauritio ex
hortationē replicant: r validissime roboratos remissi mili
tes proiectis armis nuda corpora ostendentes circūquaq;
trucidāt. Hac crudelitate peracta quū ad epulandū recedis
set exercitus inter occisos: quēdam senē illac casu trāseun
tem noīe Victorē inuitāt humanitatis causa ad secuz epu
landū. Qui quū ab eis q̄reret quō inter tot occisoꝝ cada
uera possent cū gaudio manducare: r audisset a quodā ex
illis eos quia dijs noluissēt immolare fuisse occisos: inge
muit: r suspirans ait se tandiu vixisse r nō meruisse in illoꝝ
consortio reperiri: quū se ex hoc beatissimū existimaret ex
quo perpendētes eū christianū ptinus occiderūt. ¶ Quū
aūt eccl'ia pspe ris incremētis dilatarer (vt ait Euse.) subi
to turbo persecutiōis increpuit. Nā a diocletiano exijt edi
ctum: vt cūcte q̄ in orbe erāt eccl'ie ad solum diruerent: r sa
cre scripture vbiq; igni cōburerentur: oēsq; q̄ eccl'esijs. pre
essent in viculis ponerent: r ac deinde exquisitis supplicijs
immolare dijs cogerent. Rapiebāt itaq; oēs eccl'esiaꝝ prin
cipes r sanctos clericos/ r cū eis nobiles r ignobiles mul
tos feminas ac pueros. Et (vt scribit Eusebius in histori.
eccle.) alij flagris discerpebant: alij vngulis fodiebantur
alij ignitis lamnis vrebant: ex quibus nōnulli quidē fati-
gati sedebāt: alij vsq; infinē patientiam seruabāt. Ex ipsis
aūt persecutoribus quidā tāq; miseratiōe vsi nōnullos no
strozū adhibebāt ad iesta sacrificia: r quasi sacrificassent
exclamabant: quum nō sacrificassent: r a cedebāt ipi ex es
trīs culpabiles: q̄ crimē sibi obiectum cū silentio paterent.
Alij semiuiui sublati tāq; mortui proijciebant: alij pedibꝰ
tracti inter eos qui sacrificassent cōputabāt: alij sane qui
exclamabant ingenti voce q̄ nō sacrificassent: sed se chri
stianos esse: tali gaudentes cōfessione sunt decorati. Non-
nulli cum maiozi fiducia nec se immolasse nec vnq̄ se imo-
laturos testabant: quibꝰ ab adsistentibꝰ militibꝰ oza cōti
nuo atq; oculi cōtundebantur vt tacerēt r violēter expelle
bant: tanq; acquieuissent. Tantū erat impijs studiuꝫ vt pro
positū suū viderent impleſſe. Hec Euse. Bemel aūt cepta
rabies persecutionis (inquit Hugo) vsq; ad septimū Con
stantini magni annū imperij furore nō cessauit. In Egypti
q; prouincia sm Eusebiū i histo. eccle. non inferiozi glozia
tam viri q̄ femine ac pueri ꝓpter fidē dñi nostri Jesu chri
sti presentē vitā paruipendētes: futurā gloziā quesierunt.
Quidā ex eis post ꝟbera/ post vngulas/ post flagella/ alioq;
diuersi generis cruciatus/ flammis traditi sunt. Alij in ma
re precipitati. Nonnulli capite cesi: ita vt sponte ceruī-
ces suas securibus darent. Nonnulli inedia cōsumpti. Alij
patibulis affixi. In quibꝰ quidā capite deozsum pssoꝝ pedi
bus in sublime sublatis: p vngulas testas fictiliū vasozum
quidā tozzores adhibebant: quibus ēt cozp⁹ ita lacerabāt
donec totā carnis cutē eraderēt. Mulieres q; nudas arte Graue
quadā vno pede in excelsum suspēsas/ r capite in terram di genus
mersas indignissimo spectaculo p totū diē pēdere sinebāt.
Alij sicubi vicine due arbozes inueniebant: in eis ab vtra-
q; inflexis ꝓtra se inuicē ramis: eisq; singulis singulos mar
tyris pedes obligantes: subito ramos quos iflexerāt/ rela
xabant: vnde membra discerpebant admuicē. Oculis quoq;
nostris i nsperimus: dum innumeros fidelium populos in
Egypto confitentes se esse christianos iudex capite plecti
iussisset: sponte oēs imo r alter alteruꝫ prouementes cerui
ces cedentibus obiectabant. Nullus ex oībus nec paruu-
lus quidē infans deterreri potuit a morte: sed hoc solū pa
uebāt singuli: ne forte ꝓpter occasum solis nocte impedi
te separarētur a consortio martyrij. Hec Eusebius.

§.II. Quum autē Maximianus

Peracta cede prefata sanctoꝝ Thebeozū Massiliā parue- Sācti
nisset: decreuit vt aut oēs dijs sacrificia offerrēt: aut diuer Victoꝝ.
sis mortibus iterirēt. Quū aūt huius decreto xpianoꝝ ani
mi turbarētur: beatus Victoꝝ in mediū se ingerēs statim
apphendit: r pfectozum tribunalibus pſentat. Ubi quuꝫ
fidē christi constanti vultu r libera voce testaret: protinus
circunstantiū clamoꝝ attollit. Et quū multas iniurias ab
oībus tolerasset: pfecti decreuerūt vt causa eius ad audiē-
tiā Cesaris deferret. Qui statī eiꝰ pſentie sistit r multis
accusationibꝰ vndiq; impetitꝰ summis terrozibꝰ ad sacri-
ficia purgetur. At ille terrente robustioꝫ spūsancto reple-
tus impatozem r proceres eius mira prudentia cōfutauit:
euacuans idolozū cultus r christi fidē certa ratione confir
mans. Tunc Cesar in rabiē cōuertit: r ad iussum eius mar-
tyr dei funibus coarctatus p totā vbē trahit vt ex igno-
miniosa eius pena r deozū iniurie vindicarēt: r christiano
rum animi terrerentur. Tali ergo ludibrio spectantiū ocu
lis satiatis: iterū tribunalibus presentat r denegando chri
sto r idolis adorandis itidē acrius adhortat. Beatus Vi-
ctoꝝ ad singulas eozum obiectiones sapienter respondens
cunctos quidē oppressit pondere rationū. Sed ab insensa-
tis vnum iubet eligere: aut scz deos placare aut infeliciter
deperire. Si sic (inquit) preponitis: q̄ verbis docuimus
r exemplis debitis deos spernoꝝ: christū confiteoꝝ: quecūq;
potestis date supplicia: cumulate tormenta. Qui statim
Asterij iussu patibulo affigitur r torqueturꝫ sed apparēte
sibi dño confortatur. Post hec in carcerē truditur: statim
celesti lumine et angelica visitatione recreat. Et dum ex-
ultans psalleret tres milites eū custodiētes scz Alexāder Alexan
Longinus/ r Felicianus cōpuncti ad pedes eius prostrati der Lō
baptizari petunt. Qō factū audiens imperatoꝝ illos tres ginus r
sententia capitali dānauit. Victorē vero cōuersū dis autho Felicis
rem iterū suspensum r fustibus r neruis taureis laceratuꝫ nus.
ad carcerē reuocauit. Peracto triduo idez per oīa repetit

Thebeo
rū legio

Mauri
tius et
Exupe-
rius.

Victoꝝ.

Mira-
bilis ra
bies p-
secutio
nis.

in eum mine/terrores/maledicta ⁊ conuitia renouantur:⁊ iussu Cesaris coꝝ ara Jouis cõponitur Sed vir sanctus de ipsa sacerdotis manu statuã solo tenus pede prostrauit ⁊ protinus iussu Maximiani eodẽ pede priuatur. Ad vltimum vero corpus ⁊ animã deo redditurus ad molendinũ ducitur:et mox suppositus crudeliter conquassatur. Sed quũ dissipata paulopost machina diuinitus spirãs adhuc aliquantulũ videretur:amputato ei capite mox celica vox auditur. Uicisti Victor beate vicisti. Et quũ iussu iperatoris corpus eius fluctib⁹ fuisset maris immersum:ministrãtibus angelis natatu celerrimo ad oppositũ litus transferturꝫ a christicolis deuote sepelitur.

Claudi⁹ castori⁹ Sempronianus et nicostrat⁹. Simplicius.

§. III. Diocletianus autẽ impe-

rator pergens Pannoniã ad metalla diuersa impresentiarum de montibus abscindenda ⁊ dum oẽs artifice metallicos congregaret:inuenit inter eos viros in arte quadratoria mirificos Claudium Castorium Sempronianũ ⁊ Nicostratum. Ji occulti christiani erãt:⁊ quicq̃d in sculptura opabant in nole dñi nr̃i Jesu christi sculpebãt:vnde⁊ opera eorũ nitida Diocletiano placebãt. Quibꝰ in mõte porphyretico cum multitudine artificum missi lapidem inciderẽt Claudium bene sequebat ars:qz in nole Jesu xp̃i oĩa faciebat. Simplicius autem qui gentilis erat conuenẽtia non erant oĩa opa que faciebat. Cui dixit Nicostratus. Frater quomodo ferramentum tuum cõfringit? At ille. Rogo te (inquit) rẽpera mihi vt nõ confringaꝫ. Claudius aũt acceptra ferri sculpturam benedixit ferrũ in nole dñi nostri Jesu christi vt esset fortꝫ ⁊ sanum ad faciendũ opera. Et tunc cepit Simplicius bene et recte opera sua facere ferramentis illis. Et miro studio cepit inquirere Simplici⁹ quod esset genus temperamenti:qz nunq̃ acumenta ferramentorum eorum frangebantur. At Sempronianus ait. Creator oĩm ipse creaturã suam cõfortauit. Cui Simplicius. Nunquid non omnia deus Jupiter facit? At ille ait. Blasphemasti. Deus esti cui confitemur / ⁊ dñs Jesus christus ⁊ spiritus sanct⁹ oĩa creauit. Nam quez tu deũ dicis exculpitur manibus nostris. Cui Simplicius. Adiuro te per deũ solẽ vt dicas mihi quis est ille qui oĩa creauit in cuius nole tam bene operamini. Video esti q̃ nescio quem occulte precamini. Declarate mihi hanc deprecationem vestrã:vt amicitia mea perfruamini. Cui Claudius. Fideliter tibi dicim⁹ vt credas in dominũ nostrũ Jesum dei filium:⁊ baptismũ recipias:⁊ omnia ministrabũtur. At ille. Ergo (inquit) nolite tardare vt vobiscum fiz vnanimis in arte ⁊ in religione. Tunc duxerũt eum ad sanctũ Quirillum epm̃ de Antiochia adductũ cum multis aliꝭ christi cõfessoribus catenis constrictũ:⁊ tribus annis multis iam verberibus laceratũ vt eum baptizaret. Quo facto ad sua opera redierunt. Videns vnus ex philosophis quõ fine signo crucis nihil faciebat:ratus ait. Hoc signũ magice artis est:ad crudelitatẽ eñi ptinet:et per ipsum a vobis oĩa pspere agunt. Accusati ergo sunt a philosophis ex inuidia apud Augustũ. At ille delectatus opibus eorũ iussit eos facere victorias/cupidines/conchas:maxime aũt Asclepium. Fecerũt aũt oĩa alia p̃ter Asclepij simulachrũ. Propter qõ accusati a philosophis/ab Augusto redarguti sunt. Cui rñdit Claudius. Pietati tue semp auguste obediuim⁹/ꝭ imaginẽ miserrimi hois nunq̃ faciemus:qz scriptũ est. Similes illis fiant q̃ faciunt ea ⁊c. Exardescentibus adstantibus contra eos Diocletianus causam eorũ cõmisit Lãpadio. Qui quũ solẽ voluissent ad mandatum eius adorare:nudatos fecit eos scorpionibus cedi. Qui Lampadius eadẽ hora a demonio arreptus ⁊ se discerpens expirauit. Qõ intelligens Diocletianus iratus iussit eos in loculis plumbeis includi:et in clusos in flumen precipitari. Quod audiens Quirillus in carcere:existẽs se afflixit.⁊ ad dñm migrauit. Post dies aũt xlij. Nicodemus quidã christianus corpora eor̃ cũ loculis leuauit:et in domo sua posuit. Postea Diocletianus Romam veniens / quũ oẽm militiã ad sacrificandum Asclepio cõ pelleret:reluctantes quatuor cornicularij ictibus plũbaratis occisi sunt:⁊ corpora eorum in platea canibus iactata Sed beatus Sebastianus q̃ erat christianus sed occultus nocte cũ Melchiade papa leuauit:⁊ sepeliuit in uia lauicana. Oõ quũ nõ eodẽ tp̃e:sed post duos annos euenisset ⁊ nola eorum reperire nõ posset:beatus Melchiades sub nolbus suprad̃ctorum Claudij ⁊c. vt anniuersarius dies martyrij eor̃ celebraretur instituit scz. vij. idus Nouẽbris postea tamen eorum nomina reuelata sunt.

Quirillus.

§. IIII. De sancto Sebastiano

cuius martyriũ est multum celebre ⁊ hystoria notabilis. Hic gloriosus martyr (vt refert Uincẽ spe. hist. li. xiij. ex gestis eius) quũ esset ciuis Mediolan. Diocletiano ⁊ Maximiano imperatoribus ita charus erat:vt principatum prime coh̃ortis ei traderent:⁊ pñtie sue continue adstare iuberet. Milites q̃s eñi vt patrẽ venerabanꝫ. Xp̃o aũt sedulũ deo exhibebat officiũ. Sed hoc agebat vt sacrilegis regib⁹ esset occultus:nõ passionis timore perterritus:ꝭ vt christi militẽ sub terreni imperij chlamyde regẽs/ christianorũ animos quos in tormentis deficere videbat cõfortaret. Clarissimis igitur viris Marco et Marcelliano geminis fratribus p nomine christi in vinculis cõstrictis quotidie solariũ exhibebat:⁊ tã eis q̃ seruis eor̃ qui cum eis tenti erant salutaria fidei cõsilia ministrabat vt fugitiua seculi blandimenta contẽnerent:et momẽtanea tormẽtorum genera non timerent. Qui quum nõ acquiescerent immolare:⁊ verbera carnificũ patiẽter ferrent:capitalẽ iussi sunt subire sententiam. Pater tñ eorũ Tarquilin⁹ ⁊ mater Martia nactis Christo martio vbis perfecto. xxx. dierũ inducias impetrauerunt:vt eo interuallo ad immolandum eis persuadere valerent. Accedentes igit̃ amici eorum dicebant. Unde vobis tam dura mens:tam ferreũ pectus:q̃ canitiẽ patris patiemini abijceretet matri iã decrepite nouos partus auferre. Inꝯparabilis doloꝛ:vita cõtẽnitur:gl̃ia respuit:⁊ contemptis oĩbus pietatis affectibus / mortis atrocitas appetit. Jis talia dicẽtib⁹ / mater miserã se clamitãs aduenit:et soluto crine canos sue senectutis ostendens/ coram eis vestem qua tegebaꝫ scidit:cesticisq̃ flentibus laxisq̃ pellibus mamillas quas suxerãt ostendebat:blandimenta eorũ infantie exibita memorabat. Heu me miseram (inquiebat) luctus vndiq̃ circumualat:amitto filios ad mortẽ vltro ꝓperãtes:q̃s si mihi hostes auferrẽt/p medias sequerer acies bellatorũ/si iudicia violenta cõcluderent/carcerẽ irrumperem moritura. Nouum hoc pereundi genus:in quo carnifex rogatur vt perimat:vita operatur vt pereat:mors optatur vt veniat. Talia matre prosequente pater infirmus ⁊ se nec manibus seruorum adducit:⁊ cygneo capiti/puluerez aspergens hmõi voces dabat ad celum. O filij baculus senectutis mee ⁊ geminum lumen vicerũ meorum:que ista repente insania mortis vos amatores facit? Nũq̃ ista iuuenibus placuit. Uenite huc iuuenes:et flete super iuuenes sponte pereuntes. Accedite patres:⁊ prohibite talia fieri ne ⁊ vos talia patiamini. Dum hec ⁊ alia senior ageret:ecce amborũ coniuges cũ natis proprijs quos eorũ aspectib⁹ offerebant dicentes. Quibus nos seruituras relinquitis? quib⁹ coniugij vestri charitatẽ traditis? Heu q̃ ferreũ pect⁹? q̃ impio crudelitatis genere parẽtes abijcitis? Amicos respuitis vxores et filios abdicatis:et vosipsos carnifici vltroneos exhibetis. Tunc inter vxorũ lachrymas et filiorũ suspiria ceperũt milites christi mollescere:⁊ aios flectere ad dolorem. Huic spetaculo sanctus Sebastianus aderat:quem christianissimus occultabat militaris habitus:qui vidit athletas dei immẽso põderis certamine fatigarum mediũ eorũ se objciẽs ait. O fortissimi milites christi/p nimiã virtutẽ pueniſtis fortiter ad palmã:⁊ p misera blandimenta coronã deponitis sempiternã? Discat nunc p vos christi militũ fortitudo fide potius armari q̃ verbo. Erigite a terrinis affectibus trophẽũ vr̃i certaminis. Jsti soe Nic̃s plorãtes attẽditis:⁊ gauderent vtiq̃ si possent scire qõ costrati nostis. Naz si scirẽt alterã esse vitã ꝑpetuã ignarã tristitie vxor. p fecto vobiscũ ad illã festinarẽt ptingere:istã fugitiuã pro nihilo cõputantes:q̃ oẽs in se credẽtes semp̃ fefellit:de se presumẽtes irrisit:atq̃ vtinam solius mẽdatij culpa esset obnoxia:⁊ non p oĩa crimina sua cogeret currere amatores. Ipsa dat edacitatẽ glutonibus ⁊ naufragium pudoris adulteris:execrabilẽ puerũ sitatẽ incestis. Ipsa admonet furem vt rapiat:tiracidũ vt seuiat:mendacem vt fallat. Ipsa tollit iudicibus iustitiã:castis puditiciã:moribus disciplinã. Et (vt maiora q̃ suis amatoribus ingerit crimina memoremus) si frater aliquando fratrẽ/filius patrẽ/amicus amicum necauerit:nunquid non ista vite presentis amore ducti committunt? Post q̃ vero de spurcitia fuerit fagitatꝫ seruientes sibi tradit filie sue. ł. morti eterne. Hec est vita q̃ vos fallit o amici:vt amico vestros ad vitã eũtes perpetuã iniusto pfilio renoceris. Hec vos instigat o cõiuges vt btõr etiã martyrũ mentib⁹ ꝓpietatis colorẽ impietatẽ suggeratis. et si vobis cõsentirẽt vlteri⁹ pauco quidẽ vobiscuz tpe esse possent:⁊ postea separati ⁊ ita separati vt nũq̃ vos inuicem nisi in perpetuis tormẽtis videretis:vbi edax flamma incredulorum alas deuorat:⁊ vbi dracones labia blasphemãtiũ comedũt:vbi serpẽtes morsibus suis/incredulorũ pectora depascũt:vbi vlulatus et gemit⁹ sonat:vbi clamor cõfusus ⁊ incẽdij ardor extorquet. Hec aũt tribulatio nullo fine cõcludit:sed ad recidiua supplicia q̃ fuerit itadustus reparaꝫ. Hãc igit̃ ⁊ istos euadere ꝓmittit:⁊ vosipsos

ipsos eripere cogitate. Nolite igit timere nō ēsi separāt
a vobis: is vadit celū vobis pparare fidereas māsiones
in quib cū eis i pperuū gaudeatis: vbi nō impediunt occu
patione delicie: vbi nulla sollicitudine securitas pturbat
luctus gemitus nunch audit fedū vel deforme nunch vide
ri oi formositate elegantia sine intermissiōe patētes
oculi perfruūtur: hymnoz organa iugiter sonant, ad lau
dē dei ab angelis decātant. Ibi odor p delectationē per
cuncta membra diffundit refectio melliflua gustu susci
pitur. Statimch qō cupierit aīa famulantur vniuersa para
tissimo affectu. Uū si in hac mortali vita quis contra con
cupiscentias suas pugnauerit quasi qui hic eas expende
rit illic eas integras a creatore suo cōsequet. Nolite ergo
o amici/o parentes/o coniuges/avita ad mortez quos dili
gitis reuocare. Presens dolor leuis est tolerabiliter
sustineri potest aut grauis cito finē affert. Dolor vero fu
turus nunch finiendus aggredit acrius pinuatur. Hec
alia beato Sebastiano perorante: subito pnā fere horā
splendore nimio de celo veniente illuminati sunt: sub ipso
q3 spendore iuuenis apparuit pallio cādidissimo indutus
iuxta eum. Gerebant aūt hec in domo cuiusdā Nicostrati
cuius vxor noīe zoe ex nimietate infirmitatis ante sex an
nos loquelā amiserat: muta erat. Hec quū tanti miracu
li stupore tenerēt tannuebat manu oībus qui aderant qō
lingua non poterat: cp exprobrādi essent qui tante assertio
ni viri sancti nō crederēt. Sctūs aūt Sebastianus vidēs
illā explicare nō posse qō sentiebat: ait. Si vere christi ser
uus sum: si vera sunt oīa que ex ore meo hec mulier audi
uit credidit: iubeat dns meus Jesus ad ea redire officiū
labioz. Tunc exclamans mulier ait. Beatus es tu benē
dictus sermo oris tui. Et beati qui credunt per te. Ego ēsi
vidi oculis meis angelum de celo venientē libros ātē te
tenentē: ex quoz lectione vniuersa sermonis tui ratio de
currebat. Hec vidēs Nicostratus pcidens ad genua eius
venā precabat: eo cp iussu imperatoris sanctos Marcū et
Marcellianū teneret in vinculis. Et solutis eis genua eox
amplexans rogabat eos habere liberos: dicens. O ch felix
essem si pro salute vestra possem mereri cōstringi. Quib
illi. Si tu fidei gloriā quam nunch habueras accepisti: quō
nos qui ab infantia hanc suscepimus: relinquentes passio
nis nostre tibi calicē damus. Quū aūt hec audientes oēs
pariter fletibus penitentiā ostenderēt: Marcus ait. Disci
te parentes sancti qz hec tota belli diaboli calliditas est a
supplicijs corpus eripere anīmam vitijs subiugare. Sed
qua ratione mori timeant: qui sciunt hanc hominis esse na
turā non penā. Quantos huius falsē vite amatores ruina
grauis oppressit: fulmen incendit: naufragiū perdidit: gla
dius peremit istā miseri cū doloribus emittentes, veram
illam penitus inuenire non possunt: Tunc Nicostratus cū
vxore sua petijt mysteriū christiane religionis. Congrega
tis aūt oībus vicinis in domo ipsius Nicostrati: beatus
Sebastianus hortatus est eos ad fidē suscipiendā. Quos
quersos Polycarpus presbyter vocatus baptizauit. Clau
dius q3 cōmētariēsis duos filios suos adduci faciens: quo
rum vnus hydropicus/alter vlcerosus: baptizari fecit/qui
mox sanati sunt/s3 alij numero. lxviij. baptizati sunt. Tar
quilinus q3 pater Marci Marcelliani baptizatus a po
dagra manuū pedum liberatus est. Chromati aūt vbis
prefectus quum audisset Tarquilinū perfecte sanatū qz
ipse grauissimo morbo laborabat: rogauit eū vt ad se duce
et qui eū sanauerat. Accedētes ergo ad eū Sebastianus
et Polycarpus ei dixerunt cp si sanitatē recipere cupiebat
oportebat eū prius idola abnegare/et cōfringēdi idola ipsis
potestatē tradere: Cui quum Chromatius diceret cp serui
sui hoc facerāt/dixit Sebastianus. Timidi serui tui hoc fa
cere formidarent/et diabolus hac occasione si eos lederet/
dicerent infideles ideo pcussos qz deos suos cōfringere vo
luissent. Accincti ergo Polycarpus et Sebastianus de licē
tia plus ch ducenta idola cōfregerunt. Et quū Chromati
sanitatē nō recepisset/dixit ei Sebastianus. Quū sanitatē
nō receperis: certū est qz aut infidelitatē nō ex toto abdica
sti/aut idola aliqua reseruasti. Qui indicauit se habere
thalamū in quo erat disciplina stellarū pro qua pater su
plus ch ducenta pondera auri expēdisset/per quā oīa futu
ra preuidebat. Cui Sebastianus. Quādiu hoc integrū ha
bebis/teipsum integrū nō habebis. Quōch huic rei assenti
ret: dixit Tyburtius fili eius iuuenis egregius. Nō pmit
tam destrui tā preclarū opus: s3 ne paterne sanitati videar
contrarius/ecce accēdātur duo clibani/vt si destructo ope
re sanitatē nō fuerit cōsecutus pater meus/incēdant viui.
Cui Sebastianus. Ira fiat sicut locut es. Quum ergo de
strueret opus illud. Chromatius apparente sibi angelo sa
natus est. Quo facto ipse et fili eius Tyburti et mille qua
dringēti viri de domo eius baptizati sunt. Absoluit autem
Chromati seruos baptizatos a iugo seruitutis: dicēs. Qui
deū patrē habent: seruos hoīm esse non decet.

Zoe Nicostrati vxor.

Tarquilinus. Chromatius

Tyburtius.

§. V. Quum autē christianoz

esset persecutio: cōsilio Caij pape habito Chromatius oēs
christianos in domo sua latenter recipiebat et fouebat. Ve
nit ergo Caius papa in domū illā: et ait oībus. Dns Jesus
christus presciis fragilitatis humane: duos in se credēn
tium constituit gradus: scz cōfessionis et martyrij. Si qui
ergo se pondus martyrij posse ferre desperant: cōfessionis
gloriam teneant: et cum filijs vestris ac Chromatio et Ty
burtio pergant: mecum autem qui volunt in hac vrbe re
maneant. Non ēsi terrarum spatia diuidunt quos christi
charitas nectit. Tunc exclamat Tyburtius. Obsecro te
pater ne permittas me terga persequentibus dare. Mihi
enim valde iucundum est mortem pro vita eterna subire.
Sanctus vero Caius cōgaudens fidei eius fleuit. Reman
serunt ergo cum eo in vrbe Marcellianus et Marcus et
horum pater Tarquilinus: et Sebastian et Tyburtius.
Nicostratus quoch cum coniuge sua zoe: et cum fratre suo
Castorio: et Claudius cum fratre suo Victorino. Mortuo cō
stituit Caius papa Marcum et Marcellianum diaconos
Tarquilinum presbyterum: Sebastianum vero ecclesie defē
sorem: ceteros autem subdiaconos. Morabātur autē oēs
apud Castalum quendā christianū zecharium palatij laten
ter: die noctuch fletib et ieiunijs orātes deū: vt digni habe
rentur confessionis sue tolerantia sanctorum martyrum
numero sociari: Et multi infirmi precibus eorum sanabā
tur ceci illuminabātur: demones effugabant. Trāsiēs aūt
Tyburtius occurrit homini qui de alto lapsus totus con
fractus erat: et quasi mortuū oratione dnica super eū fusa
sanitati restituit: et parentes eius edocens ad christum cō
uertit. Zoe autem quum ad cōfessionez beati Petri oraret
et a paganis crebra cōpellebatur a iudice thus statue Mar
tis incendere: et illa respōdit. Mulierem Marti compel
lis sacrificare: vt ostendas Martem vestrum mulieribus de
lectari. Sed ille impudicissime Veneri potuit pudorez eri
pere: mihi vero tropheum fidei in fronte portanti non po
terit preualere. Missa autem in carcerē ex diebus ibi mā
sit sine cibo et potu. Et quum perseuerent in confessione fi
dei iussa est a collo et capilis in arborem altam suspendi et
subter eam fumum ex sterquilinio exhiberi: que emisit spi
ritum. Corpus autem eius ne veneraret a christianis: sa
xo alligatum in Tyberim proiecerūt. Apparuit autez som
nis beato Sebastiano: indicans ei suū martyriū. Qō quum
narrasset Tarquilino: ait ipse. Femine nos precedūt ad co
ronā: vt qd viuimus? Octaua aūt die quū oraret ad cōuer
sionē beati Pulii: lapidatus est a gentilibus: et corpus eius
in Tyberim iactatus. Nicostratus vero et Claudius cū Ca
storio et Victorino et Sempronio/quū corpora sanctorū
predictorū requirerēt per ora Tyberina: rēti sunt: et ad Fa
bianū iudicē adducti: Qui quū p viginti dies minis et blādi
tijs in nullo posset eos flectere a proposito fidei: nuntiauit
imperatori: et quū tormentis nō acquiescerēt idolis imola
re: iussit eos i mediū mare precipites dari. ¶ Interea Cor
quat quidā apostata sctō Caio epo vbis callide se simu
lata fide sociauit. Qui quū a beato Tyburtio viro schola
stico nobili et sctō frequēter argueret cp capillos arte con
poneret: cp assidue ludēdo prāderet: cp feminarū aspectib
libenter se donaret: et cp a ieiunijs et orationibus et vigilijs
fratrū abstineret: simulauit se monita equanimiter accipe
re. Et arte egit quatenus orantē sanctum Tyburtiū infide
les cōprehenderent: in qua conprehensione et se tenere fe
cit: et simul ad secretarium iudicis perduci. Fabianus aūt
iudex ad Corquatum ait. Ignoras quod iusserunt inuictis
simi principes: vt qui nō sacrificarent idolis: diuersis sup
plicijs macerentur? Qui respondit. Hec magister meus sc
Tyburtius semper me docuit: quod hunc video facere ne
cesse est vt faciam. Tunc Fabian ad Tyburtium conuers
ait. Quid ad ista respondes? Cui ait Tyburtius. Corquat
diu est quod christianum se esse mentitus est. Credis enim
christianum esse/qui lenocinio se molliendo capitis fimbri
as dilatat: qui cōsorem diligit: qui sic molliter gestit q fluc
xum gressuum improbo visu distendit: qui viros negligen
ter: libenter feminas intuetur? Nunquid tales seruos chri
stus habere dignatur? At hic qualis semper fuerit: nūc eui
denter ostendit. Reprehēdebam in eo edacitatem et vini po
tationem: ac sepultā diuini nominis sanctitatē et māduca
batur bibebat et euomebat et nūc christianos accusat: iner
mē iudicē icitat: nolēti gladiū porrigit et vt demonijs cerui
ces nostras inclinemus hortatur. Accingere nunc o crude
lissime: vtere carnificis officio: vēdica tibi et ipsius iudicis

Zoe martyrium.

Tarquilinus claudi castorii Victorinus et sempronianus.

voces applica eculeos: suspende christianos: toã nat percute incende. Omnis nobis vilis est penavbi pura est cõscientia. Ad quẽ Fabian⁹. Restitue te generi tuo: r hoc esto qõ natura dictauit. Nobilis essi natus ad tantã devolutus es fecem: vt possis supplicius simul r in famiã subire / ac mortem. Cui Tyburius. O imprudentissimum virorum: quia meeretricem Venerem / r incestissimum Jouem / r Marcurium fallacem / r Saturnus filiorũ occisorẽ colere nolo: in famiam generositatis incurro: r qz vnum et verum deum qui i celis regnat / adoro r veneror mihi supplicia minatur Tunc Fabianus iussit afferri prunas ardẽtes ante pedes eius dicẽs ei. Elige. tibi vnum e duobus: aut thura in hos carbones ejce: scilicet in veneratiõnẽ deorũ: aut nudis plãtis super hos carbones viuos incede. Qui facto signo crucis statim super prunas ardentes ingressas est letẽter. Dixitq; Fabiano. Disce quẽ cõfitemur christũ deũ esse: r ipm creaturis dñari. Videtur mihi q; sup roseos flores incedã in noie dñi nostri Jesu christi. Cui Fabianus. Quis ignorat vos artẽ magicã xpm docuisse: At Tyburtius. Obmutesce: r noli auribꝰ meis hanc iniuriã facere vt audiã mellifluũ nomẽ r sanctũ lacerari. Irat⁹ aũt Fabian⁹ iussit eum via latina duci: ubi ductus vno gladij ictu absciss̃it: vbi xps multa beneficia plurimis prestitit. Post hec egit Torquatus vt Lastuius sctõrũ hospes teneret. Qui in cõfessione dñi pseverãs: iussus est mitti in foueã pfundã: r massas arene sup eũ iactari. Sicq; cũ palma martyrij migrauit ad xpm. Post hec Marcus r Marcelian⁹ tẽti sunt: et ambo ligati ad stipitem subulos acutissimos in pedibus accepe-
runt. Quib⁹ Fabianus ait. Tãdiu firis plãtis stabitis: donec officiũ debitũ dijs reddatis. Qui in ligno cõfixi psallebãt inuicẽ dicẽtes. Ecce q; bonũ: r q; iocundũ habitare fratres in vnũ. Nunq; sic bene epulati sum⁹: r vtinã sic manere nos permittas q; die tegemur corporis indumẽto. Quũq; vna die r nocte pmãsissent in laudib⁹ r hymnis: iudex mãdauit latera eorũ lãceis pforari: ex q; ad regna syderea migrauerũt. His expletis prefectus suggessit Diocletiano de sctõ Sebastiano: quẽ imperator ad se vocãs ait. Ego inter primos palatij mei semp re habuit: r tra salutẽ meã hactenus i deorũ iniuriã latuisti. Qui dixit. Pro salute tua semp deũ colui r p statu vrbis Romane deũ q; in celis est adora
ui: pfideras a lapidibus auxiliũ querere insani capitis esse et vani. Irat⁹ Diocletian⁹ iussit eũ in mediũ cãpi adductũ ligari: r quasi signũ ad sagittã a militib⁹ sagittis figi. Cũc milites iussa implẽtes ita eũ vndiq; impleuerunt sagittis vt quasi heritius ita esset sagitarũ ictib⁹ hirsut⁹: r existimãtes eũ mortuũ abierũt. Tunc relicta vxor Lastuli secharij noie Hyrene abijt vt nocte corpus eius tolleret r sepeliret. Et inueniens eũ viuentẽ adduxit eũ in domũ suam: r intra paucos dies integras in oibus mẽbris recuperauit sanitatẽ. Quũq; oẽs christiani ad eus cõuenirẽt: r hortabãtur eũ discedere. Ipse aũt o fone facta descẽdit ad palatium r stans sup gradũ Heliogabali veniẽtib⁹ imperatorib⁹ ait. Imquissimis subiectionib⁹ animor imperij vesti tẽplorus põtifices obsidẽt: suggerẽtes de christianis falsa cõmenta dicẽtes eos rei publice aduersarios: quor pcib⁹ ipsa respublica meliorat r crescit. Quũq; talia loquerẽt: ait Diocletian⁹. Nõne iste est Sebastian⁹ quẽ sagit⁊ interfici mãdauimus. At ille. Ad hoc me (inqt) dñs Jesus xps suscitaredignat⁹ est vt cõueniã vos r cõtester coram oi pplo iniusto iudicio vram psecutionẽ i xpi famulos ebullire. Cunc iussit eũ in hippodromũ palatij duci: et tãdiu fustigari quousq; spm exhalaret. Et nocte corpus eius in cloacã piecerũt diceres. Ne forte christiani eũ sibi martyrẽ faciãt. At sctus sebastianus apparuit in somnis btẽ Lucine: r docẽs locũ corporis sui. Et qz i vnco pendebat: mil sordis tetigerat: vt in de leuãs catacumbis sepeliret. Quod r fecit.

Tybur tij sup pliciuꝫ.

Lastul⁹

Sebastiani martyrium.

§. VI. De sctõ Erasmo episcopo Antiocheno

narrat Uincẽ. i specu. histo. li. xiij. ex gestis eius q; quum decretum in Antiochia supra christianos a Diocletiano processisset: vt quicũq; nõ sacrificaret idolis diuersis supplicijs interiret: hec audiens Erasmus episcopus eremũ petijt in qua per septẽ annos habitauit orationit cõtemplationi vacans: signis r virtutibus coruscans: eiq; escam dñs ministrabat p corui. diuerse etiã fere omni ferocitate deposita sese ei mansuetas exhibebãt suo modo venerãtes eum. Angelico quoq; sepe consolabat alloquio Quadã aũt die vox de celo facta est ad eum dicẽs vt ad ciuitatẽ descẽderet. Qõ quũ fecisset multos a demonibus veratos liberauit: r cõplures docendo ad christum cõuertit. Hec audiẽs Diocletian⁹ tũc in illis partib⁹ degẽs / iussit eũ sibi presentari: r ab eo interrogatur de pfessione sua quus se christianũ assereret: nec idolis sacrificare iussus acquiesceret: fecit plumbo latera eius sedi: deinde fustibus graui ter verberari: sed nihil ei nocuit. Postea resina pice sulphure simul cum cera perfusus illesus apparuit. Tunc vniuersa plebs Antiochenorũ exclamauit. Dimitte nobis iustũ hominem ciuitatis episcopũ: qr deus christianorũ operat in illo. Quum autem hec fierent ecce terremotus factus est magnus: tonitrua quoq; et coruscationes fere per tres horas: ita vt ciuitas tota perire putaretur. Imperator autem tanto fragore perculsus abscessit. Tandem reuocans populum dixit. Seductor iste deos nostros blasphemauit r ideo talis conturbatio accidit. Precepit itaq; eũ in carcerem trudi: r ceruicẽ magnus r pedes catenis alligari: r magna custodia seruari phibens sub maxima pena ne quid cibi vel potus ei a quocunq; ministraretur: propter annulo carcerem signãs. Et circa mediam noctem sctõ ad dñm in oratione clamante: lux immensa emicuit: r odore eximi⁹ fragrauit oiaq; vincula dissoluta sunt. Quũq; dñm in carcere colaudaret: angelus dñi ei apparens ait. Surge Erasme sequere me: r veni mecũ in Italiã: magnũq; pplm ibi dño acquires. Sicq; de carcere clauso eductus ad Lucrinas ciuitatẽ peruenit. Quũ aũt imperator eũ inuberet sibi presentari: nõ inuento eo cõfusus remãsit. Populus autẽ q; expectabat eũ ad cruciat⁹ vocatũ: quã nõ videret eũ clamabat vt redderet eis patrẽ suũ: q; eis dici fecit ab angelis raptũ in celis fuisse. Quũ aũt sctus Erasm⁹ ductu angeli ad vrbem Lucrinam applicuisset: tã doctrina q; signis r virtut⁹ pfirmabat pplm: r ad fidẽ xpi cõuertit. Quadãvo die obuium habens filiũ cuiusdã nobilis primarij ciuitatis noie Anastasium q; portabat ad sepulturã: oratione fusa eum a mortuis suscitauit. Qui iuuenis suscitatus clamare cepit. Vere magnus est deus christianorũ: q; p famulũ suũ me suscitauit. Uersusq; ad patrẽ ait. Pater nunc vsq; erratuimus: nã duos quos colebamus vidi in inferno torqueri incẽdijs gehennalibus. His auditis credidit Anastasi⁹ ac domus eius tota ac ppls: baptizatiq; sunt. xl. milia hoim statuis r idolis diruptis. Maximianus in illis partib⁹ existens quũ hec audisset: eũ sibi presentari mandauit: interrogansq; eũ cuius religionis esset: illum tacentem r oculos ad celũ eleuatos habentẽ iussit tyrannus exalapari dicens. Consule saluti tue: r dijs nostris sacrifica. Ipse autem ait. Quibus dijs? Qui. respondit. Joui inuictissimo. Et induxit eum in templũ vbi erat statua eius signo autem crucis facto contra statuã redacta est in puluerem. Exiuitq; draco exinde r flatu inficiens plures occidit. Sed iussu sancti statim discessit. Quod videns populus clamabat. Magnus est deus christianorũ: r multi crediderũt in eum. Indignabatur sathanas cuius fuit: fremitusq; r collisiones perualide quasi pugnantiũ cõtra se castrorũ audiebanꝰ in aere. Ecõtrario sanctis angelis gaudium erat: ita vt audirentur voces iubilantium r dicentium. Gloria in altissimis deo. Maximianus aũt ad christũ per eus cõuersos occidi fecit: r quandã tunicã ferreã ignitã ad staturã corporis ei⁹ Erasmo circundari fecit. Qui letus r alacer induẽs eã ait. Trãsiuimus p ignẽ r aquã: nũc educes me deus in refrigeriũ. Et frigida facta est tunica illa vt nullam maculã cõbustionis illi inferret. Qui mox imperatori gratulabunda voce insultãs ait. Ecce cõprobasti stultissime hoim qr virtus christi imperauit flãmis r ignibus: r deos tuos lapideos inualidos reddidit. Tũc imperator iubet sartagine ignirit plumbũq; picẽ resinã certã oleũq; in eã pariter liquarit: r christi athletã in eam mergi. In eã ergo immissus ait / Hec olla mihi refrigeriũ pstat in noie dñi Jesu xpi. Illesusq; in ea diu perstitit sed exiliens quedã ex vndosa sartagine scintillatio Maximianũ cominus stantẽ petijt: r ita aflixit vt vociferaret dicens. Ardeo ardeo viro optime Erasme ora pro me. Cui Erasmus. Quid est imperator? Ecce dñs me⁹ Jesus xps cui oĩs creatura deseruit: machinamẽta tua dissoluit: r dolor quẽ mihi parauerat in caput tuum recidit. Animaduerte quõ cũ ardoribus sempiternis habitare poteris: si tẽporaneũ igniculũ sufferre nõ voluisti. Patientiã tñ dñi nostri Jesu christi q; malũ p malo reddere phibet nos imitãtes iubem⁹ vt a dolore liber existas. Et subito cessauit afflictio illa. Sed miser ille Maximianus existimãs sibi artib⁹ magicis factã lesionẽ illã: mãdauit eũ ad cercerẽ reduci: intendens die sequẽti nouis supplicijs eũ disserpere. Nocte aũt illa apparuit ei angelus dñi / r dissoluto oĩncluo excitatũ eduxit eũ de carcere: r duxit eũ ad tit⁹ maris / vbi reperta nauicula delatus est prouisione diuina in Cãpanie ciuitatem Formianã. Quũ aũt Maximianus educi de carcere sctũ ad tormenta iuberet: r inuen⁹ nõ fuisset: rideus ait. Magnos cruciatus pertulit Erasmus: sed dum fuge cõsuluit / maiores euasit. Sancto igitur quomodo applicuerat residẽte, quadam die quũ oraret: vox de celo ad eũ facta est

Erasme

Erasme serue bone ⁊ fidelis qui bonū certamē certasti ⁊ mihi fructum maximum acquisisti intra in gaudiū dñi tui. Et videns Erasmus coronā rutilantē sibi desup illabi: inclinauit capite ait. Dñe suscipe in pace spīm meum. Sicq; animam suam que niue candidior visa est celorū alta penetrare angelico ductu creatori reddidit suo. Dicitur corpus eius Laiete quiescere ⁊ corpus eius ostenditur.

§. VII. Tēporib⁹ illis vt refert

Vincen. in specu. hist. lib. xiij. ex gestis eius: Rome erat quedam mulier nobilis nomine Aglae filia Achatij quondam p
Aglae ⁊ Bonifa. cius. consulis. Hec habebat sub se multos procuratores: q; dives valde: sed vnum super omnes Bonifacium noie adulterum: qui etiā cū ea commiscebatur carnaliter viro destituta. Tandem post aliquod tempus hec cōpuncta per dei gratiā vocato Bonifacio ait. Frater scis in quanta pctā obuoluti sum⁹ ⁊ nō existimantes q; deo adsistere debemus de malis que gessimus rationem reddituri? Audiui aūt a christianis q; si q; s ministrauerit sanctis qui agonizātur pro xpo: consors eorum fiet in die iudicij: Perge igitur ad partes orientis vbi agonizantur pro xpo ⁊ affer nobis reliquias martyrū: siquo modo administrantes ⁊ oratorias domos eis facientes: per sanctas eorum passiones saluemur tā nos q; multi alij. Cui Bonifacius acquiescens accepit ad cōparandū corpora sanctor⁹ ⁊ administrationem egenor⁹. xij. equites. Et egrediens dixit dñe sue Aglae. Si inuenero ad comparandum corpora martyrum afferā mecū. Si vero corpus meū venerit in noie martyris suscipies illud. At illa existimans solatiose illum loqui ait. Absce abs te ebrietatem ⁊ stultiloquiū: ⁊ perge vt deuot⁹. Quare sic loqueris qui sc̄ōrum corpora portare habebis? Pergēs ergo Bonifacius cogitauit vt q; corpora sanctorum inde portare haberet: a carnibus ⁊ vino abstinere deberet. Peruenit ergo ad ciuitatem Tarsum: ⁊ percipiens q; athlete christi agonizabantur / dixit ad eos quos secum adduxerat. Euntes requirit nobis hospitium: ⁊ ego vado videre eos quos valde desidero. Pergens ergo ad stadium / vidit martyres in tormentis positos: vnum suspensum a capite deorsum ⁊ diutissime maceratū. ⁊ ignē subtus eū stratū. Alium inter ligna quatuor extentū ⁊ grauissime tortū. Aliū vngulis laceratū: alium stipitē in collo eius infixum ⁊ terra exaltatū: aliū retro manus ⁊ pedes habentē fustibus a ministris cesum. Accedēsq; cepit osculari eos: et voce magna clamare. Magnus deus christianor⁹: magnus deus sanctorum martyrū. Obsecro vos famuli christi orate pro me: vt et ego merear consors vestri inueniri: sedensq; ad pedes martyrum Amplexabaṫ vincula eor⁹ ⁊ osculabaṫ ad patientiam exhortans. Quem intuens Simplicius iudex ait. Quis est iste qui in contemptum deorum ⁊ mei hec egerit? Adducq; iussus ante tribunal eius: quum interrogatus p̄ditionem christianum libere se esse fateretur: ⁊ idolis immolare recusaret: tyrānus fecit eum suspēdi ⁊ vngulis ferreis vsq; ad ossa diuti⁹ radi: qui tacens oculos ad martyres habebat. Exinde iussit calamos acui ⁊ sub vngulis manuū infigi. Postea precepit plumbum liquefactum in os eius immitti: Qui letāter oia ferens: oculos ad celum leuans clamauit ad martyres vt p se orarent. Nihilq; inde lesionis recepit. Quod turba respiciens cum lachrymis clamabat. Magnus de⁹ christianor⁹. Christe fili dei salua nos. Timensq; iudex tumultum abscessit. Sequenti die diluculo in ollā feruentem pice plenam caput eius immergi imperauit. Angelus autem domini descēdens ollā tetigit: cuius materia sparsa multos occidit: sanctum autem in nullo contristauit vl⁹ molestiā intulit. Demū eum decapitari mandauit. Quod quū fieret terremotus factus est magnus: vnde oēs clamauerunt. Magnus est deus christianor⁹. Conserui autem Bonifacij requirebant eum: ⁊ non inuenientes dicebant inter se. Modo in adulterio est / vel in taberna epulatur. Quumq; querendo obuiassent vni ex officialibus interrogabant eum an vidisset quendā peregrinum Romanum. Qui respondit. Heri peregrinus quidam pro christo capite plexus est / ⁊ adhuc ibi iacet corpus eius. At illi. Quem requirimus non martyr: ⁊ vir ebriosus ⁊ adulter est. Secuti sunt tū officialem ad locū / ⁊ recognoscentes Bonifacij caput ⁊ corpus / lachrymati sunt dicentes. Ne memineris peccati nostri famule dei: quia tanta locuti sumus contra te. Emeruntq; corpus illud ab officialibus quingentis solidis / ⁊ condientes aromatibus ac linteaminibus inuoluentes reuertebantur ad vrbem portantes illud. Angelus autem domini apparuit Aglae dicens. Quem habuisti seruum: nunc recipe vt dominum per eius enim interuentionem relaxabuntur tibi peccata omnia. Eiq; declarauit totum. Que surgens collectis clericis et religiosis honorifice suscepit sanctum corpus prope vrbem via latina edificans ei dignam ecclesiam. Ipsa autem Aglae abrenuntians mundo: ⁊ bona sua distribuens egenis: familiam suam a seruitute liberans: cum paucis puellis domino famulans tantam gratiam a deo promeruit: vt demones expelleret: ⁊ varias infirmitates curaret. Superuixitq; in habitu annis. xiij. ⁊ sic in domino obdormit.

§. VIII. Tempore quoq; Dioclitiani erat senator quidam Eleusius ipsius imperatoris amicus vt refert Vincen. in specu. histo. lib. xiij. Ex gestis sancte Juliane. Hic desponsare sibi volebat puellam nobilem Iuliana nomine filiam Aphricani: qui et ipse christianorum persequutor erat. Juliana vero virtute plenissima: ratione abili consilio creatoris deum colebat verum: et quotidie per gens ad ecclesias orationibus insistebat. Quumq; Eleusius nuptiarum solennitatem impleri optaret: dixit illa nuntijs. Euntes dicite illi. Si crediderit in deum meum ⁊ accipiam te maritum: quod si noluerit: nunquam mihi dominaberis. Quod audiens Eleusius patri puelle nuntiauit. Qui blandi tijs ⁊ minis quesiuit illam ad consensum huius inducere. Sed quum illa recusasset: asserens se paratam ad oia supplicia pro nomine christi demum pater ipsam cesam et cruciatam tradidit sponso suo Eleusio prefecto vrbis. Qui quum non posset sermonibus molliorib⁹ ⁊ promissis eam ad sui consensum trahere: nisi confiteretur patrem ⁊ filiū ⁊ spiritū sanctum credendo in deum: fecit eam cedi a septem militib⁹ vicissim succedentibus: quib⁹ essent fessi virgis. Deinde nolentem Diane sacrificare per capillos septem horis manere suspensam. Postea ere liquato totam perfundi: ficq; incēdi. Et quum nullam ex hoc lesionem recepisset: in carcerem trusa est. Ibi autem posita orauit ad dominum pro auxilio sibi impendendo. Finita autem oratione apparuit ei diabolus in forma angeli lucis: dixitq; ei. Juliana dilecta mea: prefectus tibi parat tormēta alia pessima: ⁊ ideo quum de carcere educta fueris: accede ⁊ sacrifica vt saluer̄is. Ad hoc essi tibi missus sum. Ego enim sum angelus dei. Juliana autem cum lachrymis orans ait. Dñe ne permittas me perire: ⁊ significa mihi quis est qui hec persuadet mihi. Que sana facta a doloribus tormentorum / perceptorem tenuit diabolum qui sibi apparuerat dicens. Quis est tu: ⁊ q; te misit? Qui respōdit. Ego sum Jophiz niger mali oblectator: tormenti amator homicidijs gaudēs et luxuriā suadēs: missus a Beelzebub q; totius mali est author. Et iuliana ad eū. Immūde spūs quō presumpsisti te christianis applicare? Cui manib⁹ post tergū ei ligatis cū vno ex ferreis ligamētis q̄b⁹ ligata erat i terra eū prosternēs percutiebat. Quisq; ille fortiter eiularet miseri / cordiā p̄cans: dixit Juliana. Cōfitere mihi cui hōi iniuriā fecisti. Jsq; respōdit. Aliorū hominū oculos euulsi: aliorū pedes cōfregi: alios in ignē misi: ⁊ hmōi: ⁊ oia mala q; sunt i mūdo ego cōfeci. Nemo tū me tāgere ausus est preter te: Cuius virginitas contra seruos armatur. Quum aūt hec eo loquēte prefectus iussisset Julianā de carcere educi et sibi presentari: illa secum trahebat demonē ligatū: ⁊ per forum ducens proiecit eum in stercoris locum. Et qui venisset in pretorium: facies eius gloriā ignis ostendebat. Unde p̄fectus timens dixit ei. Quomodo tanta tormenta per incantationes superasti? Et illa. Dominus meus Jesus christus me cōfortauit: ⁊ te autem erubescere fecit: ⁊ tibi preparauit ignem eternum. Cui iratus prefect⁹ fecit rotā ferreas preparari: ⁊ acutis gladijs in superficie repleri: vt ea superposita aptaretur vt tota minutatim discerperet. Sed angel⁹ dñi dissoluit machinam vt inde salua euaderet. Conuersiq; sunt ad hoc spectaculum quingenti hoies: qui clamantes dicebant. Et nos iuliana eū quem tu colis deum adoramus. Pereat genus paganorum: ⁊ exultet genus christianorum. Fac quod vis prefecte: para supplicia: quia non alium deum q; christianorum credimus. Quod quū nuntiasset prefectus imperatori iussit omnes illos gladio perimi. Precepitq; sanctam in ignem mitti. Sed angelus dñi apparens / ignem extinxit. Deinde in ollā feruentē fecit immergi: que est facta velut balnei tēperamentū. Ex aqua ebulliens et egrediēs de olla. lxxvj. de adstantibus occidit. Propter quod ira insaniens prefect⁹ imperauit eā gladio puniri. Quū aūt ad locū decollationis duceret clamauit demon qui ab ea cruciatus fuerat. Nolite ei parcere ⁊ ex quo digna est ita reddite. Deos essi vituperat: hoibus iniuriaz facit: mihi q; in vna nocte multa mala oñdit. Quumq; illa aspiceret vt cognosceret q̄s hoc loqueretur: clamauit diabolus dicens. Heu me miserum forsitan vult me iterum retinere. Statimq; obmutescens euanuit. Virgo autem facta oratione spiritum deo tradidit incōtaminatum. Ipse vero prefectus nauigans paulo post submersus est cum multis: et ab auibus et feris corpora eorum deuorata.

§. IX. Eodez tempore in ciuita

tate Egea passi sunt Cosma et Damianus: vt refert Vin. in speculo hysto. li. xiij. ex gestis eorum. Hos geminos genuit ma-
cosmas et Damianus
ter eorum Theodora: qui a spiritusancto edocti artem medicine/tam in hominib⁹ q̄ in iumentis omneni infirmitatem curabant: nihil a quocumq; recipiebant: seruantes illud: Gratis accepistis: gratis date. Quedam autem matrona nomine Palladia diuitijs abundans quum in medicis multa consumpsisset vt ab infirmitate sua curaretur: nec liberari valeret: a sanctis curata est: que obtulit quoddam munus sancto Damiano pedibus eius se obuoluens & sacramentis terribilibus adiurans vt reciperet ob deuotionem. Quod et ille suscepit: non cupiditate ductus: ſz ne nomen domini ob q̄ adiuratus fuerat contenere videretur. Hoc percipiens Cosma zelo dei ductus mandauit ne corpus eius cum ipso sepeliretur. Sed nocte sequenti apparuit dominus Cosme fratris factum excusans quia ob dei reuerentiam. Preses autem prouincie illius quum christianos ꝓsequeretur vsq; ad mortem: denuntiati ei fuerunt Cosmas & Damianus: et de mandato eius ante ipsum presentati. Quos quum interrogasset cuius fortune essent: responderunt sancti. Quid si fortuna nescimus: religione christiani sumus: & adhuc tres alios fratres habemus scilicet Leontium Euprepium et antimium. Quos adduci fecit: & in carcerem mitti. Hi ergo scilicet Cosmas & Damianus primo quum sacrificare dijs continerent: cesi sunt. Sed inter ipsa flagella psallebant dicentes. In via martyrij dilectati sumus sicut in omnibus diuitijs. Post hec in mari cum alijs fratribus eorum catenati proiecti sunt: sed mox angelus dñi vincula eorum dissoluit & ad terras incolumes posuit. Quibus ante Lysiam positis inquit tyrannus. In nomine dei Hadriani sequar vos. Quibus dictis subdito accedentes demones eum fortiter percutiebant in faciem: & quum non cessarent: recommendauit se sanctis vt pro eo orarent. Quod quum fecissent & demones euanuissent: obduratus ille ait. Quia disponebam deos meos deserere: ideo irati mihi me percusserunt. Perseuerantes autem in christi confessione & tyrannum de cecitate increpantes missi sunt in ignem: vbi quasi in refrigerio rozis erant: sed excussa flamma ab igne incendit plures de gentilibus abstantibus. Deinde tyrannus iussit eos crucifigi: & in crucibus lapidari. At lapides dei virtute eos qui mittebant reuertentes lapidabant. Post que imperauit eos sagittari sed emisse sagitte ad sagittarios retorquebantur: multos ex illis occidentes: sanctos autem non contingentes. Demū iussit Lysias preses ipsos cum alijs fratribus decollari: qui pariter ad celestia regna peruenerunt. Christiani autem tollentes corpora eorum ad sepeliendum quum hesitarent de sepeliendo simul eos propter illud quod Cosmas mandauerat: subito camelus veloci cursu aduenit: & humana voce allocutus est eos dicens. Homines dei multa signa & beneficia per sanctos dei martyres percepistis: sed non solum vos: sed et nos iumenta que vobis in ministerium sumus deputata. Idcirco cum omnibus et ego gratias agens missus aduenj nuntiare vobis vt sanctorum corpora non separetis: sed simul recondatis in eodem sepulchro quod & factum est. Et plura miracula post mortem per eos facta sunt.

Leontius Euprepius et antimus.

§. X. De sancto Blasio episcopo

& martyre narrat Vincen. specu. hysto. lib. xiij. ex gestis eius q̄ quum in omni mansuetudine & sanctitate polleret: christiani in Sebaste ciuitate Cappadocie episcopum elegerūt. Qui accepto episcopatu / ad vitandum rabiem persecutionis contra fideles exorte / itrauit speluncam cuiusdam montis / ibi eremiticam vitam tenens: quo fere agrestes et ferocissime ad eum conueniebant sane & infirme: nec recedebant donec sanitatem & benedictionem acciperent. Eorum quoq; alimoniam ei deferebant. ¶ Quum autem preses prouincie Agricolos misisset suos ad venationem faciendam in dicto monte: inuenerunt sanctum Blasium orantem et multitudinem bestiarum ante eum. Quod quum presidi nuntiassent & arbitratus ibi esse christianos absconditos / misit illuc milites plures ad capiendum quos inuenirent christicolas. Accedentes ergo milites ad locum dixerunt ei. Egredere vocat te preses. Qui respondit. Bene venistis filij. Nunc video quia dominus non est oblitus mei. Nam et in nocte dixerat ei dominus in visu. Surge: et offer mihi sacrificium: scilicet corporis tui per martyrium. Pergens ergo cum eis predicabat occurrentibus in viam & multa miracula faciebat. Et inter cetera quedam mulier attulit ei filium suum in extremis laborantem propter os piscis transuersum in gutture eius / et quod nec intra nec extra mittiebat. Quo pro eo orante & guttur tangente liberatus est. ¶ Alia mulier vidua quum ante eum deflereti oraret: precans vt restitueretur sibi porcus a lupo captus quum paupercula esset / subridens Blasius ait illi. Noli flere / restituetur tibi porcus tuus. Quod sequutum est. Nam lupus sibi eum reportauit incolumen. Presentatum demum presidi salutauit eum preses dicens. Haude Blasi amice deorum. Qui respondit. Haude et tu preses: sed ne dicas deos sed demones: quia eterno igni deputati sunt cum ijs qui eos venerantur. Tunc iratus preses iussit eum fustibus cedi & in carcerem mitti. Et quum postea eductum de carcere et sibi presentatum non passet ad sacrificia inclinare: imperauit eum in ligno suspendi: et carnes eius ferreis pectinibus laniari. Quumq; hoc fieret: septem mulieres que christiane erant / sanguinē qui exibat a vulneribus excipiebant ex deuotiōe. Que quum accusate de fide christiana adducte fuissent ante presidem & ipse autem quum mandasset eas deos suos adorare dixerunt sancte mulieres. Fac eos adduci ad fluuium: vt loti in eo mundius eos veneremur. Quumque deportate fuissent statuuncule deorum ad fluuium: ille eas acceptas proiecerunt in flumen dicentes. Si dij sunt se adiuuent ne mergantur. Audiens vero preses iratus interrogauit cur hoc fecissent decipiendo eum. Que responderūt. Si veri dij essent: presciuissent que eis facere intendebamus et non permisissent se in aquam mergi. Statuit autem preses vt vj. lozice ignite & pectines ferrei ponerentur ante eas: et septem camisie munde: optione eis ꝓposita: vt aut in veneratione deorum septem camisias illas acciperent quelibet suam: aut lozicis ignitis induerentur. At vna illarum subito camisias illas proiecit in ignem. Tunc preses precepit eas nolentes idolis immolare supendi nudas: et pectinibus ferreis laniari carnes earum. Et quum dolores magnos sustinerent: aduenientes angeli eas confortarunt ad perseuerantiam. Exinde depositas ordinauit eas in ignem emitti: qui statim extinctus est. Demum eas decollari fecit. ¶ Post hec presentatum sibi Blasium quum immobilem in fide cerneret: fecit eum in stagnū mitti. Sed facto signo crucis stabat super aquas sicut supra firmam petram. Dixitq; gentilibus. Si habetis deos ostendite virtutem eorum: et venite huc. At seraginta quinq; viri miserunt se in stagnum nomine deorum suorum: qui statim submersi sunt. Descendens autem angelus domini dixit ad eum. Egredere & suscipe coronam tibi a domino paratam: Egredienti vero stagnum dixit preses. Decreuisti non adorare deos? Cui ille. Non adoro demones. Qui mox sententiam decapitationis in eum protulit: et facta oratione pro ijs qui deuote eius suffragium postularent: vocemq; de celo facta se exaudituꝝ: capite truncatus est cum duobus paruulis filijs vnius illarum septem mulierum que et cum illo decollate sunt. Vise sunt anime earum a corporibus exire vt virgines de thalamo suo monilibus aureis refulgentes: et ad celos ascendentes.

§. XI. Eodem tempore passa est

apud Cesaream Cappadocie sancta Dorothea sub Fabricio presidente vt refert Vincen. vbi supra ex gestis eius. Hec tradita fuit duabus sororibus suis que apostatauerant a fide scilicet christi: et calixtus iterum conuertit eas. Que propter conuersionem earum misse in cuppam in conspectu eius succense sunt. Post passionem autem leuatur ipsa incassata et ait. Nunquam sic letata sum in vita mea sicut hodie. Tandem firma in fide ducta est ad decollandum: cui dixit Theophilus quidam scholasticus irridendo. Eia tu sponsa christi mitte mihi rosas aut mala de paradiso sponsi tui. Cui illa respondit. Plane hoc faciam. Quumque orasset Dorothea ecce puer apparuit ente eam quasi quatuor annorum ferens in sportula tria mala optima et tres rosas. Cui illa. Obsecro te (inquit) vt illa Theophilo scholastico deferas. Quum igitur Theophilus narraret promissionem virginis circunstantibus irridens: ecce puer stetit ante eum: vt ait. Ecce tibi petenti mittit Dorothea virgo sanctissima quod promisit. Qui accipiens statim conuersus est ad fidem christi. Erat autem mensis Februarius quando rose ille misse sunt et totam Cappadociam glaciale frigus tenebat. Mox ergo Theophilus in eculeo suspensus et tortus dicebat. Ecce modo christianus factus sum: quia in cruce suspensus sum. Nam eculei factura similitudinem crucis tenet: et tandem gladio consummatus est.

Dorothea.

Theophilus.

§. XII. In Italia quoq; ciui-

tate Bononiensi passi sunt sancti Vitalis & Agricola. v. kalendō. Decembris sub Diocletiano & Maximino imperatoribus vt refert Vincen. vbi supra ex verbis Ambrosij. Huius sancti Agricole Vitalis seruꝰ priꝰ fuerat: sed postea cōsors & collega

Vitalis & Agricola.

ꝛ collega martyrij. Igitur quum sanctus Vitalis a persecutoribus vt christum negaret vrgeretur: ille amplius christum dominum profiteretur: omnium in eum tormentorum genera exercuerunt: vt non esset in eius corpore locus sine vulnere. Ille autem orabat dicens. Domine Jesu christe iube suscipi spiritum meum: quia iam desidero coronam accipere quam angelus tuus ostendit mihi. Et completa oratione emisit spiritum. Sanctus vero Agricola mitior habetur moribus ita vt ab ipsis inimicis diligeretur. Ideoq; passionem eius differebant. Sed hec eorum honorificẽtia omnis immanitate acerbior erat: atque martyrio inuidebat. Denicq; vbi non acquieuit persecutoribus sanctus Agricola: crucifixus est. Fuerunt autem tunc corpora eorum inter iudeorũ sepulchra posita: sed vt testatur ipse Amb. quum dominus ei reuelasset corpora eorũ: ipse Ambrosius inde leuauit dicta sanctorum corpora: ꝛ in ecclesia collocauit. Et demones egredientes ab obsessis hoc confitebantur. Et multa miracula tunc in presentia populi sunt ostensa: liberatis multis a languoribus varijs. ¶ Passus est apud vrbem Spoletanam illo tempore sanctus Gregorius presbyter: hoc ordine vt refert Vincen. specu. histo. vbi ex gestis eius. Flaccus enim quum directus esset illuc a Maximiano imperatore idololatra vt omnia idola erigeret: ingressus in ciuitatem iussit in medio foro sibi tribunal prepararit: omnes ciues per precones citari. Quibus aduenientibus dixit Trichano. Vi omnes dijs nostris deseruiunt? Qui respondit. Omnes hi Jouem Mineruam Asclepium colunt deos immortales qui toti mundo propitiantur. Quo audito gauisus est: ꝛ dimisit omnes in pace. Erat autem in dicta ciuitate presbyter Gregorius christianissimus: ieiunijs ꝛ orationibus vacans: multa prodigia faciens: et plurimos paganorum ad fidem christi conuertens: ac templa idola ad terram deijciẽs. Hoc quum audisset Flaccus iussit eum ad se vinctum perduci: ꝛ quum sacrificare nollet: fustes nodosos afferri fecit: ꝛ dorsum eius verberibus frangi dicens. Hec patiatur rebellis deorum nostrorum ꝛ contemptor principium. Cui ille respõdit. Quanta mala infers corpori meo tanta duplicia bona mihi prestantur in celo: Flaccus ait. Regyrate illum: ventrẽ eius fustib⁹ dissipate. Perseuerantem illum in fidei confessione legatis manibus ꝛ pedibus mandauit in craticula supposito igni poni. Sed eo orante nil eum ignis lesit: sicut nec tres pueros i camino ignis: motusq; terrefactus est magn⁹ intra ciuitatem: ꝛ cecidit aula regia: atque plusq; .cccc. paganorum idolis immolantium oppressit. Flaccus autem ipsum vinctum reduxit in carcerem: sed angelo apparente dissoluta sunt omnia vincula: et claritas circunfulsit eum. Altera die quum Flacco presentatus nullatenus acquiesceret: precepit eum capite truncari. Eo autem orante tempore passionis audita est vox de celo. Jn requiem benedicte domini: preparata est tibi habitatio tua. Et quum decapitatum feris terribilibus exposuisset deuorandum: corpus sanctum fere flectentes genua adorabant. Quod videntes multi clamauerunt. Magnus est deus christianorum. Eodem die Flaccus percussus ab angelo interiora sua euomens expirauit. Quedam autem mulier deuota emit sanctum corpus. xxx. aureis ꝛ speliuit. ¶ Preterea Maximiano imperante Venustianus augustalis Tuscie quum christianos occultos requirere: diuulgatus est ei sabinus episcopus vir eloquentissimus in ciuitate Asisina. Illuc ergo veniens sedit pro tribunali in medio fori: ꝛ oblatus est ei Sabinus cũ duobus diaconibus Marcello et Exuperantio. Cui dixit. Consule tibi: et pollicere te dijs sacrificaturum ꝛ viue. Cui respondit. Si iustum est vt derelinquam creatorem celi et terre: ꝛ adorem lapides metalla ꝛ ligna: et vt scias quia nihil est colere talia: afferatur huc deus tuus. Qui iussit deum suum quem habebat in cubiculo afferri in medium: q̃ erat mire facture ex lapide corallio Jouis et vestitura ei⁹ deaurata. Quo adducto cum cereis ꝛ magno apparatu. Ecce (ait Venustianus) propitiatores nostri. Et sabinus subridens inquit. O vana stultitia: vt creator omnium relinquatur: et lapis sordidissimus colatur. Ut autem scias eum nõ esse deum: dimitte me facere quod volo de eo. Cui ille. Si p̃sumis fac quod vis. Tunc illic oratione facta elisit in pauimentum ꝛ fregit. Quod illa cernens rotundit frontem suum cum ira dicens. Perimus nos: et res publica nostra obscurata est. Unde in furore suo iussit statim man⁹ precidi. Quo facto diaconi eius ceperunt trepidare. Sed Sabino confortante eos clamauerunt. Pereant dij demoniorum: ꝛ letetur coꝛ querentium dominum. Et propter hoc diaconi ipsi fuerunt in eculeo suspensi ꝛ diu fustibus cesi deinde latera eorum vngulis rasa: ꝛ demum igne assata. Corpora autem martyrio consumpta in fluuium iactata: ꝛ a quibusdam collecta et sepulta sunt. Sabinus autem ad carcerem destinatus, Quedam vidua nomine Serena manus eius precisas acceperat: ꝛ in vasculo vitreo deuotissime conseruabat: in carcere positum sepe visitans ꝛ refocillans. Hec quum neporem suum cecum ad eum adduxisset: ꝛ ipse brachia sua truncata super oculos eius posuisset facta oratione illuminatus est cecus: ex quo miraculo multi conuersi ad christum baptizati sunt. Postea dolor maximus oculorum apprehendit Venustianum: ita vt nec cibus nec somnum capere posset: nec medicorum cura iuuari. Qui audita illuminatione ceci per Sabinum facta: iussit eum ad se educi de carcere. Quumque vrgeretur doloribus: dixit Sabinus adductus. Credis ex toto corde? Et ille Credo: sed peccatum quod in te exercui cruciatum mihi istum fecit. Cui Sabinus. Mea delicta hec mihi fecerunt: tu autem si crediderit et penitueris saluus eris. Credens igitur ꝛ baptizatus sanatus est. Quod audiens Maximianus ipsum cum vxore ꝛ filijs baptizatis capite puniuit: et Sabinum adduci fecit Spoletum: ꝛ plumbatis cesum ad celum migrare fecit. Venustianus

§. XIII. Sed ꝛ sub Diocletiano

passus est sanctus Januarius Beneuentane vrbis episcopus/ referente Vincen. specu. histo. vbi supra. Quum enim preses Timotheus audisset famam doctrine eius et vite: tan te tribunal suum ante ciuitatem Nolanam adduci iussit: dixitq; ei. Accedens sacrifica dijs: quod si nolueris tormentis horrificis laniaberis: que etiam quum viderit deus tuus pertimescet. Cui Januarius. Obmutesce infelix: et noli in auribus meis blasphemiam creatori omnium inferre tantam: ne te interficiat. Tunc iratus in carcerem misit. ꝛ postea in caminum ignis per triduum succensum iactari eum fecit. Qui in medio fornacis oratione facta cum agelis sanctis deambulabat deũ benedicens. Quod milites audiẽtes nuntiauerunt presidi: ꝛ aperto camino seu furno ignito eruauit flamma de fornace: multosq; de infidelibus obussit. Illum autem omnino non tetigit ignis: nec quicq; molestie intulit. Educti vero de camino mandauit de corpore eius neruos euelli. Postmodum ipsum cum Festo diacono suo ꝛ Desiderio lectore vinctos supra currũ suum in ciuitatem duci Puteolanam precepit. Ibiq; spectante populo feras syluestres ad eos deuorandos de caueis emitti imperauit. Que vt oues mitissime ad pedes sanctorum accedentes venerabantur eos. Demum sententiam decapitationis in eum tulit. Quumq; duceretur ad locum: ceciderunt nebule super oculos presidis eum torquentis. Qui clamans pre dolore sanctũ Januarium ad se reuocari fecit. Reductusq; ad eum rogauit vt pro se orando lumen ei restitueretur. Orauit autez sanct⁹ dicens. Domine restitue huic et si indigno lumen oculorum suorum non enim malum pro malo reddimus. Et illuminati sunt oculi eius. Propter quod multi conuersi sunt ad fidez. Timens autem preses Timotheus displicere imperatori ex conuersione tante multitudinis: precepit quaz citissime ipz decollari. Quod quum factum esset: preses clamare cepit se propter Januarium seruum dei ab angelis cruciari ꝛ eiulãdo diu expirauit. Corpus huius sancti Neapoli quiescit. Januarius. Festus ꝛ Desiderius.

§. XIIII. Jn illo tẽpore passa

est etiam sancta Anastasia secundum vincen. vbi. s̃. ex gestis eius. Hec pretextari illustrissimi viri filia in vrbe Romana fuit. Et quũ plurimum posset propter diuitias ꝛ nobilitatem generis: vt parẽ inter matronas habere non valeret: christiana effecta induebat se vilissimo habitu: ꝛ sola vnius puelle consortio carceres circuibat vbi erant milites christi: quos aliter visitare non poterat: nisi plebeio cultu pauperem se fingeret: solicita satis sanctis pro nomine dei vinctis pedes lauare: vngere capita: pectere crines: quos longa carcerum claustra nutrierant. Dumq; assidue hoc ageret: et ad notitiam zelantis viri eius infidelis Publij nomine peruenisset: indignatus est: talesque domui sue custodes instituit. vt eam non permitterent; cuiusquam fenestrelle aditum spectare. Fecit ergo eam arctissime custodiri: et almoniam ei denegari: vt ea deficiente posset in eius lautissimis possessionibus lasciuire. Putans ergo se moriturum breui literas misit sancto Chrysogono qui quum magne dignitatis fuisset in curia imperatoris occulte christianus: illam Anastasiam ad fidem conuerterat. Et propter christianitatis titulum detectus in vinculis prius quam a sponso christiana agnosceretur: ab ipsa Anastasia visitabatur: et necessarijs vite fouebat. Destinauit ergo ipsa lras per quãdã mulierem Chrysogono in hec verba. Sctõ confessori xp̃i Chrysogono Anastasia. Sacrilegi iugum marti suscepi/ cui⁹ deo miserante totũ emẽtita infirmitate declinãs die ac nocte oñi mei iesu xp̃i vestigia amplector. Quũ aũt patrimoniuz meũ ex quo illustraꝝ cũ turpib⁹ idololatris exhauriat/ me vt mq Anastasia,

gā ⁊ sacrilegā custodie grauissime mancipauit: vt me vitam tēporalē breui amissurā suspicer. In qua morte licet glorier mens tū mea cōterit valde: q̄ opes q̄s deo deuouerā/a turpibus cōsumūtur. Uale vir dei: ⁊ memento mei. Cui Chrysogonus respondit. Uide ne turberis q̄ tibi pie viuenti infesogonus respondit. Uide ne turberis q̄ tibi pie viuenti infestent aduersa. Nō essi deceperis sed probaris. Cito nubes ista ad placitum tēpus cōuertetur: ⁊ quasi post noctis tenebras florida dei lumē aspicies: atq̄ post glacieī frigus aurea tibi tēpora ac serena accedēt. Uale in domino ⁊ ora pro me. ¶ Quum autē adhuc magis a viro arctaretur in custodia modico sibi cibo concesso iteruz scripsit Chrysogono in hec verba. Finis venit corporis. Memento mei: vt egredientem animam ipse suscipiat: pro cuius amore ista sustineo que ex ore huius vetule recognoueris. Et ille rescripsit dicens. Sē per essi lumē tenebre antecedūt: sic etiam post infirmitatem salus reuertitur: ⁊ vita post mortez Ade repromittitur. Uno fine excluduntur ⁊ aduersa huius mundi ⁊ prosperatine vel tristibus desperatio: vel leris elatio dominetur. Tu autē o Christi famula/trophеū crucis tota mente cōplectere: et te ipsam prepara ad opus dei. ¶ Interea sponsus Anastasie missus ad loca remota ab imperatore: defunctus est ante reuersionē ⁊ liberata Anastasia a dicta custodia eleemosynis fidelium insistebat. Postea vero Diocletianus in Aquileie partibus cōstitutus christianos plurimos occidi fecit quosdam vero nobiles genere ⁊ prefecture vel consularis dignitatis ab vrbe ad se destinari mandauit: ⁊ precipue sanctum Chrysogonum: quo etiam Anastasia vt seruiret incarceratis pro christo ⁊ subueniret de substantijs: perrexit. Quū autem imperator Chrysogono suaderet vt dijs sacrificaret: et dignitatem prefecture recuperaret: Et ille libere respondisset. Unum deum in celo adoro ⁊ dignitates tuas vt lutum contemno. Data sententia capite plexus est. Quem presbyter zelus sepeliuit. Habebat autem Anastasia tres ancillas sorores que pulcherrime erant. s. Agapen Chinoniam ⁊ Hyrenen nuncupatas: erant aūt christiane. Et quū prefecti monitis nō obedirēt: in cubiculo eas claudi fecit: vbi coquine vtensilia seruabantur. Prefectus igitur ardens in earū amorem ad eas introiuit vt suam libidinē exerceret. Sz versus in amentiā putans se tractare virgines/cacabos patellas caldarias ⁊ similia amplexans deosculabatur. Et quum hs satiatus fuisset: virginibus intactis ⁊ orantibus exijt foras nigerrimus ⁊ deformis. Hunc serui qui expectabāt videtes sic aptatum: cogitātes q̄ in demoniū versus esset: eū verberibus affecerunt: ⁊ fugiētes solū reliquerunt. Quūq̄ imperatorē adiret conquerens q̄ alij virgis percuterēt: alij in faciem eius expuerēt: alij lutū ⁊ puluerē in eū proijcerēt putātes q̄ in furiam versus esset: oculi aūt eius tenebātur ne sic deformē se videret: quapropter mirabatur plurimū cur sic oēs eū deriderent quē in tāto honore prius habebant: videbatur enim sibi q̄ omnes ⁊ ipse albis vestibus essent induti. Quū aūt ab alijs didicisset suam deformitatez: putās q̄ per artē magicā illud sibi fecissent: iussit eas coram se expoliari: vt saltē nudas aspiceret. Sed ita virtute dei vestimēta corporibus eaz adheserūt: vt nullo modo expoliari potuissent. Demū quum nullo modo sacrificare acquiescerēt: martyrio coronate sunt. ¶ Anastasia ad vrbem rediens ab imperatore cuidam pontifici capitolij traditur noie Ulpiano cupienti eam vxorem habere. Qui oblatis ei multis blanditijs: et ornamentis ad inclinandum: ⁊ minis suppliciorū adhibitis ad terrendum: in nullo eam mouere potuit: nec per se nec p mulieres ad eam missas ad suadendū per triduum vt eā sacrificare faceret: ⁊ sic eā in vxorem haberet. Quūq̄ in thalamum ducens eā amplexari vellet: cecus factus est. Et deos adiens querebat si euadere posset. Cui responderunt. Quia Anastasiaz contristastinobis traditus es: ⁊ amodo semper nobiscū in inferno torqueberis. Quumq̄ domum rediret: in manibus puerorum vitam finiuit. Exinde Anastasia alteri prefecto traditur in custodia tenenda. Qui quum audisset infinitas habere eam possessiones ex patrimonio: dixit Anastasie. Si vis esse christiana: fac quod iubet deus tuus. Ille eīm precepit q̄ qui non renuntiauerit omnibus que possidet non potest suus esse discipulus. Omnia igitur que habes mihi da: ⁊ vade quo vis: ⁊ eris perfecta christiana. Cui respōdit Anastasia. Dominus meus admonet omnia vendere: et dari pauperibus: non diuitibus. Tu ergo quum diuersis cōtra dei preceptum facerem si tibi aliquid darem. Tunc sancta Anastasia duro carceri traditur fame cruciāda: sed a sancta Theodora que iam per martyrium coronata fuerat per duos menses esca celesti pascitur. Tandem cum multis alijs qui ad fidem conuersi erant ad insulas palmarias ducta est: quo multi propter nomē christi relegati fuerāt. Post aliquot dies prefectus omnes christianos illos ad se vocarifecit: ⁊ Anastasiam ad palos ligatam ignibus concremauit. Alios diuersis supplicijs interemit: inter quos vn⁹ erat qui pluries multis diuitijs expoliatus/semper dicebat. Christum mihi saltem non auferetis. Passa est aūt Anastasia circa annos domini. cclxxx. ¶ Illa sancta Theodora que Anastasie apparuerat in carcere fuerat nota ⁊ familiaris eique quum fuisset tradita cuidam comiti in vxorem post mortem viri vt possessiones eius ⁊ diuitias acciperet quum sacrificare nollet: ipsam cum tribus filijs eius in incendio deputauit ex quo ad dñm migrauit cum filijs. Theodora.

§. XV. De sancta Barbara refert Uincen. vbi supra ex gestis eius: q̄ Barbara virgo fuit de Nicomedia orta nobili genere quam ob nimiam pulchritudinem pater eius in turri excelsa collocauit: vt de facili nō posset ad illam haberi accessus: timiens ne christiana efficeretur. Ipsa vero adorabat deum celi a spiritu sancto edocta. Quumq̄ ibi esset aqua oratione eius diuinitus procurata seipsam in ea baptizauit. Hoc vtiq̄ factum est supra legem communem ecclesie de speciali priuilegio: qui potentiam suā nō alligauit sacramentis: ita q̄ nō possit quū vult sine sacramentis hominē sctificare. Nam de lege communi certum est q̄ nullus potest seipsum baptizare: nec talis est baptizatus extra de bap. debitis. Quum aūt pater ad suggestionem etiā amicorum vellet eā nuptui tradere: renuit illa dicēs. Absit a me hoc pater: habeo essi in celis sponsum christū qui inuiolabile custodit corp⁹ meū. Intelligens vero pater q̄ christiana esset: gladium arripuit vt eā occideret: sed illa se abscondit. Postea pater eius eam inuentam duxit ad presidē instituans christianam effectam. Quumq̄ preses ad cultus deorum flectere non valeret: denudatam iussit virgis cedi: sed inter verbera ipsa psallebat idola insensibilia ⁊ vana contēnens. Post quod mandauit versis pedibus suspendi: ⁊ caput eius malleis ferreis tundi: vt sanguis de naribus eius copiose stillaret. Exinde in crastino videns preses sanatam. in eculeo fecit suspendi: ⁊ ad eius latera ardentes lāpades applicari: illa aūt cruciata inquit ad tyrānum. Uide miser q̄ ignis iste non dolorem sed refrigerium presta. Tunc preses furore repletus imperauit mamillas eius abscindi: ⁊ per totam patriā nudā circunduci. Sed ipsa orante angelus domini induit eam veste candida: vt nuda non videret: ⁊ sanauit eam. Demum ꝛeside sententiā mortis contra eam ferente pater ipsius Barbare propijs manibus caput eius amputauit. Quo facto descendentem de loco decapitationis ignis de celo descendens consumpsit patrem vsque ad puluerem. ¶ Eadē quoq̄ tempestate tempore scilicet Diocletiani passa est apud Emeritam ciuitatem Hispanie sub Daciano preside Eulalia virgo nobilis genere ⁊ locuples. Hec quum duodecim esset annorum spernens ludos ⁊ oblectamenta seculi mota persequutiones voluit sponte presidem redarguere: sed parentes eius absconderunt eam domi quam habebant in rure procul ab vrbe. At illa nocte foras aperiens clamculo exijt ⁊ per inuia sentibus ac vepribus plena iter carpere cepit/angelico choro comitata: sicq̄ vepribus ⁊ spinis per quas cucurrerat pedes lacerata ad vrbē peruenit. Manēq̄ tribunal adijt iudicis: ⁊ in medio vociferare cepit. Quis furor est rasilibus scopulis corda sternere: ⁊ deum patrem omnipotentem negare? Iste Apollo: Uenus nihil est: Maximianus ⁊ ipse nihil dominus opum ⁊ cliens lapidū pectora cur generosa quatit? Dux bonus ⁊ arbiter egregius/qui sanguine pascitur innocuo. Talibus preto: in furiam exci tatus iussit lictorem precipitem rapere ac supplicijs obruere. Quaz tamē ad deorum cultum reuocare cupiens aiebat. Respice tozua puella/quanta gaudia amittas que tibi fert gemmatis honorque morieris in floze tenero prozima dotibus et thalamo. At hec illa nihil respondens: sed fremēs animo et in oculos tyranni sputa iacens: simulachra dissipauit ⁊ impositāq̄ molam turis pede subegit. Nec moza carnifices virgineum pectus dilacerant: vngule latus vtrunq̄ pulsant ⁊ vsq̄ ad ossa secant. Tunc exclamauit Eulalia. Scribis mihi domine. Ecce quam iuuat hos apices legere qui tua christe trophea vocant. Tunc appositе sunt ad latera eius lampades ardentes. Quumque illa sine fletu ⁊ gemitu caneret leta et intrepida: undiq̄ lampades in stomachum lareraq̄ seuiebant: flammaq̄ volitans pudibunda virginis celabat: ⁊ in faciem virginis volans caput occupans apicem superabat. Virgo autem citum cupiens obitum ore rogum ebibebat. Tūc emicans columba nive candidior ex ore eius visa est exire et celum petere. Sicq̄ abeunte anima rogus emoritur: ⁊ par artubus eranimis datur. Ut dicit vincen. vbi. s. in martyrologio festum eius bis annotatur: nisi forte due fuerūt in eadem prouincia passe et eadem persequutione. Sancti Eulalie

Agape Chinonia ⁊ Hyrene.

§. XVI. Circa illa tēpora videtur

Beata Euphemia.

tur etiam passa beata Euphemia in Calcedonensi ciuitate. Hec quum passa esset filia senatoris: tempore Diocletiani videns christianos tam diuersis supplicijs laniari: ad iudicem properauit: & christum publice confitens exemplo sue constătie etiam viros animabat. Quum igitur iudex successiue christianos occideret: alios presentes esse iubebat vt saltem territi immolarent. Ipsa autem presens eorum constantia amplius prouocata iniuriam a iudice se pati clamabat. Bauisus de hoc verbo iudex existimãs eam velle sacrificia dijs immolare inquit ad eam. Que tibi iniuria infertur? Respondit illa. Quia quum sim nobilis genere: cur mihi ignotos et aduenas anteponis? & priores facit ad christum venire? Hec truſa in carcerem sequenti die ad iudicem cum alijs vinctis ipsa fine vinculis adducta: iterum grauissime est conqueſta q̃ cõtra leges imperatorum sibi soli a vinculis parceretur propter quod diutissime alapis ceditur/& in carcerem mitti tur. Quam iudex secutus eam opprimere ex libidine voluit sed reluctantem manum eius virtus diuina compressit. Exinde prepositum suum ad eam direxit multa ei promitens si faceret eam sibi consentire. Sed ille carcerẽ clausum nec clauibus aperire potuit: nec securibus frangere donec a demone arreptus & se dilanians vix euasit. Deinde posita super rotam vt corpus eius totum discerperetur: ministris trahentibus eam ad certum sonitum faciendum per artificem: quum nutu dei fieret sonitus dum artifex opus aptaret: trahentibus rotam artifex ipse totus comminutus est. Euphemia super rotam illesa remansit. Tunc parentes artificis lamentantes superposito igne ipsam cum rota comburere voluerunt. Sed rota combusta Euphemia ab angelo soluta in quodam loco excelso stare conspicitur. Apollianus iudici dixit. Virtus christianorum nõ nisi ferro vincitur: vis consulo q̃ eam facias decollari: Erectis igitur scalis quum quidam ad eam capiendam manũ mittere vellet: mox paralysi totus dissoluitur: & vix inde semiuiuus educitur. Alius nomine Sostenes accedens ad eam capiendam/subito virtute diuina immutat? ab ea veniam petit: & euaginato gladio suo ad iudicem exclamabat q̃ se potius occidere: q̃ eaz quam angeli defendebant contingeret. Denicp inde descendens iudex cãcellario suo mandauit vt ad eam omnes petulantes iuuenes conuocaret: qui tandiu ei illuderent donec fatigata deficeret. Sed ille ad eam ingrediens & multas virgines splendidissimas circa eam videns monitis eius protinus effectus est christianus. Postea preses per capillos eam suspendi fecit: sed immobilem permanentem negato ei cibo in carcerem retrudi fecit: vt septima die inter quatuor lapides magnos sicut oliua confringeretur. Illa vero quotidie ab angelo sariata: die septimo quũ iter lapides esset posita: ea orante lapides illi in tenuissimũ cinerem sunt soluti. Preses aũt ab vna puella se victũ erubescẽs in foueã p̃ci iussit eam: vbi tres fere leuissime erant vt eã deglutirẽt. Que statim blandiendo ad eã cõcurrẽtes & iunctis ad seinuicẽ caudis quasi sedẽ ei preparẽtes: iudicẽ magis cõfuderunt. Vñ quũ iudex quasi p̃ angustia moreretur: quidã vt vindicaret iniuriam ofi sui: arreptum gladium per latus eius fixit: sicq̃ xp̃i martyrẽ fecit. Illũ aũt ministrũ sceleri iudex p̃ mercede veste sericea iduit: & torque aurea circũdedit. Sz egrediẽs a leone arripit? et penit? deuorat: vt pauca ossa eius cũ veste scissa vix reperirẽtur. Sepultũ aũt honorifice & iudei & gentiles venerati sunt: & in ipm multi crediderunt.

§. XVII. Circa annos domi-

Beata Christina.

ni. cclxxxvij. imperãtib? Diocletiano et maximiano in Tyro passa ẽ btã Christina. Hec nobilissimis orta parentib? a pfe suo in quadã turri cũ duodecim pedisseq̃s collocata est positis ibi idolis aureis & argẽteis a patre ei?. Et quũ pulcherrima esset: & a multis in pugiũ peteret: parẽtes nulli volẽtes eã in pugiũ tradere/itendebãt vt in deoꝝ cultura virgo p̃maneret. Ipsa aũt a spũsctõ edocta idola abhorrebat: & incẽsa dijs immolãda in feneſtra abscondebat. Veniente autem patre ad eã: pedisseque ei dixerunt. Filia tua domina nostra deos nostros cõtẽnit asserẽs se christianã. Pater aũt ei blãdiens ad culturã deoꝝ prouocabat. Cui illa. Noli me vocare filiã tuã: sed eius quẽ decet sacrificiũ laudis. Ad quã pater. Filia mea nõ tantũ vni deo sacrificiũ offeras: ne alij tibi irascanť. At illa. Bene locut? es (inquit) nescies veritatẽ. Offero effi sacrificiũ patri & filio et spũsctõ. Pater aũt dixit ei. Si tres deos adoras: cur non ẽt alios? Rñdit Christina. Tres illi vna diuinitas sunt. Post hec Christina deos aureos & argenteos confregit: pauperib? materiã largiẽdo modo occulto. Reuertens ergo ad eã pater & deos querens vt adorarett audito ab ancillis q̃ Christina destruxerat eos & pauperibus erogauerat: tirat? iussit eã expoliarit: & a duodecim viris cedi: adeo vt & ipsi ministri deficerent. Tunc Christina patri dixit. Sine honore & pudore abominabiles deo q̃ me cedũt deficiunt: pete illis a dijs tuis si potes virtutem. Tũc catena tam eã in carcerem mitti iussit. Audiens hec mater vestimenta sua scidit: & ad carcerẽ pergẽs filie pedib? se prostrauit dicens. Filia mea Christina lumen oculorum & miserere mei. Cui illa. Cur me dicis filiã tuã? Nescis q̃ nomẽ dei mei habeo. s. christi? Quunq̃ nihil posset ei psuadere: ad virũ suum rediit & q̃d sibi rñderit intimauit. Tũc pater iussit eam ante tribunal suũ adduci dicẽs. Sacrifica dijs. Sin minus/multis supplicijs afficieris: & filia mea non diceris. Cui illa. Magnã mihi gratiã prestitisti: q̃ iam me non vocas filiã diaboli. Tũc pater iussit eã vngulis radi: & membra eius tenera diripi. Christina aũt de carnibus suis accipiens in vultum patris proiecit dicẽs. Accipe tyrãne: ter carnẽ a te genitã comede. Tũc pater rote eã imposuit: & ignem cũ oleo supposuit: sed flamma exiliens mille quingentos occidit. Pater ꝯo hec oĩa artibus magicis ascribens: ipsam iterum in carcerẽ mitti fecit. Et facta nocte iussit ministris suis vt grandi lapide ad collũ eius ligato in mare precipitarek q̃ũ quũ factũ fuisset prin? eã angeli assumũt. Christ? aũt ad eã descẽdit: et in mari eã baptizauit dicens. Baptizo te in deo patre meo: & in me Jesu xp̃o filio eius et in spũ sctõ. Et commisit eam Michaeli archangelo: qui eam ad terrã reduxit. Oõ audiẽs pater frontem suam percutiebat dicens. Quib? maleficijs hoc facis vt in mari etiã hec exerceas? Et illa. Stulte & infelix/a christo hanc gratiã accepi. Et quũ in carcerẽ mandasset eã recipi vt die sequenti eã faceret decollare: nocte inuenit? mortuus pater eius Urban?. Huic successit q̃dã iudex iniquus nomine Dion: q̃ chaldariã ferreã succensam cũ oleo pice & resina parari fecit: & in eam iactari. Sed Christina in ea posita in deũ laudat/nil lesionis sustinens. Iratus aũt iudex iussit caput eius radi: & nudam per ciuitatem vsq̃ ad Apolinis idolũ duci: vbi ea imperãte subito idolũ corruit: & cõminutũ est & in puluerẽ redactũ. Oõ audiẽs iudex expauit & spũ tradidit. Huic successit q̃dã Julian? noie: q̃ fornacem succendi fecit: & in eã Christianã iactari. vbi per q̃nq̃ dies cum angelis in ea deambulans & cantans illesa permansit. Deinde Julianus magicis artibus hoc adscribẽs: duos aspides et duas viperas & duas colubros ad eam mitti fecit. Qui eam demulcebant sudorem eius lingentes. Quibus mãdasset cuidaz incãtatori vt bestias illas irritaret: & ille hoc fecisset: serpentes in eum impetũ facientes occiderũt. Christina autem mandauit serpẽtib? vt ad desertũ locũ pergerẽt/& mortuum illũ suscitauit. Exinde p̃cepit tyrann? mãmillas eius abscindi/quo facto lac pro sanguine effluebat. Postea lingua sibi precisa loquelã nõ amisit. Demũ Julian? sagittas in coꝝ ei? duas & vnã in lat? direxit. Sicq̃ cũ palma martyrij ad celũ gloriosa ascendit. De baptismo eius mirandũ est: nec tũ incredibile: vel deo impossibile: q̃ oĩa põt supra legẽ cõem homines iustificare. Vincen. in spe. hist. hoc dicit pie credendũ.

§. XVIII. Ea quoq̃ tẽpestate

Sãctus Narcissus eps

te qua Diocletianus feruebat insania ptra christianos apud Retiã in ciuitate Augusta: superueniens. Narcissus eps nesciens quo introiret pfug? ad meretricem est ingressus nomine Aphram. vt refert Vincen. in spe. hist. vbi. s. ex gestis eius. Introiuit aũt Narcissus cum diacono suo Felice. Illa aũt videꝫ honestos viros aduentantes: existimans impudicos parat cenã & oĩa que solito more cũ trib? puellis quas secũ habebat parare p̃sueuerat. Episcopus aũt veniens cibuz capere orare cepit & psallere. Aphra aũt audiens et videns q̃ nunq̃ audierat: stupore ducta cepit inquirere quis esset ille. Et dicit hunc esse epm christianoꝝ. Morq̃ ad pedes eius cecidit dicens. Domine indigna sum: & nulla in ista ciuitate meretrix inueniri põt. Cui Narcissus episcop? ait. Saluator noster a turpissima tact? inquinari non potuit: sed sanctitas illius oẽs sordes diluit atq̃ mundauit. Nam & sol lucem suã circa cloacas & lutulentas aquas fundit sine sui inquinatione. Unde & tu filia suscipe in te lumen fidei vt purificari possis ab oi pctõ: & demonio fugato introitu ppetue claritatis gaudere. Que quũ verba eius puellis suis retulisset: respondẽrunt. Tu nostra dña es: & si secute sumus te ad inquinamenta facinoꝝ: quo non sequemurte ad indulgentiã peccatoꝝ? Uocabantur aũt Digna Eunomia & Eutropia. Denicp eps cum diacono suo toti orando & psallendo noctes per trãsiẽs/simul Aphram cũ suis puellis habuit consortem. Aphra Digna Eunomia & Eutropia. Mane aũt facto quũ inquirerek ab ea vbi essent qui ad eam introierãt: respondit eos abijsse ad sacrificandum. Tunc abijt ad matrẽ suam & dixit ei. Episcopus christianorum venit ad me nescies quo iret: & p totam noctẽ expandit manus suas ad deũ suum: nosq̃ fecit orare secũ. Circa vero Ballorum cãtum extincto lumine: quũ illud accẽdere nõ possem: dicente epo/Veni lux mea de celo: ostẽde faciẽ tuam & salui erimus

Uenit lux de celo sicut solet venit ⁊ tonitruum ⁊ et non recessit sed tandiu stetit q̄diu aurora inciperet. Et dum finisset oratione fecit nos respondere. Amen. Lux autem fulgoris paulatim recessit ab oculis nr̄is. In crastino aūt se ostenderunt mihi q̄ insidiabant eius exeunte tenere ⁊ occidere. Ego aūt eos abscondi vbi fascias q̄s habeo de lino timens ne scrutarent locū. Si iubes mater huc eos transire faciā quia promisit mihi me christianam fieri et peccata mea deleri. Ad hec mater eius gaudens ait. Prestet deus vt et hoc quoq̄ mihi contingat. Uespere autem facto sanctus Narcissus ab Aphra rogatus ad matrem eius migrauit. Et illa gaudens per tres horas plantas eius tenuit ⁊ obsecrans vt ⁊ eam faceret a peccatis mundari. Qui indicto eis septem dierum ieiunio precepit eis vt id quod coluerant ei euidenter exponerent. Hilaria Aphre mater respondit. Parentes mei genere Cyprij fuerunt et venerunt inde cum sacris Ueneris et colli Ven' non potest nisi ab ijs feminis q̄ meretrices fuerint. Deniq̄ ego filiam meam sacris Ueneris consecrans quasi dee Ueneri seruitium ⁊ de meretricio placitura in pr̄stibulo manere permisi ⁊ credens q̄ propter hoc mihi esset ppiatura Uenus si filiam meā diuinis ei' limationib' occupassem. Nam quāto plures amatores poterit habere mulier que Ueneri seruit tāto plus Ueneri placere posse a sacerdotib' Ueneris et felicior affirmatur. Audiens hec vir dei Narcissus ingemuit ⁊ lachrymas fudit ⁊ dixitq̄ ad Felicem diaconum suum. Surge frater et demus lamentum super istam talem culturam ⁊ rogem' dñm vt vbi abūdauit iniquitas tibi abūdet et gratia. Factum est autem q̄s oraſſent apparuit egyptius quidā corpo nigrior nudus ex toto corpe vulneribus elephātinis plenus cepitq̄ dare mugitum ⁊ dicere. O sancte Narcisse quid tibi cum casa mea? Quid tibi cum ancillis meis quas semper ō familia habui? Deus tuus mundas animas et munda corpora diligit. Iste mee sunt alterius esse non possunt. Tunc sanctus Narcissus dixit ei. Dic mihi damnate. Scis dñm meum Jesum christum nazarenū tentum flagellatum cruci affixum mortuū de sepultura die tertia resurrexisse? Scis hoc factum? Cui diabolus. Utinam hoc nescire mihi licuisset. Nam hora qua crucifixus est catenis igneis princeps noster est religatus. Et Narcissus ad eum. Quid peccauit dom̄in' meus vt tanta pateretur? Cui demon. Non pro suis peccatis sed pro alienis passus est. Sanctus autem inquit. Discede ergo ab his mulieribus quia dominus meus passus est pro istis que ad eius fidem et gratiam cōcurrunt. Et diabolus. Jube me manere hic ista nocte. Cui episcopus. Si potes manere mane. Tunc ille demon dire vocis vlulatum teterrimum emittēs nunc̄ comparuit. Rogauit autem sanctum episcopum diabolus antea dicens. ℣ ac pietatem super me ⁊ da mihi vel vnam animam in potestate mea. Et Narcissus. Et tu iura mihi in nomine dei vt statim illam interficias quam dedero tibi. Cui diabolus. Per ipsum qui nos cum principe nostro vicit iuro. Dicit autem episcopus. Uade ergo iuxta fontem alpium Juliarum vnde non potest nec homo nec aliud animal aquam bibere quia draco ibi habitat omnes illuc accedentes flatu suo occidens. Hunc interfice ⁊ animam eius in potestatem tuam redige. Exclauauit autez diabolus dicēs. O episcopum mendosum. Insuper ⁊ ligauit me iuramento vt amicum meum occidam et si non occidam insuper cogit me in abyssum ire. Tunc demon abscessit et draconem illum occidit ⁊ factaq̄ est aqua fontis potabilis. Per dies autem plures Narcissus edocuit illas in doctrina fidei et baptizauit Hilariam matrem cum filia eius Aphra et tribus puellis suis et cum omnibus charis suis. Fecit autem Hilaria domum suam ecclesiam et ordinatus est ibi presbyter Zozimus auunculus Aphre demum Narcissus post nouem menses in Hispaniam est profectus et quum multum populum deo acquisisset per tres annos postea cum Felice ad martyrij gloriam peruenit. Sancte Aphre passio.

¶ Post hec in Creta mota persecutione sancta Aphra vt christicola ad iudicem ducta ⁊ ussa ē aut sacrificia dijs offerre ⁊ aut diuersa supplicia sustinere. At Aphra. Sufficiunt mihi pctā mea que ignorans deum feci. Quod autem iubes nunc̄ faciam. Jesum christum ante oculos meos habeo. Et quia non sum digna ei sacrificare cupio pro nomine eius sacrificari vt corpus in quo peccaui dum diu penas passum fuerit abluatur. Et iudex ad eam. Ut audio meretrix es. Sacrifica ergo quia aliena es a deo tuo. Et illa. Dominus meus Jesus christus dixit se pro peccatoribus de celo ad terras descendisse. Nam et euangelium testatur q̄ meretrix lachrymis rigauit pedes eius ⁊ et veniā suscepit ⁊ et cum publicanis manducauit et bibit eos non despiciens. At iudex magis ait. Sacrifica dijs vt diligaris ab amatoribus multis ⁊ conferantur tibi multe diuitie. Et illa. Pecunias exercrabiles nunc̄ recipio. Nam et quas habebam expendi pauperibus erogando quia non erant de bona conscientia vt pro me pauperes dominum orarent. Tunc iudex nequissimus dictauit sententiam dicens. Aphram publicam meretricem que se christianam professa est ⁊ noluit sacrificijs deorum participare viuam incendi precepimus. Statimq̄ rapta a ministris ducta est ad insulam fluuij qui dicitur Lechreamq̄ spoliantes stipiti colligauerunt. At illa oculos in celum leuans orauit dicens Domine Jesu christe qui non iustos venisti vocare sed peccatores ad penitentiā accipe in hac hora passionis mee penitentiam ⁊ vt per hunc ignem corporalem mihi paratum ab igne eterno me liberes qui animam et corpus exurit. Igne ergo accenso et in ignem ipsum missa audita est dicere. Gratias tibi ago domine Jesu christe qui me dignatus es hostiam accipere pro nomine tuo. Sicq̄ emisit spiritum. Quod audiens Hilaria mater eius ⁊ tres puelle ancille eius Digna Eunomia et Eutropia eius socie prius in turpitudine ⁊ postea in conuersione accesserunt ad insulam et tollentes corpus Aphre integrum posuerunt in monumento secundo miliario a ciuitate Augusta. Hilaria. Hoc autem quum relatum fuisset iudici illuc misit ministros qui illas inducerent ad sacrificandum blandis sermonibus quod si non facerent eas occiderent. Uenientes ergo quum omnino recusarent ligna plurima circa eas iuxta monumentum congregarunt ⁊ et igne supposito abierūt sicq̄ omnes martyrio dedicate sunt.

§. XIX. Ea tēpestate passus est

Rome martyr Genesius vt refert Uincen. in spe. histo. lib. xiij. ex gestis eius. Hic quum esset in vrbe magister artis mimice quadam die voluit imperatori Diocletiano ludum exhibere de mysterijs obseruantie christiane. Cuius rei gratia spectante omni populo ⁊ imperatore in medio theatri quasi egrotus decumbens baptizari se popposcit ⁊ mimice in hec verba prorupit. Eia nam grauem me sentio lenis fieri volo. Cui responderunt socij. s. eius in ludo illo. Nunquid fabri sumus? His verbis populo ad risum excitato Genesius a domino visitatus ait. Uesanit christianus desidero mori. Quare inquiunt? Quibus ille. Ut in illa die velut fugitiuus inueniar. Hec Diocletianus audiuit et risum tenere non potuit. Tunc sicut fuerat ordinatum intrare faciunt exorcistam et presbyterum qui iuxta lectum eius sedentes dixerunt. Quid ad nos misisti filiole? At ille non iam simulate et ficte sed ex puro corde respondit. Quia gratiam christi consequi cupio per quem renatus a ruina iniquitatum mearum liber fiam. Quumque mysteriorum sacramenta complessent ⁊ vestib' albis esset indutus quasi per ludum a militibus est raptus ad similitudinem sanctorū de xpi nomine discutiens imperatori est exhibitus. Sed quum ad fidem adductus fuisset passionem tandem accessit confessionem. Ascendens namq̄ super basim vbi statua erat Ueneris ⁊ ibi concionatus est ita. Audi imperator et omnis exercitus et sapientes et populi vrbis huius. Ego semp christianum nomen exhorruit et in confessione permanentibus insultauit ac super eos accendebam furias populi parentesq̄ meos et affines execrat' sum causa nominis christiani et in tanta derisione christianos habui vt eorum secreta mysteria diligenter perquirerem non vt crederem sed vt vobis ludum ac risum exhiberem. Adorybicq̄ nudum in conspectu vestro aqua ista perfudit et interrogatus credere me respondi. vidi super me manum de celo venientem et angelos dei flammeo radiantes aspectu iuxta me stantes qui omnia facinora mea que a iuuentute mea commisi de libro scripto recitātes dixerunt mihi. Aqua ista delet omnia ista que te fecisse cognoscis. Quum ergo baptizatus fuissem simul ⁊ liber ille pfusus niue candidior effectus est ita vt signum scripture preterire non appareret. Itaq̄ dum vobis terrenis imperatoribus placere cōcupiui celesti regni complacui. Et dum omnibus risum extorquere studuit angelis risum feci. Nunc ergo o imperator ⁊ vos omnes populi sicut de his sanctis mysterijs per ignorantiam risistis incredulitate mecum ab hac irrisione cessate credentes verum deum esse Jesum christum dominum. Hunc esse verum lumen veritatem pietatem salutem ⁊ et per ipsum ad indulgentiam vos posse contingere. Tunc imperator accensus furore iussit omnes qui cū eo lusum meditati sunt ante se adduci ⁊ virgis fortiter cedi existimās eos similiter credere. At illi ceperunt nomen sanctum blasphemare cum exprobratiōe dicentes. Nos aliter meditati sum' ⁊ iste autem insanus factus letitiam suam dimisit et planctū sibi christianitatis assumpsit ⁊ ac per hoc solus experiatur quod solus fecit. Tunc imperator seuiens in Genesium in cōspectu populi iussit eum cedi fustibus. Tradiditq̄ eum Plusiano prefecto iubens eum ad sacrificia cogi. Qui positus ab eo in eculeo ⁊ et suasus vt regem sacrificando placaret dixit.

dixit. Uere ille rex est quem celum petentem vidi: vnde me miserunt lugeo: quia vobiscum prius errani et tardius ad verum regem adorandum accessi. Cui Plusianus ait. Et qs est iste rex preter regem nostrum? At ille ait. Rex iste homo est. et per certa terre spatia imperat ac certo tempore. Rex autem quem colo: deus est: et in celo totaq terra ⁊ mari imperat: ac sine fine. Quiq diu in eculeo posit? vngulis attrectatus lampadibus inflammatus in sancta cōfessione persisteret: ac diceret iudici. Si centuplicaueris super me ista tormenta: christū mihi de ore ⁊ corde auferre non poteris. Hec quum omnia relata essent imperatori: iussit eū occidi. Sicq cum gaudio coronam martyrij capitis obtruncatione promeruit. viij. kalendas Septembris.

XX. De cōiugio Juliani Basilisse mirabili.

Ut refert Uincentius in spe. histo. libr. xiij. beatus Julianus ab infantia castitatē diligēs ⁊ mūdi oblectamenta spernēs: quū esset annoꝝ circiter. xviij. parentib? eius eū exhortātib? vt sibi puellā sociaret: p quā gen? suum seruaret: ⁊ adolescentie lapsus euaderet: hoc dedit responsum. Hoc qđ hortamini in ptāte ē domini mei cui mei cōmisi: pro qua re septem dierū inducias petet: et prout mihi dominus spirauerit respondebo. Tunc die noctuq in orationib? et ieiunijs pseuerans postulauit a domino ne virginitatem promissam aliqua occasione violaret. Septime autem diei nocte quum corpus vigilijs et ieiunijs maceratum sopori dedisset: adfuit angelus domini dicens. Uiriliter age: et confortetur cor tuum. His verbis roborat⁹ / egressus est de cubiculo: et leto vultu parētum tristitias auferens ait: Ecce sicut desideratis faciam. Queritur ergo puella talis que ⁊ locuples esset et nobilitate generis coequalis nomine Basilis sa: que et ipsa erat parentibus ⁊ unica. Uenit dies stabilitus nuptiarum: in quo inuitantur vicini: platee fercelis ornantur pannis: et aures omnium sonis musicoꝝ oblectantur et cantilenis virginum: ita vt si homo ferreus esset luxuria resolueretur. Producitur inter hoc onerata gēmis et auro spōsa de thalamo. Ingreditur iuuenis cum virgine letus. cubiculum. Factaq oratione ab eo tali odore cella repleta est: vt videretur sibi virgo in tali loco posita in quo vernant lilia ⁊ rose. Et ait ad iuuenem. Miram rem sentio. Quum essit hyemis tempus: ita mihi rosarum et liliorum odor famulatur: vt ijs satiata iam horream tori cōiunctionem. Cui Julianus ait. Odor qui tibi apparuit est domin? Jesus christ? amator castitatis: qui integritatem corporis seruantibus vitam eternam reddit. Tunc illa. Que melior salus: q̄ virginitatem custodiendo vitam eternaꝝ acquirere: Et q ita credo esse vt dicis: opto tibi consentiens esse. vt sponsum eternum possideā. Tunc iulianus in oratione procidens pauimento adherebat clamans. Cōfirma hoc deus in nobis quod operatus es domine. Hec videns virgo similiter fecit. Et subito fundamenta cubiculi commota sunt. Et lux inenarrabilis emicuit. Et ex vna parte sedebat ibi rex eternus cum multitudine candidatorum: et ex alia cum multitudine virginuꝝ: quarum gloriosa virgo Maria tenebat principatum. A parte Juliani clamabatur. Uicisti Juliane: vicisti. A parte virginis. Beata es Basilissa que monitis salutaribus consensisti. Et ostensus est Juliano liber literis aureis scriptus: dictumq est ei. Accede ⁊ lege. Et cepit legere. Julianus qui p amore meo mundum contempsit: deputetur in numero eoꝝ qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Basilissa vero q̄ ei integro corde sociata est: deputetur in numero earum virginum quarum virgo Maria tenet principatum. Et dixerūt milia milium qui adstabant / Amen. Uisione autem sublata exultantes in domino reliquū noctis in hymnis et canticis vigiles peregerūt. Quid multa? Leperunt spū non carne fructificare. Et super candelabrum excelsum fundātur due lucerne accense: quibus rex eternum oleum subministrans p eos igniferi verbi doctrinam ignaris infundebat. Nec quisq̄ dinumerare poterat animarum multitudines que per sanctum Julianū migrauerunt ad dominum. Similiter et Basilissa agmina virginum et mulierum castas animas premittebat ad celum. Temporibus autem Diocletiani et Maximiani furore persecutionis incumbente: ieiunio et fletu studēte / tales in cōspectu domini preces fuderunt. Domine deomnipotens qui secretorum es cognitor: ne patiaris a lupo insatiabili gregis tui integritatē violari. Presta domine vt omnes quos tibi p nos militare fecisti: integros in cōspectu tuo constituas: vt exultantes dicamus. Ecce nos et pueros quos dedisti nobis: nemo ex eis perijt sequēti nocte sic Basilissam per visum alloquit dominus. Basilissa nominis tui digna: que orasti hec me implere delectat: vt vasa oia que p te mihi mūdaui / dū adhuc viuis ad celestia regna p̄mittas. Habebis trimidium temporis quo ex omni loco que semina sti: triticum colligere possis. Et recondita messe tuipsa sequaris. Julianus vero vt bonus athela pugnabit et vincet. His auditis: omnia enarrauit Juliano: et virginibus congregatis terminum reuelatum exposuit: et eas ad profitendum solicite monuit. Et quum multa loquens prosequeretur: locus in quo erant commotus est: ⁊ lux emicuit. Et apparuit titulus scripture huius. Omnes venite ad premia vobis parata. Sicq intra promissum tempus omnes virgines ad dominum migrauerunt circiter mille. Que postmodum apparentes cycladibus niueis indute: oranti dixerunt. Ecce expectamus te: vt tecum dominum adoremus cui nos acquisisti. Ipsa igitur a domino euocata in pace requieuit: quaꝝ Julianus deuote sepeliuit. Hec Antiochie agebantur que est metropolis Mesopotamie Syrie. Ui autem persequutionis seuitia inualescēte: presata ciuitas Martiani presidis iussu coacta est vt vnusquisque imaginem Cesaris in domo sua erigeret. Audiens autem preses Juliani fidē ⁊ quia multos haberet socios: iussit adsessori suo ad eum pergere locum vbi deo vacabat cum multitudine ministrorum ecclesie et fidelium declinantium rabiem persequutionis parati tamen ad mortem. Julianus autem ait ad sanctam congregationem. Nunc fratres oremus quia persequutores appropinquant. Ingressus igitur adsessor presidis ait puto te non latere Juliane sacratorum principū decreta: vt vna sit apud homines deorum cultura. Cui respondit Julianus. Audiāt principum iussa qui eis militant. Nos autem qui regem in celis habemus: terrenum principem non audimus. Quod quum adsessor presidi retulisset: mandauit iulianum sibi presentari: reliquos omnes in eodem loco igne consumi. Quod ⁊ factum est: ⁊ talis gratia loco illi collata: vt transeuntes multitudinem psallentium audirent: et sani cum infirmitatibus accedentes abscederent. Presentato autem Juliano presidi ait ipse Martianus. Tu es Julianus preceptoꝝ principum rebellis: deorum contumax: qui innocentum multitudines magicis artibus tibi congregas? Qui respondit. Deos quos colitis demonia esse manifestum est: qui perdere possunt cultores suos: non liberare. Tunc preses furore obsitus clamauit ministris dicens. Hunc adverbera extendite ⁊ fustibus nodosis omnia membra eius dissipate. Quod quū fieret: vnus de cedētibus qui erat de militibus Cesaris ictu oculum amisit. Hoc audiens Martianus inquit fremens. Tantum inualuit ars tua magica: vt et tu mihi sentias et aliorum oculos euellas. Cui Julianus. Mordibus et cecus conuoca omnes tuorum deorum probatissimos sacerdotes: ⁊ inuocent nomina sua si valeant restituere oculum euulsuꝝ cultori suo. Quod quuꝝ non poterint: ego nomen domini nostri Jesu Christi inuocando illuminabo. Et quum sacerdotes idolorum ex precepto tyranni congregati forent: inuocantibus deos suos pro illuminatione illius: responderunt demonia. Discite a nobis eterne igni mancipatis. Nam tantum valent preces Juliani apud dominum: quod a die qua ipse ad penam positus est: pena est nobis centuplicata. Et quum in tenebris simus: quomodo visum quem non habemus reddemus? Julianus vero quem nil horum latebat oratione facta dixit ad Martianum. Festina: vocant te dij tui licet non voluntarij: sed coacti. Qui quum ingrederetur templum: vidit omnia simulachra comminuta et in puluerem redacta. Et cecatus a diabolo clamare cepit. O maleficia que sic preualent vt et deorum virtutes superent: ⁊ eos in puluerē redigant. Sz hoc deorū patientia laudanda est qui iniurias sibi irrogatas patienter sustinent: vt rebelles sibi patiendo subijciant. Nunc o Juliane qui patientissimos deos te superasse gloriaris: promissum implet: in nomine christi oculum amissum restitue. Sed ne hoc magicis artibus exerceas lotione te iubeo perfundi: per quam omnia maleficia noscuntur fugari. Quumque perfunderetur / lotionem fetentem christus conuertit in odorem balsami. Tunc Julianus signum crucis faciens ⁊ nomen christi inuocans oculum ei restituit. Qui illuminatus clamauit statim. Uerus est deus christus: ipse solus colendus et adorandus est. Hunc quum audiret preses sic proloquentem: statim fecit gladio perimi. Sicque in sanguine suo baptizatum christus martyrem consecrauit. Julianum autem diuersis penis afflictum: ⁊ vinculis ferreis per omne corpus onerat⁹ iussit preses sub voce preconis circumire ciuitatem dicentis. Hec merentur deorum rebelles ⁊ principum contēptores. Et quum venerant ad locum vbi Celsus filius presidis vnicus studebat: ait puer ad cōdiscipulos suos. Rē inauditam video: illū. s. christianū quē ducunt ⁊ multitudinē alboratorum cū illo loquentē: ⁊ sup caput eius coronam ex gemmis ⁊ auro: cui? fulgor obcecat aeris hui? lucē: ⁊ alios tres albescentib? comis alarūq volatu in similitudinem aquilarū sup eū circubias celebrātes: ⁊ hoc mihi videt q̄ dignū est

Celsus presidis filius cōuertitur ad christum.

natione de parentib' gētilib' orta nutrici traditur. Et studiose ab ea nutrita adulta effecta se spōte baptizari fecit. Propter qō patri patriarche gentiliū plurimū exosa matre defuncta cū nutrice permansit custodiēs ⁊ pascens oues eius. Et quū annū.xv. attigisset ⁊ corpore pulcherrima foret: quadā die p loca vbi gregē pascebat casu ptransiens ādā senescal' īperatoris noīe Olibri' infidelis: visa virgine in cōcupiscentiā ei' vehementer erarsit: vñ ⁊ iussit eā ad se adduci. Que quū sibi p̄sentata fuisset: ab ea nomē inq̄rit religionē ⁊ gen'. At illa cōstanter respondit se margaritā nūcupari: genere nobilē religione christianam. Cui Olibrius. Prima duo tibi cōueniūt: sed tertiū nimis discordat: vt puella tā pulchra tā nobilis vt merito Margarita voceris: credas in crucifixū q̄ nec sibi nec alīs auxiliū ferre potuerit. Cui Margarita tā recte tā prudenter de fide christianorū ⁊ infidelitate gentiliū rādit q̄ ei' rationib' superatus victiq̄ se erubescēs iussit eā in carcerē mancipari. Sequenti die coā eo adducta iubet aut sacrificijs cōsenti: aut diuersis supplicijs deperire. Renuēs ipsa exuitur: suspenditur: ⁊ virgis acerrimis usq̄ ad fluxū sanguinis ⁊ cedentium defectū laniat. At illa virtute dei cōfortata nec suspirauit nec gemuit: nec saltē vultū tristē cōtraxit. Et quū adhuc dīm p̄dicaret: putās se preses irrideri pectimb' ferreis iussit carnes ei' usq̄ ad ossa sulcari. Qō quū fieret ⁊ pter eā ppl's fieret cōpassione motus: ⁊ ipse tyrannus qua si ei pie cōsulens suader et vt assensum p̄beret ne tantā iuuentutis pulchritudinē amitteret: illa ait. O mali consilia rij: hec crutiatio aīe est saluatio. Ad tyrannū vō ait. Impudens canis: insatiabilis leo: tu in carnē potestatē habes: q̄ christus aīam suā seruat. Et tyrann'. Jā nō parcā. iam non miserebor: cōsulētes sibi deludit deos blasphemat: coronā contēnit. In carcerē igit reponit: vt excogitatis supplicijs alijs acri' puniat. Sed statim tenebre imenso lumine irradiant. Diabol' aūt in forma draconis apparēs ḡsi eam deuorat': vt ipsaq̄ terreret: subito signo crucis oppositō euanuit. Hoc tū de dracone Jacob' de voragine dicit apocryphi. Deinde in specie humana ei diabol' apparuit: ad suadendū ei assensum p̄fidit vt coronā acriora euaderet. At illa oratione facta diabolū esse intelligēs: caput eius appre hendēs in terrā p̄iecit: ⁊ pedē sup illū ponēs ait. Sternere supbe demon sub pedib' femine. Et ille clamabat /o margarita satis illusisti mihi: me amodo sine abire. Et illa: nō dimittā te nisi mihi dicas cur christianos sic multipliciter tentas. Qui rādit naturale sibi esse odiū cōtra virtutū viros. Et q̄uis sepe repellat ab eis: spe tū ⁊ desiderio seducendi semp eis infest' existit. Et q̄ inuidet nobis tribui felicitatē quā p̄didit: tetū hanc recuperare nō pōt: eā alīs auferre cōtendit. Et his dictis dū virgo pedē eleuauit: statim vt fumus euanuit. Sequēti die virgo iudici p̄sentatur: et p̄sentibus ppl's sacrificare nolēs eruit. Et appositis ad latera facib' caro recens lacerata usq̄ ad intima cōcremat': ita vt mirarent oēs quō tam fragilis puella tanta posset tollerare tormenta. Sed insensatus iudex doliū iubet aqua frigida impleri ⁊ ligatā in ea diuti' detineri: vt commutatio tormētorū pena esset grauior nō refrigeriū. Sed missa ea i aquā fit terremotus magn': vñ oēs q̄ aderant p turbant' ⁊ inde virgo illesa egredit: multiq̄ ex hoc miraculo ad christū cōuertunt. Timēs igit tyrānus ne numer' crescentiū augeret ex hmōi miraculis: p̄cepit virginē decollari ⁊ eos etiā q̄ cōuersi fuerant ad fidē varijs supplicijs fecit occidi. Beata aūt Margarita ad locū passionis adducta facta oratiōe p̄mo p se: deinde p christianis oīb' ac etiā p̄secutorib' suis: necnō ⁊ p̄turiētib' se ei recōmendātibus in ptu vt subuentionē p̄cipiant: decollata est. xiij. kal'. Augusti. Et iō mirū est q̄ a q̄busdā aūt octo dies ei' festum celebrat. Qō forte iō est: q̄ ēm illos tali die martyriū ppleuit. Sub quo iperante passa sit nō h̄ exp̄esse ēm Uinc. in spe. hist. li. xiij. Sub p̄dicto tyrāno Olibrio narrat Uincē. vbi. §. quādā ygine noīe Regina vnicā p̄ri gētili. xv. anno rū q̄si sil'ib' crutiatibus tort' p fide demū decapitatam.

Sācta regina.

§.XLI. De sancto Christophoro

de quo etiā nō cōstat quo tpe passus fuerit. Refert Uin vbi supra: q̄ fuit procere statur ⁊ vultu terribilis. Et christianus fact' quū aduenisset in Samon ciuitatē Lycie vbi regnabat q̄dā noīe Dagnes p̄secutor fidelium: ⁊ quū ignoraret idioma illius regionis ⁊ facta oratione impetrauit ⁊ intelligere ⁊ loq̄ eorū lingua. Qui veniēs ad locū vbi martyres cruciabant: arguebat iudices ⁊ tortores de crudelitate eorū cōtra christianos: ⁊ propter qō vnus ex iudicib' alapa eū p̄cussit. Cui Christophor' ait. Nisi essem christian' ⁊ pro deo iniuriā ⁊ tormēta pati vellē: iniuriā mihi factā p̄tinus vindicassem. Quū aūt hoc ad regē retulisset: interea Christophorus ppl'm allocut' p predicationē suā baculū quendam quē in manu gerebat fixit in terrā: ⁊ ad honorē dei et ppli conuersionē vt flores ⁊ fruct' p̄duceret impetrauit ad qō miraculū multi cōuersi sunt ⁊ baptizati. Hec iterum audiens rex turbatus misit milites q̄ eū ligatū adducerent. Qui quū appropinquātes ad eū nō auderent accedere: ille ait. Quid vultis: aut quē queritis? Rex (inquiunt) misit nos ad te vt vinctū coram eo te ducamus. Ipse vero ait. Si voluero nec vinct' nec solutus duci potero. Et illi. Ergo si nō vis venire vade quocūq̄ volueris. Nō ita (inq̄t) erit: sed ego ibo vobiscū. Quos quū in via p̄dicando conuertisset. ⁊ baptizari fecisset: tandē ante regē stetit. Eius aūt magnitudinē admiratus gen' eius inq̄rit. Genus meū (inq̄t christophorus) facies mea indicat: q̄ ex regione chananitidas parentib' Reprob' dicor: sed hoc nomē in baptismo spernēs christophor' nūc appellor. Cui rex. Quā stultū tibi nomē imposuisti christi. s. crucifixū: q̄ sicut nec sibi ita nec tibi p̄desse potuit. Unū tū dico tibi quia si sacrificaueris magnas diuitias ⁊ honores a me cōsequeris. Si min' ⁊ multis suplicijs cōsumeris. Nolentē ergo assentire rex iussit in eculeo suspendi: ⁊ usq̄ ad nuditatē costarū vnguib' laniari. Suggestione aūt facta regi sup hoc misit ad eū duas formosas ⁊ lasciuas mulieres: ⁊ quū ab illis meretricibus plausu manuū ⁊ amplexib' vrgeret: sanctus surgēs ab oratione inq̄t. Quid vultis: ⁊ ad q̄d introducte estis? At ille claritatē vult' ei' ferre nō valentes: sed p̄territe ⁊ cōpunc̄te dixerūt. Miserere nostri sancte Christophore vt in deū quē predicas possim' credere: tq̄ ad hoc introducte sum'. q̄ multos lasciuijs decepim': ita ⁊ te ad idololatriā traherem'. Sanct' aūt dei blande eas alloquēs p̄dicatione sua eas ad christū cōuertit. Hoc aūt audiēs rex. s. eas conuersionē iussit eas ad se vocari ⁊ ait. Nunquid ⁊ vos a dijs nostris recessistis illi' maleficijs? Sed p deos adiuro: tq̄ si nō sacrificaueritis mala morte peribitis. At ille dixerūt vt congregaret oēs ad templū ⁊ plateas mūdarent. Credens aūt rex ijs verbis q̄ vellent sacrificare: congregato omni ppl'o: venientes ad tēplū ⁊ ascēdētes ad idolū Jouis dixerunt. Si de' es: iube q̄d faciamus: tq̄ rex precepit vt sacrificemus. Et quū idolū nihil dixisset: aligantes oīa idola ad terrā p̄strauerūt ⁊ cōminuta sunt. Que adstantibus dixerunt. Jte ⁊ vocate medicos q̄ deos vestros curent. Quod audiens rex ait. Ego vos monui deos adorare ⁊ nō cōtemnere. Sed testor p virtutē eorū: tq̄ diuersis supplicijs faciam vos interire. Que respondērūt. Stulte si dij erāt: cur a fragili sexu p̄miserunt se cōteri. Jussu ergo regis Aḡlina suspendit' ⁊ ligato ingēti saxo ad pedes eius oīa mēbra eius difrūpunt. Que quū migrasset: sorores ei' Niceta man' ⁊ pedes ligata in ignē p̄iecit' ⁊ illesa egrediēs decapitat'. Deinde Christophorū catenis ferreis ligatū mandauit virgis cedi postea ligatū igne in medio ciuitatis cremari. Sed in columis in ipso igne ppl'm exhortat'. Postea fecit molarez lapidē in colo ei' ligari ⁊ p ciuitatē distractū ad stipitē ligatū. sagittis. sagittis aūt vnus reuersa retrorsum oculū regis insultantis p̄cussit. Demū decapitat' est ⁊ de sanguine ei' oculū liniens sanat' est. ¶ Addit ad p̄dicta Jacob' de voragine de cōuersione ei' videlz q̄ quum esset maximus corpe vt gigas ⁊ q̄reret principē maximū cū quo maneret audita fama de vno rege q̄ potentissim' dicebat' ad eū accedens honorabil'r ab eo suscept' est ⁊ in curia sua ad p̄manendū hortatus est. Sed quū quadā die iocularis quidam quādā fabulā coram rege referret: in qua sepe diabolū noiabat rex vt christianus signū crucis subito sibi faciebat. Et quū Christophor' q̄ nondū christian' erat miraretur: cur hoc faceret: p̄quisiuit. Qō ille explicās. s. q̄ diabolum /ne ei noceret timebat. Dixit Christophor'. Ergo diabol' maior dīs q̄ tu est: ex quo times. Uale igit q̄ diabolū volo reperire cū quo maneā. Et quū p deserta trāsiens diabolū q̄reret: apparuit ei in forma hois magni ⁊ terribilis dīi cū comitiua multorū militū. Qui quū ab eo q̄reret q̄ vellet seu quo p̄geret: ⁊ ille rādisset se dīm diabolū q̄rere: dixit diabolus: Ego sum quē queris. Qui se obtulit cū eo mānsurū ad sua obsequia. Quū aūt cū eo p̄ficisceret in quadaz villa inuenerunt signū crucis in ligno erectū: p̄pter qō declinās viā rectā p deuia ⁊ spinosa eū duxit: ad rectā viā postea reuertens cū eo. Admirat' Christophor' causam q̄siuit q̄re viā bonā dimisisset. Et quū nollet causam reddere ⁊ christophorus declarasset se ab eo recessurū nisi intimaret: respondit diabolus q̄ illud signū timebat p̄pter quēdā in eo

Aḡlina ⁊ Nicēta martyres.

crucifixū q̄ eū denicerat. Et christophor⁹. Ergo ille maior te est. illū ergo volo q̄rere Jesum christū. Demū de eo interrogās hoies plures direct⁹ fuit ad sanctū eremitā. Qui instruens eū de fide christi ⁊ morib⁹ seruādis a christianis inter quos erāt: q̄ oportebat ieiunare orare ⁊ hmōi agere et ille diceret vt nō assuetū se ea nō posse facere ⁊ demū dixit ⁊ iniunxit ei in obsequiū tāti regis ⁊ dñi quū maximus corpore esset: manere iuxta quēdā fluuiū q̄ habebat aquā pfundā: ⁊ multi intrāsitu ei⁹ submergebant: vt ipse hoies volētes transire in humeris suis deferret. Qō acceptauit. Et faciēs iuxta illū habitaculū paruū de lignis: transuadabat cunctos. Quadā aūt nocte puer paruus clamauit vocans eum vt eū deferret p flumē. Qui egressus de habitaculo nullū inuenit. Ter aūt puer hoc egit. Sed tertia vice vidit paruulū q̄ erat dñs Jesus christ⁹ in forma pueri. Ponens ergo eū in hūeris suis quū flumē transiret: fluct⁹ intumuerunt ⁊ puer ita pōderauit ac si haberet maximū pōdus sup se: ⁊ quasi periclitabat. Transito aūt fluuio deponens puulum dixit. Vere puer in magno piculo me esse fecisti. Ita eū pōderasti ac si haberem totū mūdū super me. Cui ille. Non mireris: q̄ illū habuisti in humeris qui totū mundum regit. Ego enim sum dñs Jesus christus cui in hoc opere deseruis. Et magna est merces tua. Exinde processit ad p̄dicandū: vt dictū est. hec tū nō scribit Uinc. vbi s. vel q̄ abreuiare voluit. vel q̄ forte nō reputauit ista autentica: licet martyrij eius celebret ecclesia.

§. XLII. De sctō Antonino narrat

Uinc. vbi. s. q̄ de Apamia opido oriūdus fuit: nobilis genere. Qui ab infantia bonis cepit pollere virtutib⁹ ⁊ sacris literis edoct⁹ sacra p̄cepta legebat: ea implere satagebat. Quumq̄ desiderio martirij estuaret ab oppido Apamia egressus christianos perq̄rēs q̄plurimos iuenit. Inter quos diu cōmorat⁹ ad sacerdotij ordines est promotus. Quūq̄ p̄dicando iter faceret: labore itineris siti estuās deū exorauit vt sue necessitati subueniret. Et solū virga fiduti aliter pcussit: statimq̄ fons inde emanauit: vū refrigerat⁹ ē ⁊ firmātib⁹ etiā aqua illa sanitatē p̄stabat. Apamiam aūt reuers⁹ i religiōis ppositō p̄sistens p̄dicabat ⁊ gētiliū pfidiā increpare nō desistebat. Quūq̄ aduers⁹ eū diabolica rabies in sacrilegorū pectorib⁹ inflāmata cōcresceret: diuino spū replet⁹ paucis q̄ secū erāt christianis martyrij suū imminere p̄dixit. Quū aūt christiani loca sacra vbi martyrū corpora q̄escebāt causa oronis visitarēt ⁊ Antoninus erat cū eis. Ꝫ ab eis discedēs lōgi⁹ se iterū causa oronis intimauit secq̄ minime reuersurū. Gētesq̄ insidiātes sibi approp̄inquare gentiles vltro se obtulit. Qui captus ab eis cedēdo in via vsq̄ ad flumē ad radices Apamie decurrens ductus est. Ibiq̄ decollat⁹ est. Et caput ei⁹ ⁊ corpus totum discerptū in fluuiū p̄iecerūt: ne a christianis inuenirēt. Miro aūt modo sanguis ille q̄ de corpore ei⁹ exiuit inter aquarum collisiones coagulatus est: nihilq̄ ex eo aquarum impulsus dispersit. Fideles aūt audita eius consummatione: ad locū veniētes corp⁹ q̄ō inuenerūt honorifice sepelierūt. Caput vero amputatū ⁊ iactatū in flumē statim angelica susceptione paruo mausoleo collocatū: ⁊ in nauicula positum diuinitus p̄parata: angelorū in similitudinē duarū aquilarū ductu ad locū destinatū applicuit. Et Festus qui dā princeps rationes illius p spiritū intelligēs caput sancti Antonini deuote suscepit: ⁊ ei⁹ ecclesiam fabricauit.

Diuus Romanus.

§. XLIII. Sanct⁹ quidā martyr

egregi⁹ Romanus noie (vt refert Uinc. spe. histo. lib. xiiij.) pass⁹ est sub Galerio: q̄ fact⁹ est cesar a Diocletiano. ⁊ post mortē Diocletiani iperauit cū Cōstātio ad tps. vt infra patebit. Hic igit⁹ tyrān⁹ quū edictū vbiq̄ misisset vt christum negaret q̄cūq̄ viuere vellet: vir acris ingenij. Roman⁹ excellentie pauentiū oios p̄hortabat: ⁊ ne cederēt turbini suadebat. Itaq̄ p̄spirat cōfederatus grex christian⁹ fidē tueri vel libēter emori. Quūq̄ relatū esset iudici plebis rebellis romanū esset ducē: p̄ceps iubet rapi: ⁊ sol⁹ tāq̄ incitator oīm causam edicere p cōtumaci plebe. At ille nō resistēs: se q̄s vicīri petijt: ⁊ vltro in tergū manus torsit. Cui tyrān⁹ adstāti ait. Infame mōstrū tu ventilator⁹ rebis ⁊ vulgi pcella leuis mētem nobilē ingeras: Equū est (ni fallor) vt mox future cedis prim⁹ exitiū tuas: ⁊ feras ipse q̄ō ferēdū suaseras Cui ille ore libero rūdit. Amplector o pfecte nec me subtrahor vt p fideli plebe sol⁹ imoler dign⁹ subire q̄cunq̄ vestra crudelitas iusserit. Tūc scindūt: milites vtrūq̄ viri lat⁹ mucrone: lōga p artus tractim vulnera sulcāt: obliqua rectis rectatrāsuersis segāt: vt iā retectis ossib⁹ albesceret pect⁹. Inter hec quiet⁹ manēs Romanus ait. Hoc totū p̄fecte q̄ laceramur nō dolet: dolet q̄ pectori tuo error iste dit: ⁊ q̄ populos istos p̄ditos tecū trahis. Vix martyr⁹ oronē pegerat quū furēs Alclepiades q̄ martyrē torq̄ri iubebat iterserit. Uertat ictū carnifex m'os loquētis ⁊ in maxillas manu sulcosq̄ acutos ⁊ fidiculas trāsferat: ⁊ bositatis ipse rūpat loc⁹: vt scaturiētes auras p̄oratis follib⁹ p̄dat. Impleri iussa lictor impi⁹. Ambas genas stridentib⁹ vngulis: faciē secat vocis. Hirsute barbe carptim cutis soluit: ⁊ vsq̄ ad mētum vultus ois scidit. Martyr aūt interfluētē sanguinem fatur. Ꝫfas tibi o p̄fecte magnas debeo q̄ muta pandens ora christū loquor christiq̄ gl'iaz. Ecce tot laudāt ora quot sunt vulnera. Ꝫ q̄ luctari tecū iā nō licet rōne p̄fida cōsulam? prima. Interrogek ipsa naturalū sensuū simplex ⁊ sine arte fuci iperita snīa. Da septennē circiter vel infra puerū innocētie: vt p̄cunctemur q̄d recēs infantia sequendū docat q̄d nouus vigor sapiat. Hanc vocē p̄fectus aplectens: vnū de caterua infantū nuper ablactatus adesse p̄cepit. Cui Romanus ait. Quid tibi videt filiole esse verū ⁊ cōgruens vnū ne christū colere ⁊ in christo patrē: an mille formarum deos adorare? Tūc infans arrisit: nec morat⁹ retulit. Quic q̄d hoies dicāt: vnum op⁹ esse deū: ⁊ verū vnicū. Quūq̄ hic sit christus Jesus ipse est ver⁹ de⁹. Nā deorū genera multa nec pueri putāt. At tyrān⁹ stupuit pudore fluctuās: nec eius decebat innocēti etatule vim legis iferre: nec furor sinebat loquēti talia p̄cere. Quis tibi (inq̄t) est auct⁹ vocis hui⁹? Rīdit mater: ⁊ matri de⁹. Ego vt de fōribus gemellis vbere sūpuus hausi: christus hausi credere. Illa ibibit expatenti spū doctat: quo me pasceret iter ipa cunabula. Tūc exclamans Asclepiades. Ergo (inq̄t) adsit ipsa mr̄ et discipline sue tristē exitū spectet. Statimq̄ iussit infantē remota veste virgis verberari: teneriq̄ duris ictib⁹ tergū secari deniq̄ p̄cepit vtrūq̄ p̄ciscis puerum gladio decollarit magistrū igne excremari. Puerū carnifex poposcit⁹ mater dedit: nec fletibus imorata tūi ei vni osculū ip̄ressit. Vale inq̄t fili dulcissime: ⁊ quū beat⁹ christi regna itraueris: memēto matris iā ex filio patrone. Tūc pcussor dū cruciculas ense ferit: docta psallere mulier hymnū canebat carminis dauidici: Preciosa sancti mors sub aspectu dei. Quumq̄ in de retortis brachijs Romanus ingereret rogo. Scio (inq̄t ille) nō futurū vt nūc cremer: nec hoc passionis gen⁹ mihi est datū: sz restat vt igēs fiat miraculū. Hec ei⁹ ꝓba sequit. Imēsus frago: nubis ruētis: ⁊ nimbus p̄ceps vndati ignes obruit. Qō audiēs iudex magice p̄artis ludibrio iratus attribuit. Tūc iussit martyrē foro ptrahi: ⁊ in tenebras noxiales carceris trudi. Cui⁹ collū fune nefandus elisit: ⁊ fic ei⁹ p acta passiōe aīa viculis corporis absoluta celū petijt.

Jnfātuli martyrium.

§. XLIIII. De sancto Marino

ro narrat Uincē: spe. histo. lib. xiiij. mirabilē passionē. Hic etenim Romane vrbis cuiusdā senatoris fili⁹ fuit. Qui capessendi martyrij desiderio accēsus ta Martiano cōprehensus est Qui Martian⁹ licet dicat in hmōi historia imperatorū fm Uincē: videt⁹ potī fuisse p̄ses. Qui quū interrogatus genus suū se cōditionē christianū se libere p̄fiteret ⁊ sacrificare vt ei suadebat contēneret nec minas timeret: iussu tyrāni extensus est: ⁊ durissimis lorīs in dorso ⁊ vētre cōsisus. Post qō in carcerē trusus. Sequenti ꝓ die in ecleo suspensus est ⁊ corp⁹ ei⁹ vngulis dilaniatū. Deinde serra lignea cū lapide imisso desuper facta est vt super eius posita membra eius diuideret. q̄ in vllo eum lesit. Post hec iussit super craticulā igne suppositō ponit: sed stati fluuij de terra egrediens ignē extinxit. Addit tyrānus ⁊ frixorijū super ignē vehementē positū: ⁊ in eo mitti. Qui in eo posit⁹ deum glorificabat: ⁊ ad tyrānum aiebat. Parasti carnes ad edendum iam nūc accipe partē tuā aliquā: et ede donec alie p̄parentur. Hec eo dicēte: descendit ros de celo: ⁊ ignē extinxit. Missus exinde in chaldariā pice plenā igne succensam vt capite in ea merso deficeret. Qui sponte in chaldariā se iniecit: sed chaldaria in duas partes scissa est et pix effusa. Sanctus aūt in medio stans deū gl'ificabat. Non contens Martian⁹ arenā p̄parari iussit ibiq̄ ad eū positū leonē et leopardū mitti vt deuorarent. Que fere instigate de cauea exeuntes ad sanctū puerū accesserunt: ⁊ leo humeros eius blandiendo cōstringebat: pardus ad pedes iacebat. Et tyrannus. Que est ista phantasia quā video? Quū aūt iussisset bestias reduci in caueas suas: quātiscunq̄ ad hoc molestarent nō poterāt a pedibus sancti amoueri: sz sancto hoc eis iubēte regresse sunt ad locū suum. Iterū ad eū emitti fecit leenā ⁊ vrsā q̄ currentes ad eū sciderūt vestimēta ei⁹: ⁊ corruentes ad pedes eius mortue sunt. Post imitti fecit pdū cū tigride q̄ ascendētes ad collū ei⁹ cōplexe sunt eū: ⁊ vna ex eis ipsum osculabat: talia sudore de facie ei⁹ extergebat. Jussit ⁊ taurū adduci: ter in dorso cauteriari vt magis fureret: ipsumq̄ puerū ad cornua ei⁹ ligari. Et ardentib⁹ cor-

bus taur⁹ nō sentiebat nec cauterīū curabat ⁊ sed sanctum dei lingua lābebat. Post ista in pyra lignorū accensa fecit ponitnihilq; tetigit ignis. Ex eo aūt amouētes miserunt in caminū seu furnū ignitū. sed angeli duo descēdētes ad eum cū eo benedicebāt deū: milq; dolozis expert⁹ est. Adductus indeq; ad tēplū idolozū: factaq; oīone oēs dū cozruerunt: ⁊ in puluerē redacti sunt. Videns hoc Roman⁹ ppl's exclamauit vere magn⁹ est de⁹ christianozū. Confusus ergo per oia Martian⁹ mādauit eū decollari. Exultans aūt sanctus ait. Veni pater glie: accipe caput pueri tui. Pater q; eius ⁊ mater hortabant eū felici agone cursum suū pficere: scientes eū suscepturū cozonā victozie. Qui oīone facta cōsignans se pacē fratrib⁹ dedit: ⁊ flectens genua spūi deo reddidit. Scurro tū iā mortuū percussit ⁊ caput amputauit. Quū aūt pcepisset. Martian⁹ cozp⁹ eius inter cozpa latronū pijci: custodiri ne a christianis acciperet: ⁊ acta inundatione aquaꝝ ⁊ multiplicatione tonitruoꝝ ⁊ fulgurū territi ministri fugerūt: ⁊ a fidelib⁹ cozpus acceptū sepulture est traditum. Martian⁹ aūt a deo pcussus terribili iudicio vt vermes de oze eius ebullirent: coactus est cōfiteri deū verum esse deum christianozum ⁊ miserabiliter expirauit.

§.XLV. Lucianus presbyter

antiochenus sub Maximino impatoze q; Diocletiano successit: ⁊ cū Constantino aliquo tēpoze simul imperauit: vt dicet. §. passus est. Hic vt refert Vincē. lib. vbi supza moribus cōtinentia ⁊ eruditione pcipuus: quū ad tribunal iudicis fuisset adductus. Cur (inq̄t ad eū preses) vir rōnis et prudēs sequeris sectā eui⁹ nō potes reddere rōnem: aut si est aliqua audiam⁹. Tūc ille data sibi facultate dicēdi ozationem de fide nostra habuisse dicit. Qua finita addidit. Adstipulatur ijs ipse in Hierosolymis locus: ⁊ golgatha nus rupes sub patibuli honoze disrupta. Antrum quoque illud quoddā illis inferni ianuis cozp⁹ denuo reddidit aiarum: q̄ puri⁹ inde ferret ad celū. Aut si adhuc vobis minus digna vident hec q; in terris substantiā gerūt: accipite etiā de celo adstipulatozē fidelē. Solē vobis ipm hozū pduco testem. Qui quū fieri hoc p impios videret in terris: lumen suū absc̄odit in celo. Requirite in annalib⁹ vestris inuenietis tpibus Pilati christo patiēte fugato sole interruptū tenebris diē. Q̄ si terre: si celo: si sanguini eoꝝ a q̄bus veritatem p tozmēta pquiritis fidē nō accomodatis ⁊ quō verbis meis allegationibusq; credetis? Et quū pene iā ijs verbis auditozib⁹ suadere cepisset ⁊ arripi iubetur in carcerē: ibiq; tumultu ppli necari. Hier. q; in li. de vi. il. sic ait de eo. Lucian⁹ vir disertissim⁹ Antiochene ecclie pbyter: tātum in scripturarū studio laborauit vt vsq; nūc quedā exēplaria scripturarū luciana nūcupēt. Ferunt ei⁹ de fide libelli ⁊ breues ad nonnullos epistole. Passus est Nicomedie ob cōfessionē christi sub psecutiōe Maximini. ¶ Narrat etiā Eusebi⁹ in hist. eccle. q; q̄dam mulier venerāda pulchritudine pariter ⁊ pudicitie formosa nobilis genere ⁊ opulenta fuit: cui erāt due filie virgines pulchre ad regulā materne pudicitie erudite ⁊ q̄s in timore dñi mr̄ educauerat. Et quū mr̄ cū filiab⁹ summo studio pquirerent: ille declinādi turbinis gra sui absentiā pcurassent: domū inuēte mr̄ cū filiabus a militib⁹ cōprehēse Antiochiā venire purgent. ⁊ quū iter agerēt: ait mr̄ ad filias. Scitis dulcissime mee filie quō vos in disciplina dei educauerim. Scitisq; a paruulis deus nobis pr̄ de⁹ nutritoꝝ deus institutoꝝ extiterit: ⁊ castitatis bonū ita mecū pariter dilexistis: vt ocul⁹ quidē vester nūq; lasciuiozi fuerit maculat⁹ aspectu. Prostituent ergo publicis lupanarib⁹ mēbza: q̄ aer pene ipse public⁹ habuit incognita? Ne q̄so filie. q; nec tā parua in deo nobis est fides vt mortē ptimescamus: nec tā despecta pudicitia: vt viuere cum turpitudine etiā cupiam⁹? quin potius si placet q̄ō in oībus tenetis: etiā in hoc sequimini matris exēplū. Puenia mus ⁊ impudicozū preripiamus incursum. Quū ergo filias ad hoc ppositū videret accensas: ad fluuiū quendam in itinere positū deuenerūt. Et quū simul esset necessitatis causa ad aquā descēdisset custodib⁹ eaꝝ nihil sup̄ b̄ cogitātib⁹ rapidi fluuij fluctis se iniecerūt. Bs ⁊ alie ꝑgines filij de cā marinis fluctib⁹ se iniecerūt apud Antiochiā. Hec Eusebi⁹ De lege cōi hoc nullo modo est licitū ⁊ sz instinctu spiritus sancti hoc fecerūt. vt videt dicere Aug. de ciui. dei. §. lib.

Pudicitie seruāde exemplū.

§.XLVI. Petrus Alexādrine

